Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres



AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1901

23913

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

EX BIBLIOTH PUB COLLEG. LUGDUN. BATA.

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, diſpoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum impreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud { R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT,

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,
JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,
PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;
SANCTA DESIGNANT, ALTARIA, SED EVERSA,
UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;
AB HOSTE, A SUIS, A COELO.
FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,
CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.
JUDAEUS UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,
PARUM DIFFERT.
VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,
NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,
SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,
NON PRO SUO NITENTEM MERITO.
PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,
INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.
QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,
SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,
UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,
GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,
QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

 HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.



LE

LECTORI BENEVOLO

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inſeri principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſuperavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter &

ope-

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus*.

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii*. *Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n.* 128. *fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera β in eo ſemper hac forma ſcribitur u. κ vero u, ita ut ab η, quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui λ. & ι. complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera μ in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸ ναὸν οἰκοδομήσαι, καὶ τὰ ἀρχαῖα ἀποκαύσαι δαιμονίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παροξύνας γὰρ τὸν κύριον ψυχῶν, ἐπέτρεψαν αὐτὸν χράψαι κατὰ πᾶσαν τὴν οὐσίαν. Ὅτι κύριος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μέγας τὸ οἰκούμενης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τοῦτον εἶναι ὃν τὸ τῶν ἱεροσολυμιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ καὶ γὰρ τοὐμὸν πρόσωπον ἔδοξεν ὄνομα λαβεῖν τῶν προφητῶν. Καὶ ὅτι τὸν ναὸν οἰκοδομήσω αὐτοῦ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίᾳ χώρᾳ. ταῦτα δ' ἴσως κύριος ἀναγινώσκων τὴν βιβλίαν, ὃς, τὰ αὐτοῦ προφητείας ἀπαύσας κατὰ-

πίλ-

πέλιπε πρὸ ἐτῶν ἑξακοσίων καὶ δέκα. ἔτῳ γὰρ ὑπερῥήτοις εἶπε ταῦτα λέγειν τὸν θεόν. Οτι βέλομαι κῦρον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ὑποδείξας βασιλεία. πέμψαί μοι τὸν λαὸν εἰς τὴν ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί μοι τὸν ναόν.

Ταῦτα ἱσαΐας προεφήτευσεν ἔμπροσθεν, ἢ καθίστασθαι τὸν ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ πεντηκοντα. Ταῦτ' οὖν ἀναγνόντα τὸν κῦρον. Καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον ὁρμή τις ἐλα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Πιστεως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀνιπόχῳ δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum, quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in* 4^to *minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ*. Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum*. Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Rapotenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, *præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus complendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe, * Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, fine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſumme ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphanianæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis) † quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim geſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliiſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, heic paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imperfe-*

**

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis vero hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis convitiis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsentiebam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laboriosa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia, & apertæ lites, utrisque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc ussit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ; nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxonienſium precibus victus, opus illud denuo in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi speciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & assecla, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent, *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum locum adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Allardini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſiére la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servatorem

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniance Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſuprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum

illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) visum & ostensum, apparuit, licet etiam nomine Magistratus inquisitio per Domesticos esset habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis superstes ita se habuisse adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipse aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigesimam nonam integri *Josephi* partem pertinerent; scriptas in schedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuissemus, si nostri arbitrii ea res fuisset; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctissimæ illæ ad Decreta Romana & Asiatica Observationes, quas suo loco inseri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuisse prætermissum patere potest ex Notulis postumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipsæ non ultra primum istum Librum progrediuntur, & tamen legi possunt post eundem pag. 60. & nobiscum ultro communicatæ fuerunt a praestantissimo *Joanne Doitsma*, Hornanæ Scholæ prudentissimo Moderatore.

Et hæc quidem sunt, quæ ad *Flavii Josephi* contextum illustrandum summa cum cura a nobis requisita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par est) habetur, suppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Posterior mole sua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel serius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Josephicam tamen scriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctissimi Viri *J. Wasse* Specimen Examinis V. L. *Hudsonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clarissimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Josepho*, sed plurimum ab auctore, qui pro sua humanitate id ad nos transmisit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Basileënsi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque simul subsequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatissima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Josephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in postrema Editione *Josephi* Germanica exstat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipse testatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo superius pag. 76.) congesta; qua continentur *Aristeas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Josepho* tributum περὶ πανὸς, & alia quædam, quæ inveniri ibidem possunt usque pag. 156. interpositis dein quibusdam V. L. habes Excerptum de *Josepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Institutionibus Antiq. & Histor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus asseritur *Josepho* ut legitimum Testimonium illud vexatissimum de *Jesu Christo*, usque pag. 232. quibus ob argumenti similitudinem adjunximus xxx. *Epistolas Philologicas & Historicas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Christophori Arnoldi*, Eruditorum usui minus patebant, & procedunt usque pag. 285. Testimonium illud de Jesu exstat in Editione nostra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum versaremur, de peculiari Dissertatiuncula super illud cogitatio animum subiit, cum alia, quæ Numismata, *Josepho* illustrando sculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam sequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici possunt, dicta sunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum sequuntur, omnino *Josepho*, ita

ut legitur, tribuendum exiſtimo, quæcunque Scriptorem nobilem cauſſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis admiſcuit, de quibus altum in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſummis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Confer Voſſ. de Arte Hiſtor. c. 20. 21. & Juſtin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* 11. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. Ut Judæorum Gentem *Ethnicis commendet*,

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*, & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalivam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νοθείας ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum*. pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quaſdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

**** Et

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὰς & ἀκόντων intercidiſſe ς'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex & novem qui adſunt* Cap. XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροπὴν legit ἐπισκοπὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *eis Iſtrum.* repone *trans Iſtrum.* Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendat.* Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γαβινίου ex Bod. rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Rolandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſumulantes illorum fidem*, notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *inaſcantes illorum fidem.* ut & §. 5. *audaciores -- è medio -- formidandos autem carcere detinebant* ſeſe malle. dubitatque an non Κέστιον Γάλλον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κέστιον Γάλλον. Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Betoron* repone *Bethora.*

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

TAB. I.

Num. 1. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareenſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII *pag.* 655. & 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum; hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea accuſat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΡΧΟC *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *munifice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΑΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, erudite (ut ſolet) explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit.* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, *&* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32 *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput bicipſ, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo (qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit) innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* ϖελεκεσήκεζαν ὃ τ Θρόνον αὐτῦ πελέκεις ἔχονλες ἄνθρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plectterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΤ. ΑΤΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo (quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi) eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. ΣΕΡ. ΓΑΛΒΑ ΙΜΠ. CΑΕC. ΑΥG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΤΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΡ. *qua innuitur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* 1. *pag.* 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* 1. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L. ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum & Spanhemium (*ex quo pag.* 404 *&* 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque *; ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum & Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Λυκαβάντου *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111, 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50. ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente deceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib. Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cœlen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potenteſque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed literæ urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl,* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput inberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poëmatum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, *&* Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag.* 54. *&* 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita, in nummo exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* Ι. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ *lineolam in medio, ut* Λ. *fieret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novus in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore,* Cæſari Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus afflato poëta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Riariſſimus hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Aretæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, rariſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemas, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino *&* Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſæo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, nummulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. *&* L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci *&* Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13. *&* §. 17. *pag.* 708. *&* 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere repetuntur Lib.* I. *de Bello Cap.* VII. *pag.* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit, ejus enim partibus, patris judicium in* Cneo *contra* Cæſarem *ſequendo ſecutus, adhæſit,* Cnei Pompeji Magni *expreſſit vultum, in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoſcitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora
Cæſaries.

Sive κόμης ἀναστολὴ, ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum, & delphinus in imo, maris denotant imperium, adeoque Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris, ſeu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Joſephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium, acceſiſſe ex* Judæa *literas, quæ* Pheroræ *obitum, malum ipſi omen, annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis, & Lacedæmoniorum olim coloniæ exſtant Numiſmata; in quibus fere omnibus conditores ejus atque inſtauratores* Taras & Phalanthus *exhibentur; cujus generis & hæc duo ſunt Numiſmata ex Muſæo noſtro, quæ in quibuſdam minutiis ab hactenus editis diſcrepant, ſed de quibus nunc quidem agere ſuperſedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Joſephum, *ſed præcipue memorabilis eſt everſio regii ibidem nominis, quod immerito* Romani, *fiſco ſuo ſtudentes, ſub ampliatore ejus* Veſpaſiano, *abſtulerunt* Antiocho *ultimo, qui, ſi quis alius, una cum ſobole ſua, optime de iſtis Orbis domitoribus, atque de ipſo Imperatore, fuerat meritus. Fatum miſerandi iſtius Regis, qui ex ſummis opibus, ſenili ætate, nullo ſuo merito, ad privatam recidit fortunam, copioſe deſcripſit Hiſtoricus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus, aliorumque* Commagenes *Regum quum reſidua Numiſmata ſculpta invenerim Volumine* I. *Theſauri* Britannici *pag.* 108. *& ſeq. non ingratum Lectori meo fore ſpectaculum judicavi, ſi ſingula apponerem, ſunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus, ſub quo* Seleucidarum *nota, Anchora, conſpicitur, cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere credunt.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum, ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum ſolita inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ incluſus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Muſæo, tam pulchrum integrumque, ut vix unquam ſimilem viderim. Putat autem* Jo. Maſſonus Antiocho III. *qui ſub* Tiberio *deceſſit, eſſe aſſignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decuſſatim poſitæ, & inſcriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis; ab altera parte Scorpio Laureæ incluſus cum inſcriptione* ΑΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum; ab altera parte Laureæ incluſus Scorpio, cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Miſeri regis* Antiochi *ultimi ſenile caput, ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & ſolita inſcriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæſaris, *cum inſcriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujuſdam caput eſt, quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujuſdam* Commagenes *eſſe, & quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas, quæ ſub mento regii capitis viſuntur ſe non capere aſſerit. Dolendum certe eſt circa oras non integriorem eſſe nummum, quæ videntur literas habuiſſe nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero teſtantur Scriptores,* Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuiſſe non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris, hic vero nummus in rei teſtimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum ſua non tantum, ſed & Imperatoris* Romani *effigie percuſſus ſit, ita in eodem vocare ſe* Commagenes & Ciliciæ *Regem potuit; ut literæ* ΙΑ. *quæ adhuc ſuperſunt, reliquæ ſint ex* ΚΙΑ. *quæ* Ciliciam *deſignaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΛ... *Caput Regis diadematum, quod impreſſas ad collum & mentum duas habet notas ſeu marcas (quales creberrimæ in Græcorum nummis) quibus impreſſum eſt Cornucopiæ ducuſſatum, quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus, &* Seleucidarum *inſigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem, de quo modo,* Antiochum, IV. *videlicet, a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *ſolitum Scorpionis & Laureæ habet ſymbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ. *Regii juvenes equis inſidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea, ſubtus Anchora eſt, deſuper vero Stella, cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii ſunt infeliciſſimi iſtius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis,* Epiphanes & Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni ſpes deſcribit* Joſephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *ſicuti & mirabilem audaciam majoris, ſive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *ſua phalange vaſtiſſima* Hieroſolymæ *mœnia vi ſuperare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag.* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile eſt cum literis non ſatis cognitis.*

Longiorem vero de hiſce omnibus ſermonem inſtituerem, niſi doctiſſimi viri Jo. Maſſoni *diligentia, iſto me onere levaſſet. Exſtat enim ejus Diſſertatiuncula ſuper hoſce Nummos ipſoſque Commagenes Reges,* Antiochos *omnes dictos, Tomo Primo Theſauri ſui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Franciſco Haymio *inſertus. At quoniam is liber rarior in hiſce terris eſt, & non niſi magno parari poteſt, ipſa Clariſſimi viri verba prout exſtant ſubjiciam. Ita vero ſe habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis ſuperioribus aliiſque Nummis, qui diverſos etiam vultus ferre videntur; ſi brevem & accuratiorem præmiſerimus notitiam Principum, qui Regionem illam ſub imperio tenuerunt, ex quo ampliſſimum *Seleucidarum* regnum ad anguſtos hoſce terminos redactum eſt, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Veſpaſiano, ſubiit.

I. Qui primus in hac ſerie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diſerte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem poſt *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* eſt. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, poſtea *Pompeji* contra *Mithridatem* geſta narrans, ſcribit, (c) Pompejum, *ſuperato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intuliſſe, donec & ille in amicitiam receptus eſt.* Deinde conſtitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, eum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* ſi Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno ſcil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C. 703.* scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, miss erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U. C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U. C. 716. lib. 49.* scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii*; quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit iste *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U. C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, eum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, eum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U. C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U. C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro Τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαγηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à posticâ parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab anticâ vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

Ad

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuisse *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens, & inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum antè felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Præto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorificè habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam, & Commagenem, ditionis Regiæ uſque ad id tempus, in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum*, *eo ſignatum*, *in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Trachææ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit ΛακανίτιδΘ regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat, cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ, ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem, ut & regnum Commagenæ, Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑΥΤΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗϘΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hîc exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* (e) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27, hîc poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui eum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundam figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ dialemate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſimè ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΥΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hîc habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit, toto regno, in quo erat ſtatu, relicto, cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pætus autem in Samoſatam, qui eam capeſſerent, mittit, & per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis, vique corporis præſtantibus,* FILIIS *ejus, non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ, inſignem demonſtrarunt fortitudinem, &c.* deinde narrat fu-

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c

(b) De B. Jud lib. VII. c. 27.

(c) Num. Impp. Gr. p. 261.

(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΤΟΥCΤΑΝΩΝ.

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.

(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.

(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.

(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cnm decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hîc omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam despondisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eâdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.

(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἐξαετὴς.

(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.

(d) *Joan. Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129.-131. &c.

(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliss. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil. integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.

(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* L. XV. c. 4.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7. Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hîc dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit*, & Lesidis, Ἡσιόδῳ, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuisse. Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar-"chelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Ti-*"*granes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pa-"ter (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus geren-"dis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡσιόδῳ, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδῳ, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, & *urbe*,

(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.

(h) De Epoch. p. 132, & 137.

(i) Histor. Idum. p. 367.

(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M. simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra*.

(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est.

(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p. 135. testatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Isiados*, ac in aliis *Yliados*, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidi.*

be, primum *Eleusa*, dein *Sebaste* dicta; Attamen mihi persuadere nequeo, eam emendationem facile posse ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid sit, haud integrum dare possumus assensum interpretationi, quam Cl. *Wildius* suo assignavit nummo (a), qui nostro similis, licet haud ita sit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo insculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam esse, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam *&c.* scilicet haud satis caute suo Nummo eandem adaptat descriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebastenis* cuso, quam vero pluribus *Norisius*, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores supersunt nummi hîc exponendi; verum id paucis absolvemus; siquidem nihil certi de his affirmare valemus, nisi eos æque inter se differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. assignavimus. Addam tantum forte priore repræsentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non nisi *senex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, senilis itidem, vultus forsan fuerit *Antiochi* III. sub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit esse. Sed de his conjecturas ulterius prosequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide nostras excipiant strictūras, quas auctiores & forsan emendatiores aliquando dabimus, si quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cusos exhibere poterimus, si nos supremum Numen juverit.

Num. 30. *Numisma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conspicuum; ex purissimo autem est auro, pendetque unciam & monadas* 74. *Extat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Musæo nostro nescio quid plus vigoris animi ex visu spirat; præterea id quod* Apollo *sedens dextra tenet, nullo modo sagitta in meo est, ut in reliquis, sed bacillus potius, nisi regium sit sceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte crassescit. Pertinet vero insigne hoc numisma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illum, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epistolas itidem in illorum gratiam scriptas, luculenter commemorat* Josephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& seqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, seu pag* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuisse; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium possideo Numisma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cusum est, verum multo magis propter Augustæ cujus vultum refert, suspiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Faustinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem sibi adscivit, cujusque mulieris nummos rarissimos esse norunt harum rerum periti. Adscribitur* ΑΝΝΙΑ ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more istorum temporum luna crescens conspicitur; quasi ut inter nymphas Diana, sic inter* Romanas *nurus Augusta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ est symbolum, verubus suis innixæ, ante quam habitu mulebri stans figura cernitur, dextra hastam tenens, læva vestem ad latus convolutam sustinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius ærâ* ΑΟC. *sub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Est vero pulcherrimum & integerrimum Numisma, quod omnino ab omni* νοθείας *suspicione longissime abesse a quovis inspiciente deprehendi potest; falliturque idcirco* Virginius Valsechus, *qui in Dissertatione Historico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Potestate quinta, pag.* 68. *& 74. dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟC. *quæ, juxta* Antiochensem, *annum* CCLXXI. *designat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipse similem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis testes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Drusus & Germanicus Cæsaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter simpulum, alter lituum manu gestat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Communitatis Asiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. sub Cajo Asinio Pollione Proconsule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero desumtus est ex Morellii specimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Josephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuisset decoratum, consecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipsis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex concessit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *seu* ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum insignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numismaticam pag.* 343. *Passim juvenili facie, lauru & nonnunquam spicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini insistens cernitur, cui ad latus Astrum adest. Ratio picturæ ejus est, quod a* Jove *& benigno ejus sidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoscebant.*

Num. 34. Rhodi *insulæ* Rhodiorum*que plus semel mentionem apud* Josephum *fieri invenias, fuitque semper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliisve casibus afflicta maximos Reges certatim beneficos sibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine singulari,* Ægyptiis *regibus aliisque* Rhodi *cultoribus æquiparari sese voluit, dum urbem* Rhodum, Cassiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempestatem, facta quoque oneris jactura, illuc appulisset, fovit tamen atque ultra vires etiam suas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro sua opulentia Græcarumque artium fama, semper urbs hæc pulcherrimos, frequentesque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis passim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis istius colossi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque insulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Thes.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conspicitur caput virile diadematum, a posteriori Floris solita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi est initialis, atque nomine* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ. *Docet ibidem literas* ΑΚΟΣ *recenti manu refectos fuisse, priores vero* ΑΡΙΣΤ. *vetustas esse & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exstiterint literarum. Unde ipse suspicatur legi debere* ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ. *Caput itaque refert ad* Aristocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exspectationem ad principatum a civibus fuisse evectum, sed opinioni de se conceptæ minime respondisse. Plura contra hanc sententiam proferre possem, sed meam simpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙΣΤ. *sive* Aristacum, *sive* Aristocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. seqq.

tratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Ariſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* I. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt) in quo* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſi & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronemque *præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Beneficii alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere) in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæique *in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* I. *pag.* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 671. *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil. Lib.* XV. *Ep.* I. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36. *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* I. *Cap.* IV. *pag.* 60. *&* *Cap.* XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paullo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag.* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *&* *denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num. 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠΕΡΓΑΜΟC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΑ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob* Æſculapii *gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* I. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* I. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* HNP. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*


*** ***

mi-

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestiensibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochensium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* ΗΓ. *seu* ΡΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Pontici *istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*



†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

SI particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παραθήσομαι δὲ τὰ γενόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα & γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt & in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164 citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM post multorum annorum laborem improbum, & magnos sumptus Josepho impensos, pæne languerem, Tu solus, Vir illustrissime, benignitate Tua me labantem excitasti, & munificentia Tua effeciſti, ut Operi tam difficili & laborioso par essem perficiundo. quapropter si quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Respublica Literaria (capiet autem, uti spero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Josephum igitur meum Patrocinio Tuo demisse & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & observantiæ in Te meæ Testem perpetuum & monumentum futurum. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobilissime, Literis & Literatis præsidium certissimum, diutissime servet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studiosissimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI mihi sæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri solet, neminem inter Eruditos extitisse, qui id Josepho præstaret, quod aliquammulti Auctoribus Josepho multo vilioribus jamdudum præstiterunt. Et nescio sane an rei difficultas quosdam ab hoc opere aggrediundo absterruerit; [1] nonnullis certe mors ipsa impedimento fuerit, quo minus opus aggressum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc se res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudsono, viro in Litteris peritissimo, ut rem diutissime desideratam fortunate absolveret. Et dolendum equidem est, virum doctissimum prius mortem obiisse, quam merita sua in Josephum Ipse Lectoribus suis commonstrasset. Hoc tamen possum pro certo affirmare, Me sæpius ex ipso audivisse, illi non animum fuisse, ut Prolegomena longa ad Josephum conderet, sed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in sua Josephi Editione præstitum fuerat expositurum. illud alterum pridem factum fuisse optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Josepho Lipsiensi præmissis, & Joanne Alberto Fabricio in [2] Bibliotheca Græca, Opere in suo genere eximio.

Ad quartum usque Indicem, qui est Scriptorum a Josepho laudatorum, Operæ processerant Typographicæ, cum Hudsonus noster, paulo post moriturus, me accersens, Josephum suum mihi in manus tradidit; rogavitque, ut si quæ restarent peragenda ipse perficerem, unnui libentissime, ne aut justo ejus desiderio, aut necessitudini, quæ per plures annos inter nos interoesserat, deesse aliquatenus viderer.

Hudsono ad manus erant omnes Veterum Josephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipse oculis lustraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas possidebat. Criticorum etiam scrinia post Litteras instauratas præstantissimorum diligenter excussérat, & si quod lucis inde ad Josephum suum illustrandum hauriri potuerat id omne in Notas suas transtulerat. quas qui studiose perlegerit, facile judicabit quanti Josephus Hudsono nostro constitit: nihil esse litterarum deprehendet sive veteris sive recentioris ævi, nihil Librorum sive sacri sive profani argumenti, ad quod ille animum oculosque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur esse reliquis brevior, & non omnino absimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuisse se testatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Basileensi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus suis Jacobus [3] Usserius se usum fuisse profitetur. Est autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæsarea servatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repositus.

Inter Schedas J. A. * Bosii cæteris præstare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reinesii, viri summi, exscriptæ; & Casparis Barthii, celeberrimi Polyhistoris, ad [4] veterem Josephi In-

1 Inter quos eminent J. A. Bosius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, post *Testimonia* dedimus recusum.

3 Vide ejus Epist. ad Arn. Boot.

* Quem limam Josephi appellare solebat doctiss. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus fa-ciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magiſtellis iſtis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudſonus, ab ipſo profectum, infra excuſum exhibebimus.*

*Textum Joſephi diligentiſſimè recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepſerant, ſtudioſe ſuſtulit; nonnullos tamen aut ipſe reliquit, aut fortaſſe etiam admiſit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Joſephus Scaliger, recentiorum doctiſſimus, veterem Flavii Interpretem imperitiſſimum appellat; neque Sigiſmundus Gelenius, vir alioquin laude ſua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Joſephi refingere veterem illam Verſionem conatus eſt, hac in parte, Eruditis ſatisfecit. Hinc novus Hudſono labor ſurgebat; nova Verſione ab ipſo donandus erat Joſephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præſtantiſſimis merito conferri poſſe videatur.

Neque dubium eſſe poteſt, quin multi amicorum multa illi ſubſidia ad Joſephum illuſtrandum ſubminiſtrarent. Copiam Editionis Baſileenſis, manu Iſ. Caſauboni paſſim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctiſſimo; Obſervationes quaſdam egregias viro eruditiſſimo Richardo Ibbetſono, diſcipulo olim ſuo, cujus conjecturas ſemper exoſculatus eſt; Annotata illuſtris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus eſt Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintonienſis digniſſimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia, fortaſſe aliis.

De Joſepho ſic fere cenſuit Hudſonus: Scriptorem fuiſſe eloquentiſſimum, & veri ſtudioſiſſimum; ſectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptiſtæ, ac proinde Teſtimonia de IESU CHRISTO *& Jacobo Juſto genuina eſſe; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius eſſe quam ipſius Joſephi; non eſſe Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Univerſo, qui ſub ejus nomine etiamnum alicubi exſtat.*

Quid autem cenſendum ſit de ipſo Hudſono, Ego quam potero breviſſime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrenſi paulo poſt inſtauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechſtettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *miſſus, in Collegio Reginenſi ſub Tutela Thomæ Croſthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempeſtate celebris, Philoſophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ ſpatium mirifice dilexit, & tantos in iis progreſſus fecit, quantos nemo fere ſuorum æqualium, etſi vixerat in Collegio Litteratorum ſemper feraciſſimo. Non multo poſt quam gradum in Artibus Magiſtralem* [5] *ſuſceperat, ad Collegium Univerſitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adoleſcentes ad Philoſophiam & bonas litteras inſtituebat. Dum hæc ſolita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *ſufficitur. quem quidem provinciam ad mortem uſque ſumma cum laude adminiſtravit. Principalitatem poſtea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratiſſimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium ſui ſæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionyſium Halicarnaſſeum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticiſtam, &* [14] *Æſopum. Lactantium prelo paratum habuit; ſed quid de eo factum ſit, juxta cum ignariſſimis ſcio. Alia minutiora ſciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, poſt diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus eſt. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Chriſtiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione ſublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedchop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. menſe Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & poſtea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon. 1718. 8°. cum nova Verſione, & magna Fabularum acceſſione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctarum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinius, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Fridericus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui inpræſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE-

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

Sæculo II. à Chr. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Vespasiano, c. 5.*

Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Josephus*, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore.

II. *Justinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p. 10. Edit. Paris.*

Επ ᾗ καὶ σοφώτατοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος, οἱ τὰ κῆ Ἰουδαίκης ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίαν καὶ παλαιᾶ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. ὁ γὼν Ἰώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ ἀπὸ τῆς ἀναγραφῆς τῶν βιβλίων σημεῖα βυλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας ἔτω γράφει· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Ἀρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & sapientissimi illi Philo & *Josephus*, qui res Judaïcas scripserunt, ut admodum vetusti & antiqui Judæorum principis Moysis faciunt mentionem. Ipse certe *Josephus*, vetustatem rerum per ipsorum librorum inscriptionem significare volens, historiam exorsus ita scripsit; Flavii Josephi Antiquitatum Judaicarum Libri: vetustatem historiæ Antiquitatum nomine designans.

III. *Idem iterum, pag. 11.*

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οἱ ἔξωθεν τὴν ἡμετέρας θεοσεβείας περὶ τὴν ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστοροῦντες γεγράφασι· καὶ ταῦτα πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτύχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παῖδος ὠκειῶσθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν περειρημένην περφασιν πολλῆς ἠξιῶσθαι σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ τῆς γλώσσης ἀξίωμα ἀναγεγράφασθαι περιελόμενοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. ἔτοι γὰ, τὰς Ἰουδαίων ἱστοροῦντες πράξεις, ἀπὸ μὲν τῆς Χαλδαίων γλώσσης τὴν Μωϋσέα γεγράφθαι φασί· τὴν δὲ προγόνων αὐτοῦ διὰ λιμοῦ περφασιν ἀπὸ τῆς Φοινίκης πρὸς τὴν Αἴγυπτον μεταναστέντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα πυθέσθαι φασίν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὐθεν, καὶ πράρχοντα καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τῆς ἑαυτοῦ γλώσσης ἠξίωσεν, ὁπλίτικα ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Ἑβραίων πλῆθος πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc sunt, viri Græci, quæ de Mosis vetustate externi & à religione nostra alieni homines, historias scribentes, tradiderunt: omnia ista se ab Ægyptiis sacerdotibus accepisse professi; apud quos non natus solum, sed etiam qui omni Ægyptiorum disciplina imbueretur, dignus habitus est, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem causam magno est eductus studio, quemadmodum in literas retulerunt sapientissimi historiographi, qui de vita ejus & rebus gestis generisque splendore scribendi provinciam sibi sumpsere, Philon & *Josephus*. Hi siquidem, Judæorum res gestas memoriæ mandantes, à Chaldæis Mosen originem traxisse scribunt. Majores quippe ejus per famis causam è Phœnicia in Ægyptum transiisse, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præstantem ipsius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legislatorem genti suæ præposuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem suam reverti, justum & æquum esse duxit.

IV. *Idem rursus, pag. 14.*

Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γεγόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῷ Φάρῳ ἱστορήσαντες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκόότες, ταῦτα ἐπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε καὶ Ἰωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam, renunciamus: sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domunculorum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere potestis, & potissimum ex eis qui ista scriptis suis inseruerunt, sapientibus & spectatis viris, Philone & *Josepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem*

TESTIMONIA

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim exstitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγνώμλω ἡ ἀκούσιον ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ἀπὸ τ γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ιουδαῖοι, τ Χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πλειστῶν καὶ ἀνυποιστῶν δεινῶν ἐπειράθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τ Αλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ιώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ιώσηπος φησιν, ὅτι, ἰωίκα ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς κ τ Αἰθιόπων, κ νικήσας, ἠγάγετο τ θ. βασιλέως σκεύνε θυγατέρα· ἐπείπερ πόθῳ τῷ περὶ αὐτὸν περιδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaïci* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τ καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγεγράψαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μέναν[δ]ρος ὁ Εφέσιος, ἔτι δ καὶ Ιώσιππος, ὁ ἀναγράψας τ Ιουδαϊκὸν πόλεμον, τ γιγνόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ρωμαίων, ἀρκετῶς ἤτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDGCCCXXXIII.

Φλαβιος δ Ιώσηπος, ὁ Ιουδαῖος, ὁ τὰς Ιουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλαγὼν τὰς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίγνεσθαι φησί· ἀπὸ δ Δαβὶδ ἕως Ουεσπασιανοῦ δευτέρε ἔτους, [ἔτη] αροθ'. εἶτα ἀπὸ τότε μέχρι Αντωνίνε δεκάτε ἔτους, ἔτη οζ'. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως μὴ τὸ δέκατον ἔτος Αντωνίνε πάντα ἔτη ,αωλγ'.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov. Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transeamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Επὶ τοσοῦτον δ διελαμψεν ἔτι ὁ Ιάκωβος ἐν τῷ λαῷ διὰ δικαιοσύνη, ὡς Φλάβιον Ιώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν εἴκοσι βιβλίοις τ Ιουδαϊκλν Αρχαιολογίαν, τ αἰτίαν ἀποδοῦναι βουλόμενον δ τὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τ λαὸν, ὡς κ τ ναὸν κατασκαφῆναι, εἰρηκέναι, κ μῆνιν Θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] Διὰ τὰ εἰς Ιάκωβον, τ ἀδελφὸν Ιησ, τ λεγομένε Χριστ, ὑπ' αὐτῶν πεπολυμημένα. κ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι, τ Ιησ̄ν ἡμῶν [d] μ καταδεξάμενον εἶναι Χριστὸν, [e] μᾶλλον ἦπερ Ιακώβῳ δικαιοσύνην ἐμαρτύρησε τοσαύτην· λέγει δ ὅτι κ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε διὰ τ Ιάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν δὲ τ βουλόμενον ἀναγινῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαβίῳ Ιωσήπῳ περὶ τ Ιουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τ Ιουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suidæ Codd.* Μάνεθως. al. Μανεβών.
b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit δ συνεξαριθμῶ τὴν τ Μακκαβαϊκῶν ἱστορίαν. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.
c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.
d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.
e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 32.
f Hac de re plura mox infra.

XIV. *Idem iterum, p. 35.*

Εν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιστῇ γενομένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτιζομένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ιησοῦ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τε αἰτίαν τῆς Ιεροσολύμων πλώσεως, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κατὰ τοῦ Ιησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἐπέκλειναν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δὲ, καθάπερ ἄκων ἐκ μακρᾶς τῆς ἀληθείας ἐκπίπτων, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ιουδαίοις [h] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβου τοῦ δικαίου· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκλειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* testatur Joannem exstitisse Baptistam, expiationemque baptizatis esse pollicitum. Idem, quamvis Iesum parum cognoscens pro Christo, dum quærit causam Hierosolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuisset dicere id accidisse propter ejus populi contra Iesum insidias, quia Christum à prophetis promissum interemisset) quasi invitus haud procul à veritate discedens, ait hæc contigisse Judæis in ultionem Jacobi cognomento Justi, fratris Iesu qui dicitur Christus, quia justissimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib. 2. p. 69.*

Τῆτο γὰρ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δὲ ἕως τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἧς ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τὴν Ιερουσαλήμ· ὡς μὲν Ἰώσηπος γεγράφει διὰ Ἰάκωβον τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ὡς ἂν ἀληθῆ παρείσησι διὰ Ιησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum est sub Neronis imperio, duravitque usque ad Vespasiani tempora, cujus filius Titus solo æquavit Hierusalem; ut *Josepho* videtur propter Jacobum justum, qui vocabatur frater Iesu Christi, ut vero res ipsa clamat, propter Iesum Christum Dei filium.

XVI. *Idem rursus, p. 167.*

Καὶ ὁ βουλόμενός γε [k] ἀναγνώτω τὰ τοῦ φιλοσόφου Ιωσήπου περὶ τῆς Ιουδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ πόσῳ τρόπῳ ἀρχαιότερος ὁ Μωϋσῆς τῶν κατ' ἐκεῖνον χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμῶν καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoscere, legat *Flavii Josephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut sciat Mosem longe ætate superiorem fuisse illis, qui juxta temporum vicissitudines diluvia in mundo fieri & exustiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abstinentia, lib. 4.*

Οἱ δὴν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτοι ἐπιτοῦντο τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τῶν πεπραγματευμένων ἀνέγραψεν. καὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἱστορίας, διὰ δὲ ἑπτὰ βιβλίων συνετάξατο, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Αρχαιολογίας, διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπεραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοί- "νυν οἱ Εσσαῖοι, Ιουδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iste ordo hujusmodi institutis vivebat, ut sæpius *Josephus* in scriptis suis testatum reliquit: in secundo nempe libro *Judaicæ Historiæ*, quam septem libris absolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris composuit; & in secundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Essæi, "Judæi quidem natione sunt, &c.

SÆCULO IV.

XVIII. *Eusebius Cæsariensis lib. 8. Præparat. Evangel. c. 10. Edit. Paris.*

Τῶν δ' οἰκείων οἱ πρεφανέστατοι καὶ μνήμης ἀλήθου τούτους ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πλείους.

At Gentilium suorum clarissimi, *Josephus* & Philo, aliique complures, eosdem memoriæ posteritatis sempiternæ, suis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euseb. Demonstr. Evangel. l. 3. p. 124. Edit. Paris.*

------ αὐτάρκης μὲν οὖν καὶ ἡ τῶνδε τυγχάνουσα πρὸς ἡμᾶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν ἂν οἷόν τε ἐκ πρεπούσης καὶ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

"Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ιησοῦς σοφὸς "ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ πα- "ραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τὰληθῆ σεβομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιουδαίου "πολλοὺς δὲ καὶ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗ- "τος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόν- "των σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ- "σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐ- "τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

—— ego licet talium hominum de Salvatore nostro testimonium nobis abunde satisfacere debeat, tamen nihil me præter propositum facturum arbitror, si quasi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Josephi* testimonio utar: qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in historiam suam referens, de Salvatore nostro mentionem facit, his verbis:

"Existit per idem tempus Iesus sapiens vir, si "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi- "dem superant. Docebat porro hic homines, "si quos veritatis studiosos reperiebat: ergo mul- "tos sibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio- "nis adjunxit. Christus plane hic fuit: siquidem "cum magistratibus nostris accusantibus, illum "crucis supplicio affecisset Pilatus, non destite- "runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo- "dum

g Vide Cl. *Spenceri* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi supra.
h Eadem fere habet *Eusebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Paris.* Vide Epist. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.
i Legendum potius, ἄνδρωτον.
k Al. ἀναγινώσκω.
l Deesse videtur πρότερον, aut simile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν παῤ αὐτῶ τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰσέτι νυν ὀνομα τῦδε τῶν Χριστιανῶν ὐκ
"ἐπέλιπε τὸ φύλον.

XX. *Idem l. 6. c. 11. p. 291.*

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ο δέ γε Ἰώσηπος καὶ πὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] δόσεις ἀκριβῶς ἀπεμελέτησε, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l. 8. p. 397.*

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δὲ ἀξιόχρεως τύτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κῦ τὸν χρόνος ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "τὴν δὲ βασιλείαν, κ. ε.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l. 1. c. 4. p. 17. Edit. Valeſii. 1659.*

Hujus porro deſcriptionis ſub Quirinio celeberrimus apud Judæos Hiſtoriarum ſcriptor *Flavius Joſephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum ſecta, qui iiſdem temporibus emerſit, ſtatim ſubnectens.

Ταυτης δὲ τ̃ κῦ Κυρηνίου ἀπογραφῆς καὶ ὁ τ̃ παῤ Ἑβραίοις ἐπισημότατος ἱστορικῶν φλαύιος Ἰώσηπος μνημονεύει, καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τ̃ Γαλιλαίων κῦ τὰς αὐτὰς ἐπιφυείσης χρόνους αἱρέσεως.

XXIII. *Idem iterum, l. eod. c. 6. p. 20.*

Hujus rei locupletiſſimum teſtem habes *Joſephum*.

Ἔχεις καὶ τύτων ἀξιόχρεων τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα.

XXIV. *Idem rurſus, l. eod. c. 11. p. 29, 30.*

—— Joannem Baptiſtam ab Herode juniore capite truncatum fuiſſe ſacra Euangelii ſcriptura commemorat. Cui adſtipulatur etiam *Joſephus*, qui & Herodiadis ipſius nominatim meminit, & diſerte narrat, quomodo Herodes priore & legitima conjuge repudiata, quæ Arethæ regis Arabum filia erat, hanc fratris ſui uxorem à viro ſuo per vim adductam ſibi conjugem adſcivit: inque ejus gratiam necato Joanne Baptiſta, cum Aretha ob filiæ contumeliam infeſto bellum geſſit. Quo quidem in bello victum acie Herodem, & univerſum ejus exercitum deletum refert; hæcque omnia ob ſcelus adverſus Joannem Baptiſtam perpetratum ei contigiſſe. Idem *Joſephus* Joannem juſtiſſimum virum fuiſſe, & lavacri cujuſdam inſtitutorem affirmans, cum iis quæ in ſacris Euangeliorum voluminibus de eodem Joanne prodita ſunt, mirifice conſentit. Refert etiam Herodem Herodiadis culpâ principatu excidiſſe, & in urbem Galliæ Viennam ſimul cum ea eſſe relegatum. Et hæc quidem in octavo decimo Antiquitatum libro ab eo commemorantur, in quo etiam de Joanne ſcribit his verbis: "Arbi-
"trabantur quidam Judæorum divina ultione per-
"iiſſe Herodis exercitum, Deo cædem Joannis
"qui Baptiſta cognominatus eſt, vindicante.
"Quippe hunc Herodes obtruncaverat, cum eſ-
"ſet vir bonus, Judæoſque ad virtutis ſtudium
"excitaret, præcipiens ut juſte quidem inter ſe,
"erga Deum autem pie agentes, ad lavacrum
"accederent. Tunc enim demum acceptum
"Deo fore lavacrum ajebat, cum eo non ad ex-
"piationem criminum uterentur, ſed ad corpo-
"ris munditiem, ut mentibus jam ante per juſti-
"tiam expurgatis, corporis quoque adderent pu-
"ritatem. Cumque multi ad eum undique con-
"fluerent (hujuſmodi enim ſermonibus mirifice
"delectabantur) Herodes veritus ne tanta homi-
"nis auctoritas ſubditos ad defectionem impelle-
"ret, quippe qui nihil non acturi ex ejus conſilio
"viderentur; ſatius eſſe duxit priuſquam novi
"aliquid oriretur, illum è medio tollere, quam
"mutatione rerum facta, ipſe in maximum diſ-
"crimen adductus, feram pœnitentiam agere.
"Vinctus igitur ob hanc Herodis ſuſpicionem,
"& ad caſtellum Machæruntem, cujus ſupra me-
"minimus perductus, ibidem cæſus eſt.

—— Ἐν Βαπτιστὴ Ἰωάννην ὑπὸ Ἡρώδου τ̃ νέου Ἡρῴδε τ̃ κεφαλὴν ἀποτμηθέντος, μεμηνυκὲν μὲν ἡ θεία τ̃ εὐαγγελίων γραφή. συνιστορεῖ γε μὴν καὶ ὁ Ἰώσηπος ὀνόματι τ̃ τε Ἡρωδιάδος μνήμην πεποιημένος, καὶ ὡς ἀδελφῦ γυναῖκα ἔσχεν αὐτὴν ἡγάγετο πρὸς γάμον Ἡρῴδης, ἀφαιρεθεὶς μὲν τ̃ προτέρην αὐτῷ κῦ νόμως γεγαμημένην γυναῖκα· Ἀρέτα δὲ ἦν αὐτὴ Ἐ Πετραίων βασιλέως θυγάτηρ· τ̃ δὴ Ἡρωδιάδα ζῶντος Δίφησιος Ἐ ἀνδρός· δι' ἣν καὶ τ̃ Ἰωάννην ἀνεῖλεν, πόλεμον αἴρει πρὸς τ̃ Ἀρέτην· ὡς ἂν ὑπομασμένης αὐτῦ τ̃ θυγατρός. ἐν ᾧ πολέμῳ μάχης γνωμένης, πάντα φησὶν τ̃ Ἡρῴδε στρατὸν διαφθαρῆναι· καὶ πᾶσι πεπονθέναι τ̃ ὀπίθεν ἕνεκεν τ̃ κῦ Ἰωάννου γεγονυίας. ὁ δὲ αὐτὸς Ἰώσηπος ἐν τοῖς μάλιστα δικαιότατον καὶ βαπτιστὴν ὁμολογῶν γεγονέναι τ̃ Ἰωάννην, τοῖς περὶ αὐτῦ κῦ τὴν τ̃ εὐαγγελίων γραφὴν ἀναγεγραμμένοις συμμαρτυρεῖ. ἱστορεῖ δὴ καὶ τ̃ Ἡρῴδην τ̃ βασιλείας ἀποπεπτωκέναι διὰ τὴν αὐτὴν Ἡρωδιάδα, μεθ' ἧς αὐτὸν καὶ εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπελαθῆναι, Βιέννην τ̃ Γαλλίας πάλιν οἰκεῖν καταδικασθέντα. καὶ ταῦτά γε αὐτὸς ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τ̃ ἀρχαιολογίας δεδήλωται, ἔνθα συλλαβὰς αὐτὰς περὶ Ἐ Ἰωάννου ταῦτα γράφει. "ταῖς
"τ̃ Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τ̃ Ἡρῴδε στρατὸν ὑπὸ
"Ἐ Θεῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κῦ τιμωμένου
"Ἰωάννου Ἐ καλουμένου βαπτιστ̃. κτείνει γὰρ τοῦτον
"Ἡρῴδης, ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύον-
"τα ἀρετὴν ἐπασκήσαντας, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιο-
"σύνῃ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένους, βα-
"πτισμῷ συνιέναι. οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὸν βάπτισιν δέκτὸν
"δεκτὸν αὐτῷ φανεῖσθαι, μὴ ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων
"παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώ-
"ματος, ἅτε δὴ καὶ τ̃ ψυχὴν δικαιοσύνῃ προεκ-
"κεκαθαρμένης. καὶ τ̃ ἄλλων συρρεομένων, καὶ γὰρ
"ἥδεσθαι ἐπὶ πλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων, δεί-
"σας Ἡρῴδης τὸ ἐπὶ τοσῦνδε πειθανὸν αὐτὸς τοῖς
"ἀνθρώποις, μὴ ἐπὶ νοτερίσει φέροιτο· πάντα γὰρ
"ἐῴκεσαν συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες· πολὺ κρεῖτ-
"τον ἡγεῖται πρίν τι νεώτερον ἀπ' αὐτῦ ἡμῶδαι, προ-
"λαβὼν ἀναιρεῖν, ἢ μεταβολῆς γενομένης εἰς πράγμα-
"τα ἐμπεσὼν μεταγνοεῖν. καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τῇ Ἐ Ἡρῴ-
"δου δέσμιος εἰς τ̃ Μαχαιροῦντα πεμφθεὶς τὸ πρόσθε-
"γμένον φρούριον, ταύτῃ κτείνυται.

XXV.

m Indicare voluit Euſebius, *Joſephum* non uti promiſerat, exacte ſemper ſequutum Textum Sacrum, ſed ejus loco attuliſſe majorum ſuorum δόσεις, ſive traditiones.

n Exſtat l. XX. c. 8.

TESTIMONIA.

XXV. *Idem ibid.*

Ταῦτα μὲν δὴ Ἰωάννης διελθὼν, καὶ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ τὴν αὐτὴν δὲ συγγράμματος ἱστορίαν ὧδέ πως μέμνηται. "γίνεταί δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς τὶς "σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ "παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τῶν σὺν ἡδονῇ ταληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν "Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. "ὁ χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων "ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου, "οὐκ ἐξεπαύσαντο, οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. "ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, "τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ "αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. εἰσέτι τε νῦν τῶν Χρι"στιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦ"λον." ταῦτα τοῦ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ, περί τε τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ, τοῦ μὴ ἀναισχύντως ἀπελέγχεσθαι τοὺς κατ' αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐχέτω ταύτῃ.

Hæc *Joſephus* de Joanne. Qui etiam in eodem libro ſervatoris noſtri mentionem facit, his verbis: "Iiſdem temporibus Ieſus quidam fuit "vir ſapiens, ſi tamen virum eum appellare fas "eſt. Erat quippe admirabilium operum effector, "doctorque eorum qui veritatem libenti animo "complectebantur. Multos ille partim ex Judæis, "partim ex Gentilibus ſectatores ſibi adjunxit. "Hic erat Chriſtus. Quem à gentis noſtræ pri"moribus delatum, cum Pilatus crucis ſuppli"cio addixiſſet, hi tamen qui illum dilexerant, "eum deinceps colere non deſtiterunt. Tertio "enim die vivus ac ſpirans eis apparuit; prout "divini prophetæ hæc & alia quam plurima de "illo mirifica prædixerant. Abhinc porro Chri"ſtianorum genus, qui ab eo nomen ſumpſere, "ad noſtram uſque ætatem continuatum manet." Hæc igitur cum ſcriptor ille ex Hebræis oriundus de Joanne Baptiſta & de ſervatore noſtro in libris ſuis commemoraverit, quod jam effugium relinquitur his qui adverſus eos acta illa confinxerunt, quo minus impudentiſſimi eſſe convincantur? ſed de his ſatis.

XXVI. *Idem lib. 2. c. 10. p. 47.*

Θαυμάσαι δ' ἄξιον τὰ περὶ τὴν θείαν γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ συμφωνίας, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἱστορίαν· καὶ ἣν ἐπιμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ δῆλός ἐστιν ἐν τόμῳ τῆς Ἀρχαιολογίας ἑνδεκάτῳ καὶ δεκάτῳ, ἔνθα αὐτοῖς γράμμασιν ὧδέ πως τὸ θαῦμα διηγεῖται. "τέλειον δ' ἔτος, κ. τ. λ.

Cæterum mirari ſubit *Joſephi* Hiſtoriam, quippe quæ in hujus miraculi narratione cum divina Scriptura plane conſentiat. in ea enim veritatem teſtimonio ſuo ac ſuffragio perſpicue comprobat, cum rem geſtam in XIX. *Antiquitatum* libro exponit his verbis, &c.

XXVII. *Idem paulo infra, p. 49.*

Ταῦτα τὴν Ἰώσηπον μᾶλλον τῶν ἄλλων τῆς θείας συναληθεύουσαν γραφῆς ἀποθαυμάζω.

In his *Joſephum*, perinde ac in cæteris, magnopere admiror, qui cum Sacris literis in veritate adeo conſentiat.

XXVIII. *Idem rurſus, c. 23. p. 65.*

Οὕτω δὴ ἄρα θαυμάσιός τις ἦν, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπὶ δικαιοσύνῃ βεβόητο ὁ Ἰάκωβος, ὡς καὶ τὸν Ἰουδαίων ἐμφρονας δοξάζειν ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν τῶν συμβεβηκότων μὲν τὸ μαρτύριον αὐτοῦ πολιορκίας τῶν Ἱεροσολύμων· ἦν δ' οὐδὲν ἕτερον αὐτοῖς συμβῆναι, ἢ δίκης τοῦ κατ' αὐτοῦ τολμηθέν ἄγος. ὁ γοῦν Ἰώσηπος οὐκ ἀπεσιώπησε καὶ τοῦτ' ἐγγράφως ἐπιμαρτύρασθαι, δι' ὧν φησι λέξεων· [p] "Ταῦτα δὴ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν Ια"κώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου "Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι "ἀπέκτειναν.

Porro Jacobus ob ſingularem juſtitiam adeo celebris apud omnes & admirabilis fuit, ut Judæorum prudentiſſimi hanc fuiſſe cauſam exiſtimaverint ſecutæ mox obſidionis Hieroſolymorum: quam quidem non ob aliud ſibi contigiſſe, quam propter ſcelus in Jacobum admiſſum, ipſe etiam *Joſephus* ſcripto teſtari minime dubitavit, cum ait. "Hæc omnia contigerunt Judæis pro"pter Jacobum cognomento Juſtum, fratrem "Ieſu qui dicitur Chriſtus; qui cum eſſet o"mnium conſenſu juſtiſſimus, nihilo minus à "Judæis necatus fuerat.

XXIX. *Idem lib. 3. c. 7. p. 82.*

[q] Περὶ μὲν οὖν τούτων, μετὰ τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὰς φωνὰς ἐκείνας, ἐν αἷς ἡ τῶν Ἰουδαίων παληὸς τὸν μὲν λῃστὴν καὶ φονέα δι' ἀναστάσεως παρήτηται, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐξ αὐτῶν ἐκέτευσεν ἀφεθῆναι, τῷ παντὶ συμβεβηκότων ἔθνει, οὐδὲν ἂν δέοι τῆς ἱστορίας ἐπιλέγειν.

Ac de iis quæ univerſæ Judæorum genti poſt paſſionem Domini contigerunt, & poſt voces illas quibus latronem & homicidam morte liberari, ipſum vero auctorem vitæ à medio tolli populus omnis ſuccla maverat, *Joſephi* narrationi quicquam addere minime neceſſe eſt.

XXX. *Idem iterum capp. 9. & 10. p. 84.*

Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν, ἄξιον μὴ δ' αὐτὸν Ἰώσηπον, τοσοῦτο τῇ μὴ χεῖρας συμβεβλημένον ἱστορίᾳ, ὁπόθεν τε καὶ ἀφ' οἵας γένους ὡρμᾶτο, ἀγνοεῖν. δηλοῖ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ τοῦτο [r] λέγων ὧδε· "Ἰώσηπος Ματθα"ίου παῖς, ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεύς· αὐτός τε Ρωμαίοις "πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ξυμφυγοῦσιν "ἐξ ἀνάγκης." μάλιστα δὲ τὰ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουδαίων, ἃ καὶ μόνοις τοῖς ἐμοεθνέσιν, ἀλλὰ

Porro his rebus, tandem ad exitum perductis, rationi conſentaneum videtur de *Joſepho* ipſo, qui hiſtoriæ, quam præ manibus habemus, tantum adjumentum contulit, quis, & unde, quove genere prognatus fuerit, exponere. id vero etiam ipſe declarat de ſe loquens his verbis: "Joſe"phus Matrathiæ filius, natione Hebræus, do"mo Hieroſolymitanus, ex numero Sacerdotum; "qui & initio adverſus Romanos pugnavi, & re"bus poſtea geſtis neceſſitate coactus interfui". Hic

o φύλα ſc. niſi legendum Ἑλλωισμῶ. Vide n. XIX.

p Vide Cl. *Spencerum* in *Annott.* ad *Origenem* contra *Celſum*, p. 30. 31. & Celeberr. *Huetium* in *Demonſt. Evangel.* prop. III.

q Vide *Euſeb.* l. 3. c. 7.

r In *Prologo* ad *Bellum Judaicum.*

Hic vir omnium tunc temporis Judæorum præſtantiſſimus fuit, non modo popularium ſuorum, ſed etiam Romanorum judicio; adeo ut ipſe quidem in urbe Roma ſtatua donatus ſit: libri vero ab eo conſcripti in Bibliotheca publica fuerint collocati. Scripſit *Antiquitates Judaïcas* libris xx. *Hiſtoriam* vero *Belli Judaïci*, quod à Romanis ſua ætate geſtum eſt, complexus eſt voluminibus vii. quam non ſolum Græco, ſed etiam Patrio ſermone, ab ſe editam eſſe teſtatur. dignus omnino cui & hîc & in cæteris fides habeatur. Exſtant autem duo ejuſdem libri de *Judæorum vetuſtate* lectu digniſſimi. In quibus & *Apioni Grammatico* reſpondet, qui ea ætate volumen adverſus Judæos compoſuerat, & aliis nonnullis qui Judæorum origines perinde calumniari tentaverunt. In priore horum autem librorum, numerum Sacrorum voluminum, quibus vetus Teſtamentum conſtat, quænam ſint apud Hebræos extra omnem controverſiam poſita, utpote à majoribus tradita, declarat. ——————— Apud nos eſt & aliud uon ignobile opuſculum ab eodem elaboratum *de Ratione ſummo imperio prædita*: quod quidem à nonnullis *Maccabaïcum* inſcriptum eſt, eo quod certamina contineat Hebræorum quorundam, qui, ut in *Maccabæorum* libris proditum eſt, pro Divini numinis cultu fortiter propugnarunt. Sed & ſub finem *Antiquitatum Judaïcarum* libri xx, propoſitum ſibi eſſe ſignificat, quatuor libros conſcribere *de Deo atque ejus natura*, ex opinione Judæorum, quam ipſi à majoribus acceperunt; item *de Legibus*, *cur earum præcepto quædam permiſſa ſunt*, *quædam vetita*. Alia præterea ab ſe elucubrata eſſe, ipſe in ſuis libris commemorat.

ἡ δὲ Ρωμαίοις γέγονεν ἀνὴρ ὀπτιδοξότατος· ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσθαι ἀνδριάντος ὀπὶ τῆ Ρωμαίων πμηθῆναι πόλεως. τὰς δὲ ἀρχαιολογίας αὐτῶ λόγως βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. ἔτος δὲ πᾶσαν τὴν Ιουδαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐν ὅλοις ἑπτὰ καθαθέβληται συγγεγράφθαι. τὴν δ' ἱερέων ἔτ κατ' αὐτὸν Ιουδαϊκὸν πόλεμον, ἐν ἑπτὰ λόγοις· ἃ ἡ μόνον τῆ Ελλήνων, ἀλλὰ ἡ τῆ πατρίω φωνῆ ἀξιόλογα αὐτὸς ἑαυτῶ μαρτυρεῖ, ἄξιός γε ὢν ἀφ' ὧν λοιπὰ πιστεύεσθαι. καὶ ἔτερα δὲ αὐτῶ φέρεται συγγράμματα ἄξια δύο, περὶ τῆς Ιουδαίων ἀρχαιότητος· ἐν οἷς καὶ ἀντιῤῥήσεις πρὸς Απίωνα τὸν γραμματικὸν καὶ Ιουδαίων πλωικάδε συντάξαντα λόγον πεποίηται, καὶ πρὸς ἄλλους, οἳ βλασφημεῖν καὶ αὐτοὶ τὰ πατρῶα τῶν Ιουδαίων ἔθνους ἐπεχείρησαν. τούτων ἐν τῶ πρότερω τὸ ἀριθμὸν τῶν λεγομένων παλαιᾶς τῆς ἐνδιαθήκων γραφῶν πίστιν, τίνα παρ' Εβραίοις ἀναντίῤῥητα, ὡς ἂν ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως, δηλώσων. ——————— Πεπόνηται δὲ καὶ ἄλλο σὺν ἀγῶνι σπουδασμα τῶ ἀνδρὶ, περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ· ὅ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπέγραψαν, τῶ τοὺς ἀγῶνας τῶν ἐν τοῖς ὕπω καλυμένοις Μακκαβαϊκοῖς συγγράμμασιν ὑπὲρ τῶν εἰς τὸ θεῖον Δυσεβέσας ἀνδρισαμένων Εβραίων περιέχειν. καὶ πρὸς τῶ τέλει δὲ τῆς εἰκοσῆς Αρχαιολογίας ὑπομιμνήσκεται ὁ αὐτὸς, ὡς ἂν προῃρημένος ἐν τέτρασι συγγράψαι βιβλίοις κατὰ τὰς πατρίους δόξας τῶν Ιουδαίων, περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· καὶ περὶ τῶν νόμων, ἀφ' τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστι ποιεῖν, τὰ δὲ κεκώλυται· καὶ ἄλλα δὲ αὐτῶ συγγράμματα, ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ μνημονεύει λόγοις.

XXXI. *Idem in Chronico Græco, p. 64. Edit. Amſt.*

Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάντα, ἢ πραχθέντα, ἕως τῆς θείας σαρκώσεως, τοῖς Ιουδαίοις, Ιώσηπος ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς ἱερεῖ, καὶ Αφρικανὸς μετ' αὐτὸν ἐν Επιτόμῳ.

XXXII.[s] *Idem ibid. p. 79.*

Συμφωνεῖ ὁ Ιώσηπος ἐν τούτω τῆ πράξει τῶν Αποστόλων, ἔνθα τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπὸ τοῦ Χιλιάρχου λέλεκται. οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος. ——.

XXXIII. *Idem in Commentariis in Pſalmos, p. 137. Edit. Pariſ.*

Quis porro Hiſtorias *Flavii Joſephi* percurrens, eorumque narratu comperiens, qua ratione obſidione concluſi fame & ſeditionibus interibant, non præſens dictum admiretur, "Et conclude "adverſus eos qui perſequuntur me."

Τὶς δὲ διελθὼν τὰς Φλαυΐε Ιωσήπε ἱστορίας, μαθών τε ἐξ αὐτῶν ὅπως ἐν συγκλεισμῶ ἀπολιφθέντες λιμῶ καὶ στάσει διεφθάρησαν, ἃ θαυμάσει τὸν ἐντεῦθεν λέγοντα φωνὴν, "καὶ συγκλείσον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων μέ.

XXXIV. *Euſtathius in Hexaëmeron, p. 1.*

Clemens & Africanus, & præter hos Tatianus, & ex Judæis *Joſephus* & Juſtus, proprio quiſque modo, ab antiquis hiſtoriis ad id probandum præbitis, divinum Moyſem temporibus Inachi floruiſſe literis prodidere.

Κλήμης μὲν οὖν καὶ Αφρικανὸς καὶ πρὸς τούτοις Τατιανὸς, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ιώσηπος καὶ Ιῶστος καὶ Ινάχου ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑποσχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

XXXV.[t] *Auctor Chronici Paſchalis, p. 127, 128. Ed. Par.*

Feſtum quod Paſcha appellarunt filii Iſraël, Diabateria & Hyperbaſia alii nuncuparunt, quod colligere licet ex iis qui apud Hebræos doctrinæ laude claruerunt, Philone, inquam, & *Joſepho*.

Εορτὴν, ἣν Πάσχα προσηγόρευον οἱ υἱοὶ Ισραὴλ, Διαβατήρια καὶ Υπερβάσια σκάλοιν ἄλλοι, ὡς ἔστι γνῶναι ἔκ τε τῶν παρ' Εβραίοις σοφῶν, Φίλωνος λέγω καὶ Ιωσήπου.

XXXVI. *Idem ibid. p. 247.*

Anno xxxix. Chriſti in cœlos aſſumptionis, Titus Veſpaſiani filius Judæam urbemque Hieruſalem recepit, peragrata univerſa Palæſtina, ipſoque Judæorum everſo templo.[u] Agebatur tum Paſchatis dies, cum urbem Hieroſolymitanam expugnavit, & undecies centena Judæorum millia, iis gladio interemptis, delevit, aliaque centum

Τελευτῶ ἐνιαυτῶ ἑπτὰ τῆς εἰς οὐρανὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, Τίτος ὁ Οὐεσπασιανοῦ τὴν Ιουδαίαν παρέλαβεν, καὶ τὴν Ιερουσαλὴμ, προσθεὶς εἰς πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην, καὶ ἱερὸν τῶν Ιουδαίων κατέσρεψεν. ἣν δὲ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς τὸ Πάσχα, ὅτε παρέλαβε τὴν πόλιν Ιερουσαλὴμ, καὶ ἀπώλεσε ψυχῶν μυριάδας ρί. ξίφεσιν αὐτὺς καθανόψας,

[s] Vide etiam *pp.* 52, 53, 78.

[t] De ætate ejus vide *Du-Freſne* in Præfat.

[u] Vertendum, *Judæam recepit, & Hieruſalem, peragrata univerſa Paleſtina, Judæorumque templum everſit.*

κήψας, καὶ ἄλλας ἢ μυριάδας ιϛ'. Ἀφῆκεν αἰχμαλώτων, νεανίσκων καὶ παιδίων ἀρρενικῶν καὶ παρθένων θερασίων, καθὼς Ἰώσηπος ὁ συφώτατος χρονογράφος ἀνέγραψεν.

quinquaginta millia captivorum ex adoleſcentibus & pueris, & virginibus & puellis, ſub corona vendidit, ut tradit *Joſephus* doctiſſimus Chronographus.

XXXVII. *Baſilius Cæſarienſis in Homilia in Famem & Siccitatem, p. 358. Edit. Pariſ.*

Τὸ τῦ λιμοῦ πάθος κατίσχυσε πολλὰς πολλάκις καὶ τὰς ὁρμὰς κινῆσαι τὰ φύσεως, ἄψασθαι μὲν ἀνθρώπων τῶν ὁμοφύλων σωμάτων· μητέρα ἢ παῖδα, ὃν ἔκ τε χαιρὸς ἀπεκύησε, πάλιν τῇ μήτρᾳ κακῶς ὑπεδέξασθαι. καὶ τῦτο τὸ δρᾶμα Ἰουδαϊκὴ ἐτραγῴδησεν ἱστορία, ἵνα Ἰώσηπος ἡμῖν ὁ ταυδαῖος συνεγράψατο, ὅτι τὰ δεινὰ τὰς Ἱεροσολυμίτας κατέλαβε, τῇ εἰς τὸ Κύριον δυσεβείᾳ ἐνδίκως τιμωρίας τινυόμενα.

Quid fames non cogit? naturæ leges ſæpe pervertere ac tranſgredi multis ſuadet, & hominum corporibus vel propinquorum veſci: matrem etiam quem peperit natum impulit in ventrem male recondere. Quam tragœdiam Judaïca commemorat hiſtoria, à *Joſepho* gravi Auctore conſcripta, quando videlicet diræ calamitates Hieroſolymitanos, pœnas juſtas propter impietatem in Dominum dantes, apprehenderunt.

XXXVIII. *Gregorius Nazianzenus in Orat. XXII. p. 398. Edit. Pariſ.*

Οὗτοι τίνες μὲν ὄντες, καὶ ὅθεν, καὶ ἐξ οἵας ὁρμώμενοι τὰ ἀπαρχῆς καὶ παιδεύσεως, εἰς τοσῦτον ἀρετῆς καὶ δόξης προελήλυθασιν, ὥστε καὶ τοῖς ἐτησίοις πανηγύρεσι, καὶ μείζονα τὸν ὁρωμένων τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν ἐναπεικάσθαι τῶν ἀπάντων ψυχαῖς, ἡ περὶ αὐτῶν βίβλος δηλώσει τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις, ἡ περὶ τῦ Αὐτοκράτορα εἶναι τῶν παθῶν τὸ λογισμὸν φιλοσοφοῦσα, καὶ κύριον τῆς ἐπ' ἄμφω ῥοπῆς, ἀρετήν τε φημὶ καὶ κακίαν. ἄλλοις τε δὴ σὺν ὀλίγοις ἐχρήσαντο μαρτυρίοις, καὶ δὴ καὶ τοῖς τῦτων ἀθλήμασιν. ἐμοὶ δὲ τοσῦτον εἰπεῖν ἐξαρκέσει.

Quinam hi fuerint, & unde, & ex qua primum inſtitutione atque doctrina in eam virtutis & gloriæ magnitudinem evaſerint, ut tum annuis his Feſtis ornentur, tum multo major, quam quæ oculis cernitur, eorum gloria in omnium animis condita ſit, ſtudioſis ac diligentibus viris perſpicue liber ille declarabit, qui *Rationem animi perturbationibus imperare* docet, in ejuſque arbitrio eſſe, ut in utramque partem, hoc eſt vel ad virtutem vel ad vitium, propendeamus. Nam cum pleraque alia teſtimonia, tum horum quoque dimicationes ad hujus argumenti confirmationem attulit. Mihi vere hæc tantum dicere ſufficiet.

XXXIX. *Hegeſippus (ſeu potius Ambroſius) de Excidio Urbis Hieroſol. lib. 2. p. 200. Edit. Cadom.*

De quo (ſc. *Jeſu*) ipſi Judæi quoque teſtantur, dicente *Joſepho* hiſtoriarum Scriptore, quod fuerit illo in tempore vir ſapiens, ſi tamen oportet (inquit) virum dici; mirabilium &c. ——— hoc dixit *Joſephus*, quem ipſi maximum putant: & tamen ita in eo quod verum loquutus eſt, [x] mente devius fuit, ut nec ſermonibus ſuis crederet, ſed loquutus eſt propter hiſtoriæ ſuæ fidem, quia fallere nefas putabat. non credidit propter duritiam cordis & perfidiæ intentionem: non tamen veritati præjudicabat, quod non credidit; ſed plus addidit teſtimonio, quod nec incredulus & invitus negavit.

XL. *Hieronymus in Epiſtola Paulæ & Eutocii ad Marcellum ab ipſo dictata, Tom. 1. p. 126. Edit. Froben. A. 1526.*

Denique etiam *Joſephum*, qui vernaculus Scriptor eſt Judæorum, [y] aſſerere, illo tempore quo crucifixus eſt Dominus, ex adytis Templi virtutum cœleſtium erupiſſe voces, dicentium, *Tranſmigremus ex his ſedibus.*

XLI. *Idem in Epiſtola ad Euſtochium, Tom. 1. p. 149.*

Tales Philo Platonici ſermonis imitator, tales *Joſephus* Græcus Livius in ſecunda *Judaïcæ Captivitatis* hiſtoria Eſſenos refert.

XLII. *Idem in Epiſtola ad Lucinium, Tom. 1. p. 197.*

Porro *Joſephi* libros, & Sanctorum Papiæ & Polycarpi volumina, falſus ad te rumor pertulit à me eſſe tranſlata: quia nec otii mei nec virium eſt, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venuſtate,

XLIII. *Idem in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, Tom. 1. p. 275.*

Ex Verſione Sophronii.

Ἰώσηπος Ματθαίου υἱὸς, Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, αὐτὸς Οὐεσπασιανῷ ἀλοὺς μὲν Τίτῳ δὲ υἱῷ αὐτοῦ καπλείφθη. ὃς, εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἐπὶ λόγους τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀλώσεως τοῖς δύο βασιλεῦσι, τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, συνήνεγκεν, οἳ πινες καὶ τῇ δημοσίᾳ Βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν· καὶ διὰ τὴν δόξαν τὴν εὐφυΐας, ἀνδριάντος ἠξιώθη. ἔγραψε δὲ τὴν Ἀρχαιολογίας λόγους εἴκοσι, ἀπὸ τῆς δὲ κόσμου ἀρχῆς ἕως πεντεσκαιδεκάτου ἔτους Δομιτιανοῦ Καίσαρος, καὶ δύο Ἀρχαιότητος καθ' Ἀπίωνος Γραμματικὸν Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ

Joſephus, Mattathiæ filius, ex Hieroſolymis Sacerdos, à Veſpaſiano captus, cum Tito filio ejus relictus eſt. Hic, Romam veniens, ſeptem libros *Judaïcæ Captivitatis* Imperatoribus patri filioque obtulit, qui [z] Bibliothecæ publicæ traditi ſunt: & ob ingenii gloriam Statuam quoque meruit Romæ. Scripſit autem & alios viginti *Antiquitatum* libros, ab [a] exordio Mundi uſque ad decimum quartum annum Domitiani Cæſaris, & duos Ἀρχαιότητος adverſum Apionem Grammaticum Alexandrinum, qui, ſub Caligula

x Vide Edit. *Colon.* 8° p. 260.

y Vide Cl. *Picquii* Epiſt. in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii.* vol. 2. p. 35.

z *Joſephus* lib. de Vita ſua, dicit, δημοσιεῦσαι προσέταξεν. quæ verba haud ſatis commode reddidit, *Bibliothecæ publicæ traditi ſunt.*

a Περιοχὴ τῆς Ἀρχαιολογίας, tantum ab exordio mundi uſque ad annum XII. Neronis, ut conſtat ex fine *Antiquitatum.* *Antiquitates* vero Joſephus abſolvit & edidit anno decimo vertente Domitiani, ut conſtat ex earundem *Antiquitatum* fine.

la legatus missus ex parte Gentilium, *contra Philonem* etiam librum, vituperationem gentis Judaïcæ continentem, scripserat. Alius quoque liber ejus, qui inscribitur [b] περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo & Maccabæorum sunt digesta Martyria. Hic in decimo octavo *Antiquitatum* libro manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum, Christum à Pharisæis interfectum, & Joannem Baptistam vere Prophetam fuisse, & propter interfectionem Jacobi Apostoli, dirutam Hierosolymam. Scripsit autem de Domino in hunc modum, "Eodem tempore fuit Iesus vir sa-"piens, si tamen virum oportet eum dicere. "Erat enim mirabilium patrator operum, do-"ctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plu-"rimos quoque tam de Judæis, quam de gen-"tibus, sui habuit sectatores, & [c] credebatur es-"se Christus. Cumque invidia nostrorum prin-"cipum, cruci eum Pilatus addixisset, nihilo-"minus qui eum primum dilexerant perseverave-"runt: apparuit enim eis tertia die vivens: mul-"ra & hæc & alia mirabilia carminibus Prophe-"tarum de eo vaticinantibus, & usque hodie "Christianorum gens, ab hoc sortita vocabu-"lum, non defecit.

Καλούμενα πεποιηκὼς ἀπιστάλη παρὰ τοῦ μέρους τῶν ἐθνικῶν, καὶ καθ' Φίλωνος λόγον, περιέχοντα κατηγορίαν τῶν Ἰουδαίων, ἔγραψεν. ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ ἐξαίρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ οἱ πάθοι τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. ἔτι ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ λόγῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι παρὰ Φαρισαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγενῆσθαι προφήτην. καὶ διὰ τὴν σφαγὴν Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. ἔγραψε δὴ καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἅτως, "Γίνεται δὴ κατὰ τοῦτον τὸν "χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν "χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκα-"λος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ ταληθῆ δεχομένων, καὶ "πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλληνισμοῦ "ἐπηγάγετο, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν "πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετικότος "Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγα-"πήσαντες· ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν "πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλ-"λα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, εἷς τε νυῦ Χρι-"στιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἔλιπε τὸ φύ-"λον.

XLIV. *Idem ibid. cap.* 14.

Justus Tiberiensis, de provincia Galilæa, conatus est & ipse Judaïcarum rerum Historiam texere, & quosdam Commentariolos de Scripturis componere, sed hunc *Josephus* arguit mendacii. Constat autem illum eo tempore scripsisse, quo & *Josephus*.

Ἴουστος Τιβεριάδος, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα περὶ γραφῶν· ἀλλὰ τοῦτον Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσάμενον. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν, ὅτε καὶ Ἰώσηπος.

XLV. *Idem libro secundo adversus Jovinianum, Tom.* 2. *p.* 79.

Josephus in secunda *Judaïcæ Captivitatis* historia, & in decimo octavo *Antiquitatum* libro, & [d] *contra Apionem* duobus voluminibus, tria describit dogmata Judæorum, Sadducæos, Pharisæos, & Essenos; quorum novissimos miris effert laudibus: quod & uxoribus, vino, & carnibus semper abstinuerint; & quotidianum jejunium verterint in naturam. Super quorum vita & Philo vir doctissimus proprium volumen edidit.

XLVI. *Idem libro secundo adversus Pelagianos, Tom.* 2. *p.* 287.

Unde & *Josephus*, Maccabæorum Scriptor historiæ, frangi & regi posse dixit perturbationes animi, non eradicari.

XLVII. *Idem in Epistola ad Magnum Oratorem Romanum, Tom.* 2. *p.* 332.

Josephus, Antiquitatem approbans Judaïci populi, duos libros scribit *contra Apionem Alexandrinum Grammaticum*; & talia sæcularium profert Testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo *vir Hebræus*, & ab infantia Sacris literis eruditus, cunctam Græcorum Bibliothecam evolverit.

XLVIII. *Idem in Epistola ad Marcellam, Tom.* 3. *p.* 44.

Quam vellem nunc tibi omnem habitum sacerdotalem exponere, & per singulas vestium species divina ostendere sacramenta. Verum quia in hoc ipso brevitatem epistolæ excessimus, & *Josephus* & Philo, doctissimi Judæorum, multique de nostris id latissime persequuti sunt, quorum, ut ajunt, voce audies me, quæ de cætero velis, præsens percontator præsentem.

XLIX. *Idem in Commentariis in Isaiam, cap.* 54. *Tom.* 5. *p.* 293.

Ad tempus Romanæ victoriæ universa referimus, quæ *Josephus* Judaïcæ Scriptor historiæ [e] septem explicat voluminibus, quibus imposuit titulum *Captivitatis Judaïcæ*, id est περὶ Ἁλώσεως.

L. *Idem in Comment. in Ezechiel. c.* 38. *Tom.* 5. *p.* 628.

Et revera nec in Genesi, nec in alio Scripturæ loco, nec in *Josepho* quidem, qui omnia Hebraïcarum gentium in primo *Antiquitatis* libro exponit nomina, hanc gentem potuimus invenire.

LI. *Idem in* [f] *Comment. in Danielem, c.* 5. *Tom.* 5. *p.* 709.

Sed juxta Berosum, qui Chaldæam scripsit historiam, & *Josephum*, qui Berosum sequitur, post Nebuchodonosor, qui regnavit, *&c.*

LII. *Idem*

b Vide *Petit.* Tom. 3. p. 342.
c Vide *Vossii* Chronol. Sac. p. 183. & *Martin.* p. 219.
d Nec disputans adversus Apionem *Josephus* mentionem facit Sectarum Judaicarum, nec ullibi tradit Essenos vino & carnibus abstinuisse, aut quotidie jejunasse; immo contrarium edocet lib. 2. *de Bello.* Sed qui *Esseni* perpetuo jejunabant, nec unquam carne & vino utebantur, sunt illi à *Philone* Judæo literis commendati. *Coteler.* in Notis ad Constit. Apost. l. 6. c. 6. p. 270.
e Ita etiam in *Comment.* in *Joëlem*, c. 1. *Tom.* 6. p. 66.
f Vide eundem in Procœmio ad Daniel.

g Vide

TESTIMONIA.

LII. *Idem in* [g] *Chronico Eusebiano, lib. 2.*

[h] *Josephus* etiam vernaculus Judæorum scriptor testatur (tempore Passionis Christi) auditam fuisse vocem dicentium, *Migremus ex his sedibus.*

LIII. *Augustinus in* [i] *Epistola ad Hesychium, p. 750. Tom. 2. Edit. Benedict.*

Nam *Josephus*, qui Judaicam scripsit historiam, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut vix credibilia videantur.

LIV. *Chrysostomus in Homil. XXXVI. adv. Judæos III. Tom. 4. p. 481. Edit. Frontonis Ducæi.*

Φέρε καὶ ἕτερον τῶν εἰρημένων ὑμῖν παραγάγωμεν μάρτυρα, ὃν μάλιστα ἀξιόπιστον εἶναι νομίζειν· Ἰώσηπον λέγω, τὰ καὶ τὰς συμφορὰς αὐτῶν τραγῳδήσαντα, καὶ τὰ παλαιὰν ἀφηγήσει διαφέροντα πᾶσαν· ὃς, μετὰ τὰ τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἡμῶν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ προρρηθεῖσαν εἰπών, καὶ περὶ ταύτης διελέχθη τῆς αἰχμαλωσίας τῆς ἡμετέρας, τὰ τῷ προφήτῃ ἐρμηνεύων ὅραμα. ----

Age proferamus & alium testem eorum quæ dicta sunt, quem illi (Judæi) gravissimum habent Auctorem: *Josephum* loquor, qui calamitates illorum Tragicas descripsit, ac vetus Testamentum omne velut paraphrasi fusius explicavit. qui fuit post Christi adventum, & captivitatem ab ipso prædictam commemorans, de hac quoque differuit, Danielis visionem enarrans, &c.

LV. *Idem mox infra, p. 486.*

Σὺ δέ μοι σκόπει, ὡς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν ὁ ἀνὴρ ὁ ταῦτα γεγραφώς, ἀλλ' οὖν οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὑμετέραν ζηλῶσαι φιλονεικίαν.

Tu vero illud mihi considera, quod tametsi Judæus esset ille, qui hæc scripsit, *Josephus*, tamen veritus est vestram imitari pervicaciam.

LVI. *Idem in libro adversus Vituperatores vitæ Monasticæ, Tom. 4. p. 414.*

Ἐρῶ δὴ οὐκ ἐμὸν λόγον, ἀλλ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου, τὰ τὰ ἐκείνων ἱστορηκότος ἀκριβῶς.

Verbis autem utor non meis, sed *Judæi*, qui eam historiam conscripsit diligenter.

LVII. *Idem in Homil. in Acta Apost. Tom. 8. p. 488.*

Εἰ μὲν Χριστιανὸς ὁ ταῦτα γεγραφὼν ἦν, κἂν ὕποπτος ὁ λόγος ἦν· εἰ δὲ Ἰουδαῖος, καὶ Ἰουδαῖος ζηλωτής, μετὰ τὸ εὐαγγέλιον ἐλθών, πῶς ἂ πᾶσι καταδηλα τὰ γεγραμμένα.

Si quidem Christianus exstitisset horum Scriptor, suspecta forsan esset oratio. At cum Judæus sit, idque æmulator, qui post Euangelium floruit, quomodo non omnibus manifesta quæ gesta sunt?

LVIII. [k] *Ruffinus in Historia Eccles. Euseb. l. 3. c. 9. p. 55. Edit. Bas.*

Operæ pretium sane est post ista noscere quis fuerit hic *Josephus*, & unde, vel ex quo genere originem ducens, qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionemque præstiterit. Exponit ergo etiam hæc ipse de se, hoc modo scribens: "*Josephus* Matthiæ filius, Hebræus genere, ex Hierosolymis sacerdos, qui & ipse primo bello Romanos oppugnaverim, & posterioribus nihilominus interfuerim præliis, necessitate constrictus." Constat igitur hunc virum per idem tempus non solum apud Judæos proprios cives, verum etiam apud Romanos habitum esse nobilissimum, ita ut literarum merito in urbe Roma etiam statua donaretur, & libri ejus Bibliothecæ traderentur. Conscripsit namque *Antiquitatem* Historiam in vigiati libris. Belli vero *Judaici*, cum Romanis habiti, Historiam septem voluminibus comprehendit; quam non solum Græca facundia, verum & patrio, id est, Hebræo sermone suis etiam civibus se edidisse confirmat. dignus cui præ cæteris omnibus debeat credi. Sed & alia ejusdem viri exstant de *Judæorum vetustate* duo Volumina, in quibus contradicere Apioni cuidam Grammatico videtur, qui illis temporibus adversum Judæos scripserat; & ad alios quosdam, qui morem gentis Judæorum atque instituta laceraverunt.

SÆCULO V.

LIX. *Isidorus Pelusiota, lib. 3. Epist. 19.*

Εἰ μηδὲν πλέον ἢ γεγραμμένον νομίζῃ τὸ νομοθέτου εἰρηκέναι ὁ πρὸς σὲ, ὡς ἔφης, διενεχθεὶς Ἰουδαῖος· εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐλέγχουσιν ὑμῶν τὴν ἀπαιδευσίαν οἱ δύο ἄνδρες οἱ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν συγγραφεῖς παρ' ὑμῖν γεγονότες, Φίλων ὁ θεωρητικώτατος καὶ Ἰώσηπος ὁ ἱστορικώτατος. ὁ μὲν πᾶσαν σχεδὸν τὴν παλαιὰν [Ἀφηγησιν] εἰς ἀλληγορίαν τρέπων, ὁ δὲ Ἀμφιτρύωνα γράφων· "[l] τὰ μὲν αἰνιττομένῳ τῷ νομοθέτῃ δεξιῶς, τὰ δὲ ἀλληγορουμένῳ μετὰ σεμνότητος, ὅσα δὲ ἐξ εὐθείας λέγεσθαι συνέφερε ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντι.

Si Legislatorem nihil aliud præter literam dixisse Judæus is existimat, qui tecum rixatus est, his ad eum verbis utere: Inscitiam vestram duo viri refutant, qui post Christi adventum apud vos literarum monumenta condiderunt; nimirum Philo contemplator egregius, & *Josephus* insignis historicus. Ille quidem dum universum pæne vetus Testamentum ad allegoriam trahit: hic dum ad hunc modum loquitur; "Legislatore alia commode ac scite innuente, alia cum gravitate allegorico sensu exponente, eademque omnia quæ recte ac plane dici utile erat ad literam indicante.

LX. *dem lib. 4. Epist. 75.*

Εἰ τὰ ὑπήκοα τῶν ἀλιτηρίων Ἰουδαίων, τὰ καὶ τῷ Χρι-

Si vis cognoscere quibus pœnis sceleratí Judæi, con-

[g] Vide etiam p. 78.

[h] Ista verba Eusebii Græce profert Syncellus. Idem habet Hieronymus in *Mat.* 27. & alibi. Verum in Commentariis in Isaiam dicit, hanc vocem auditam fuisse ante excidium Hierosolymitanum. Nonnulla etiam de Archelao manifeste falsa affert Eusebius; adeo ut vel Eusebius inciderit in vitiosos *Josephi* Codices, vel verba ista non legerit in *Josepho*, sed ex alio forsasse auctore addiderit.

[i] Vide Epist. ad Lucinium, Tom. IV. part. 2. p. 578.

[k] Vide eundem, p. 48. & alibi passim.

[l] In *Proœmio Antiquitatum.*

contra Christum insanientes, affecti sint, sume *Josephi*, Judæi quidem, sed veritatis studiosi viri, historiam *de Excidio*, ut videas divinitus actam historiam, qualem nec tota series temporum vidit, ex quo & quamdiu homines exstiterunt. Nam ne quis denegaret fidem ipsorum calamitatibus, fidem omnem & exemplum superantibus; non extraneum aliquem (forsan enim, vel potius necessario, non invenisset fidem) sed hominem ex eadem gente & eorum observantissimum instruxit veritas, ut stupenda illa, quæ Judæis evenerunt, tragice describeret.

τοῦ ἀπολυθησάντων, γνῶναι βέλῃ, ἔντυχε τῇ Ἰωσήπου, ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, φιλαλήθους ἢ, ὡς τὰ ἀλώσεως ἱστορία, ἵνα ἴδῃς θεῖλαῖον ἱστορίαν, οἵαν οὐδὲ ὁ σύμπας εἶδε χρόνος, ἀφ' ἧς δὴ καὶ ἐφ' ὅσον ἄνθρωποι, ἵνα γὰρ μηδεὶς τοῖς ἀπίστοις αὐτῶν καὶ θαυμαλόγοις ἀπιστήσῃ συμφοραῖς, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα· ἢ γὰρ ἂν ἴσως, μᾶλλον ἢ ἀναγκαίως ἠπιστήθη· ἀλλ' ὁμόφυλον αὐτὸν καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ ἀλλόκοτα ἐκεῖνα ἐκπεραγωδῆσαι πάθη.

LXI. *Idem lib. 4. Epist. 225.*

Quoniam & Græcis & Barbaris & omnibus omnino hominibus videtur, & jure quidem, hostium testimonium fide dignum; Judæi vero, omnem excedentes improbitatem, non solum Prophetis fidem non habuerunt, sed ne quidem ipsi Deo; exstitit autem *Josephus* quidam, Judæus summus, & acer Legis propugnator, quique vetus Testamentum ex fide veri paraphrastice exposuit, & pro Judæis strenuissime se gessit, ac per omnia ipsorum res meliores, quam dici possit, ostendit, rerum autem veritati cedere dignatus est, (non enim impiorum sententiam secutus est) necessarium esse arbitratus sum, ipsius verba apponere. Quid igitur ait? "Eodem tempore fuit Iesus, vir sapiens, "si tamen virum &c. —— Ego vero cum multis aliis in rebus valde miror hominis veracitatem, tum vero vel maxime in illis verbis, cum ait, "doctor "hominum, qui libenter veritatem suscipiunt &c.

Ἐπιδὴ καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία εἰκότως δοκεῖ ἀξιόχρεως εἶναι, Ἰουδαῖοι δὲ, πᾶσαν ὑπερβαλλόμενοι κακίαν, ὃ μόνον τοῖς προφήταις οὐκ ὑπίσχυσαν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῷ τῷ Θεῷ· ἐγένετο δέ τις Ἰώσηπος, Ἰουδαῖος ἀκρος καὶ τὰ νόμιμα ζηλωτὴς, καὶ τὴν παλαιὰν διαθήκην μετ' ἀληθείας θεοφορέσας, καὶ ὑπὲρ Ἰουδαίων ἄριστα ἀνδριασάμενος, καὶ πάντα τι τὰ ἐκείνων κρεῖττονα λόγου ἀποφαίνων, τῇ ἢ τῶν πραγμάτων ἀληθείᾳ θεοφορῆσαι ἀξιώσας· ὃ γὰρ ἐζήλωσε τὸ ἀσεβῶν τινὶ γνώμῃ· ἀναγκαῖον οἰηθεὶς τὰς ἐκείνου θεοφιλεῖς ῥήσεις. τί οὖν φησί; "Γίνεται ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, "εἴγε αὐτὸν ἄνδρα λέγειν χρή ------. Ἐγὼ ἢ λίαν θαυμάζω πανούργου ἐν πολλοῖς μὲν τὸ φιλάληθες· μάλιστα ἢ, ἐν οἷς εἶπε, "διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ παλη"θῆ δεχομένων -----.

LXII. *Cyrillus* [m] *Alexandrinus, lib. 5. Comment. in Joann. Evang. p. 517. Edit. Paris.*

Tanta quippe mala Judæos ex bello manent, ut illorum experimento genus omne mortis jucundius sit atque optabilius. Cæterum Judæorum eversionem, & incolarum captivitates, cædemque crudelissimam, civitatum famem, ac liberorum in iis comestionem in historiis suis *Josephus* commemorat.

Εἰς τοῦτο γὰρ Ἰουδαίοις τὰ ἐκ τοῦ πολέμου συβέβηκε πάθη, ὡς τὸ ἐκείνων πεῖρας πᾶν εἶδος θανάτου ἡμέρας γλυκύτερόν τι καὶ αἱρετώτερον. τὴν ἢ τῶν χώρας αὐτῶν ἐξανάστασιν, καὶ τὴν τῶν οἰκιῶν αὐτῶν τὰς τε ἐξανδραποδισμοὺς, καὶ τὴν ὠμοτάτην σφαγὴν, καὶ τὰς ἐν ἑκάστῃ πόλει λιμοὺς, τάς τε ἐν αὐταῖς πεινοφαγίας ἱστορεῖ καὶ Ἰώσηπος ἐν οἰκείοις συγγράμμασι.

LXIII. *Theodoritus Episc. Cyrens. in Quæstionibus in Exodum, p. 110. Edit. Paris.*

Josepho autem credendum est in his rebus, ut qui gentis *suæ* mensuras probe norat.

Πιστέον δ' ἐν τούτοις Ἰωσήπῳ, ἀκριβῶς τὸ ἔθνους τὰ μέτρα εἰδότι.

LXIV. *Idem in Comment. in Daniel. p. 616. Edit. Par.*

Neque enim quæ à *Josepho* dicuntur cum Græcis Historicis consentanea sunt. Nec enim in illis facile licet invenire, Cyaxarem Astyagis filium, eundem *esse* Darium, quem iste narrat una cum Cyro contra Babylonem cum exercitu profectum: ita ut omnino *Josephi* oratio à fide abhorreat.

Οὐδὲ τὰ Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰωσήπου εἰρημένα συμβαίνει, οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείναις ἔστιν εὑρεῖν Κυαξάρην τὸν τοῦ Ἀσυάγους υἱὸν, αὐτὸν εἶναι τὸν Δαρεῖον, ὃν ἔτος ἔφη σὺν τῷ Κύρῳ τὴν στρατείαν καὶ τῆς Βαβυλῶνος ποιησάμενον· ὥστε παντάπασιν ἀπίθανα εἶναι τοῦ Ἰωσήπου λόγου.

LXV. *Idem ibid.*

Hæc nos apertius edocent primus & secundus Maccabæorum libri; quæ & Josephus historiographus accurate conscripsit. -----

Ταῦτα σαφέστερον ἡμᾶς ὁ τῶν Μακκαβαίων βίβλος ἥτε πρώτη καὶ ἡ δευτέρα διδάσκει, καὶ Ἰώσηπος ὁ ἱστορικογράφος ἀκριβῶς ταῦτα συνέγραψε -------.

LXVI. *Idem ibid. p. 697.*

Antiquos vero Judæos beatum Danielem maximum Prophetam vocasse, testis locuples est *Josephus* Hebræus, qui Christianam quidem prædicationem non admisit, veritatem tamen occultare non sustinuit.

Ὅτι ἢ οἱ πάλαι Ἰουδαῖοι τὸν μακάριον Δανιὴλ μέγιστον ἀπεκάλεσαν Προφήτην, μάρτυς ἀξιόχρεως Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος, τὸ μὲν Χριστιανὸν ὑποδεξάμενος κήρυγμα, τὴν ἢ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνεχόμενος.

LXVII. *Philostorgius in Compend. Hist. Eccles. lib. 1. p. 468. Edit. Vales.*

Quarum denique librum à *Josepho* scriptum & ipse (aliis consentiens) ait; atque non tam hi-

Τὸ μέντοιγε τέτταρον [τῶν Μακκαβαϊκῶν] ὑπὸ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν, οὐχ ἱστορίαν μᾶλλον

[m] Idem *Cyrillus* meminit *Josephi* Sanchoniatonis Interpretis. vide l. 6. *contra Julianum*, p. 205. ed. *Lips.* & *Dodwellum* de Sanchoniathone §. v, vi.

[n] Vide

λον ἢ ἐγκώμιον εἶναι φησὶ, τὸ περὶ τὸν Ελεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον.

ſtoriam quam encomium eſſe, occupatum circa Eleazarum & Maccabæos ejus ſeptem filios.

LXVIII. *Hermias.*[n] *Sozomenus in Hiſt. Eccleſiaſt. lib.* 1. *c.* 1. *p.* 8.

Καὶ Ἰώσηπος ὁ Ματθίου ὁ ἱερεὺς, ἀνὴρ οὐδενός τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἀποδοκίμου δοκούντος, ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Χριστοῦ ἀληθείας. ὑπέρογκα μὲν γὰρ αὐτὸν ὀνομαλεῖν οἶμαι, ὡς θεοδόξων ἔργων ποιητὴν, καὶ διδάσκαλον λόγων ἀληθῶν· Χριστὸν δὲ περιφανῶς ὀνομάζει, καὶ τῷ σταυρῷ καταδικασθῆναι, καὶ τριταῖον ζῶντα φανῆναι. καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ προφητῶν τοῖς θείοις προφήταις σὺν ἀγνοεῖ. πολλοὺς δὲ ὄντας οὓς ἐπηγάγετο Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους ἀπιμεῖναι ἀκαπώνητος αὐτὸν μαρτυρεῖ, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ ὠνομασμένον μὴ ἀπολεῖψαι φῦλον. καί μοι δοκεῖ πάσῃ ἱερῶν μονονουχὶ βοᾶν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν. ὑπὸ δὲ θεοδόξου πράγματος καταπλαγεὶς, ὡδιπῶς μέσως παρέδραμε, μηδὲν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπεύσασιν ἐπισκήψας, μᾶλλον δὲ καὶ συνῳδήμενος. τοῦτό μοι λογιζομένῳ θαυμαστὸν εἰκότως καταφαίνεται, μὴ τοὺς Ἑβραίους φθάσαι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰς Χριστιανισμὸν μεταβαλεῖν. εἰ γὰρ καὶ Σίβυλλα καὶ χρησμοί τινες τῶν ἐπὶ τῷ Χριστῷ συμβεβηκότων, τὸ μέλλον προεμαίνουσιν, ἀ θεοῦ τέτακται πᾶσιν Ἕλλησιν εἰς δυσπιστίαν ἐγκαλεῖν ἐστιν. ὀλίγοι γὰρ οἱ παιδείᾳ διαφέρειν ἐδόκουν, τὰς τοιαύτας ᾠδὰς προφητείας, ἐμμέτρους τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὄντας, καὶ σεμνοτέρως πως δῆμον λέξεσι πεφασμένας. ἰοὺ δὲ ἄρα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ ἄνωθεν προμηθίας, ἐπὶ συμφωνίᾳ τῶν ἐσομένων, μὴ μόνον ἰδίοις προφήταις ἐνηχῆσαι τὸ μέλλον, ἀλλὰ καὶ ὀθνείοις ἐκ μέρους· ὥσπερ εἴ τις μελοποιὸς ἀπὸ χρείαν θεοδέχτου μέλους, τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν ἐπιδεήσει τῷ πλήκτρῳ, ἢ τῆς ὥσης ἑτέρας προσθείη.

Sed & *Joſephus* Matthiæ filius ſacerdos, vir cum apud Judæos, tum apud Romanos celeberrimus, veritatis de Chriſto teſtis eſt locupletiſſimus. Eum enim hominem quidem appellare detrectat, utpote mirabilium operum effectorem, veræque doctrinæ magiſtrum: Chriſtum vero diſerte nominat, & ſupplicio crucis addictum, tertia die vivum apparuiſſe, & alia plurima miracula à divinis vatibus de illo prædicta eſſe teſtatur. Multos præterea quos ille ad ſe pertraxerat, tam Judæos, quam Græcos, in illius amore perſeveraſſe affirmat; gentemque ejus nomine appellatam neutiquam defeciſſe. Ac mihi quidem videtur, dum iſta ſcribit, propemodum clamare Chriſtum Deum eſſe, operibus ipſius id evincentibus; verum rei novitate perterritus, media quadam via prætergreſſus eſt, eos qui in Chriſtum crediderant minime inſectatus, immo potius cum illis conſentiens. Hæc igitur mihi cogitanti non immerito mirari ſubit, cur Hebræi ante reliquos mortales ad fidem Chriſti non acceſſerint. Etſi enim à Sibylla & à quibuſdam oraculis, ea quæ Chriſto acciderunt, ante ſignificata ſint, non idcirco tamen Græci omnes incredulitatis accuſandi ſunt. Pauci quippe qui reliquos doctrina anteibant, hujuſmodi vaticinia noverant, utpote verſibus maxima ex parte conſcripta, & verbis gravioribus prodita quam quæ à vulgo capi poſſent. Fuit autem opus hoc divinæ providentiæ, meo quidem judicio, ut ad conſenſionem poſterorum, res futuras non propriorum tantummodo vatum, verum etiam externorum auribus aliqua ex parte inſinuaret. Perinde ac ſi quiſpiam muſicus ob peregrini cujuſdam cantici neceſſitatem, ſuperfluas chordas plectro percurrat, aut alias prioribus adjiciat.

SECULO VI.

LXIX. *M. Aurel. Caſſiodorus in Hiſt. Eccleſ. Tripartita, lib.* 1. *c.* 2.

Joſephus Mattathiæ filius atque ſacerdos, vir apud Judæos nobiliſſimus, necnon & apud Romanos digniſſimus, teſtis erat de veritate Chriſti. Vocare namque eum virum non audet &c.

LXX. *Idem in lib. de Inſtitutione Divinarum Literarum.*

Joſephus, pæne ſecundus Livius, in libris *Antiquitatum Judaïcarum* late diffuſus, quem Pater Hieronymus propter magnitudinem prolixi operis à ſe perhibet non potuiſſe transferri. Hunc tamen ab amicis noſtris, quoniam eſt ſubtilis nimis & multiplex, magno labore in libris [o] XXII. converti fecimus in Latinum. Qui etiam & alios VII. libros *Captivitatis Judaïcæ* mirabili nitore conſcripſit. quorum tranſlationem alii Hieronymo, alii Ambroſio, alii deputant Rufino. quæ dum talibus adſcribitur, omnino dictionis eximiæ merita declarantur.

LXXI. *Coſmas Indicopleuſtes, lib.* 3. *p.* 174. *Edit. Pariſ.*

Πρῶτος συγγραφεὺς ἐν κόσμῳ Μωϋσῆς, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλε ἀποδείκνυσιν, καὶ Ἰώσηπος ἐν τοῖς ἑαυτῶν συντάγμασιν.

Primus ſcriptor in orbe Moyſes, ut Euſebius Pamphili, & *Joſephus* in ſcriptis ſuis teſtificaverunt.

LXXII. *Evagrius Hiſt. Eccleſiaſt. lib.* 5. *c.* 24.

Πολλὰ δὲ καὶ Ἰώσηπος ἔγραψεν ἱστορίαν, χρειώδη εἰς ἅπαντα τυγχάνουσαν.

Sed & *Joſephus* copioſam nobis reliquit hiſtoriam, eamque utilem prorſus ac fructuoſam.

SÆCULO VII.

LXXIII. *Joannes Philoponus lib.* 3. *de Mundi Creatione, cap.* 16.

Τὸ δή, "γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ δὲ ὕδατος", ἀ μεταξὺ λέγει δὲ κάτω ὕδατος τοῦ δὲ στερεώματος γένεσθαι φύσιν, ὡς Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος ἐν τῷ περὶ

Illud igitur, Fiat firmamentum in medio aquæ, "non arguit naturam Firmamenti exiſtere in medio aquæ hujus inferioris, ut *Joſephus* Hebræus

n Vide etiam p. 399.

o Sc. *Antiqq.* xx. (nam vita *Joſephi* pro parte habetur libri vigeſimi) & *contra Apionem* II.

bræus vúlt in libro quem conſcripſit *de cauſa Univerſi*: dicens, "aquam tripartitam eſſe, & u-"nam quidem tertiam ejus in Firmamenti gene-"rationem coaluiſſe; alteram vero tertiam infe-"rius remanſiſſe: denique reſiduam aliam tertiam "per rarefactionem in ſublime una cum firma-"mento elevatam eſſe.

τὸ δὲ Παντὸς αἰτίας συγγεγράμμαται βίβλους· p "εἰς "τρία, λέγων, διηρῆσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ μὲν τρί-"τον αὐτοῦ εἰς γένεσιν συμπαγῆναι δὲ στερεώματος· τὸ "δὲ τρίτον ἐναπομεῖναι κάτω, τὸ δὲ λοιπὸν τρίτον ἐν "τοῖς νώτοις εἰς ὕψος σωβαναχθῆναι δὲ στερέωμα-"τος.

LXXIV. *Joannes Malela in lib.* 10. *Chronographiæ, p.* 319. *Edit. Oxon.*

Hinc fatalia Judæorum tempora initium habuerunt, uti ſcriptis ſuis teſtatus eſt *Joſephus*, Hebræorum philoſophus, qui & iſta inſuper tradidit: Judæos nunquam à calamitatibus ſuis reſpiraſſe quidem, ex quo cruci leſum fixerunt, hominem illum bonum ac juſtum, ſi modo hominem (inquit) illum fas ſit dicere, & non Deum potius, qui talis fuerit. Hæc *Joſephus* ille Judæus in libris ſuis de Judæorum Antiquitatibus ſcripta reliquit.

Καὶ ἐξ ἐκείνου ὅλεθρος ἤρξατο τοῖς Ἰουδαίοις, καθὼς Ἰώσηπος ὁ Ἑβραίων φιλόσοφος τοῦτο συνεγράψατο, εἰρηκὼς καὶ τάδε· ὅτι ἐξότε Ἰουδαῖοι ἐσταύρωσαν Ἰησοῦν, ὃς ἐὰν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ δίκαιος (εἴπερ ἄρα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δεῖ λέγειν καὶ μὴ Θεὸν) οὐκ ἐξέλειψεν ὀδυνῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίας χώρας. ταῦτα δὲ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς συγγράμμασιν αὐτὸς ἐξέθετο ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος Ἰουδαῖος.

LXXV. *Idem ibid. p.* 337.

Titus —— Hieroſolymas totamque adeo Palæſtinam vaſtavit, urbeque ipſo Feſti die capta, Judæorum Templum evertit: undecies autem centena millia Judæorum gladio interfecit; centum vero & quinquaginta millia juniorum & puerorum & virginum haſtæ ſubjecit. Id quod *Joſephus* ſapientiſſimus ſcriptis conſignavit; qui & ipſe Hebræus erat, & bello interfuit.

Ὁ δὲ Τῖτος —— ἐπέρθησε τὴν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην, καὶ τὸ ἱερὸν τῶν Ἰουδαίων κατέσρεψεν, ἐν τῇ αὐτῇ τῶν ἑορτῶν ἡμέρᾳ, ὅτε παρέλαβε τὴν πόλιν· καὶ ἀπώλεσε ψυχῶν μυριάδας ρί. ξίφεσιν αὐτὸς κατακόψας. ἄλλας δὲ μυριάδας ιε'. ἀπέπεμψεν αἰχμαλώτων, νεανίσκων, καὶ παίδων ἀρρένικῶν, καὶ παρθένων κορασίων. καθὼς καὶ Ἰώσηπος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο· Ἑβραῖος γὰρ ὑπῆρχε, καὶ παρῆν ἐν τῷ πολέμῳ.

SÆCULO VIII.

LXXVI. *Beda Presbyter in Epiſtola Apologetica, p.* 245. *Edit. Lond.*

Audiat *Joſephum*, hiſtoriographum Judæorum; qui, in libro primo Ἀρχαιότητος adverſus Apionem Grammaticum ſcribens, aperte & lucide monſtravit, & minorem annorum numerum eſſe veracem, & nequaquam Scripturam ſanctam à Judæorum gente eſſe falſatam, &c.

LXXVII. *Idem iterum, p.* 250.

Agnoſcas etiam qua opinione vulgus in ſex vel ſeptem millium venerit annorum, & qua ipſe auctoritate aſſertionem meæ computationis aſtruam; Hebraïca videlicet veritate, per Origenem prodita, per Hieronymum edita, per Auguſtinum laudata, & per *Joſephum* confirmata: quibus ego nullos invenio doctiores, &c.

LXXVIII. *Idem de Tabernaculo, &c. lib.* 1. *c.* 4.

Nequaquam putandum eſt, *Joſephum*, hominem Judæum, genere Sacerdotalem, ingenio excellentiſſimum, & in Scripturis divinis ſimul & ſæcularibus doctiſſimum ullatenus hoc potuiſſe latere, &c.

LXXIX. *Anaſtaſius Abbas in libro contra Judæos, ex verſione Fr. Turriani, in Tomo tertio Antiquarum Lectionum Caniſii, p.* 142.

Idem *Joſephus* auctor & ſcriptor veſter de Chriſto ait; fuiſſe virum juſtum & bonum, divina gratia oſtenſum ac declaratum, qui plurimos ſignis & miraculis juvaret.

LXXX. *Georgius Syncellus in Chronographia, p.* 226. *Edit. Pariſ.*

Hoc Chaldaïcarum rerum Scriptores Alexander & Abydenus teſtantur: quos etiam aſſentiente divina Scriptura cum aliis ſequitur *Joſephus*.

Καὶ τῶν μαρτυροῦσιν οἱ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγεγραφότες, Ἀλέξανδρος καὶ Ἀβυδηνός· οἷς καὶ Ἰώσηπος, καὶ πάντες ἐν τούτῳ ἕπονται, συμφωνούσης καὶ τῆς θείας γραφῆς.

LXXXI. *Idem p.* 334.

Et in hoc Apoſtolorum actibus concors eſt *Joſephus*.

Καὶ συμφωνεῖ Ἰώσηπος ἐν τούτῳ ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων.

SÆCULO IX.

LXXXII. *Georgius Hamartolus in Cod. Barocc. n.* 194. *fol.* 63. *b.*

Joſephus, qui in Judaïſmo manſit cæcutiens, Clemenſque & Africanus & Tatianus. ex circumciſis vero *Joſephus* & Juſtus narrant, Moſem divinum Inachi tempore floruiſſe, utroque ex hiſtoria antiqua hujuſce rei teſtimonia exhibente.

Ἰώσηπος ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ μείνας τυφλώττων, Κλήμης τε καὶ Ἀφρικανὸς καὶ Ταπιανός. τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος καὶ Ἴουστος κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸ θεοπέσιον Μωσέως ἱστορησαν, ἰδίως ἑκάτερος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας τοῦτο ἀποδεικνύν.

LXXXIII.

p Hæc verba non habentur in iſtius libri *Fragmento* quod hodie ſupereſt, & *Joſepho* adſcribitur.

TESTIMONIA.

LXXXIII. *Photius Patriarcha CP. in Bibliotheca, Cod. XLVII.*

Ἀνεγνώσθη Ἰωσήππου Ἰουδαίου τὰ κατ᾽ Ἰουδαίους πάθη. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ συντάγμα ἐν λόγοις ἑπτά. καθαρὸν καὶ φράσιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μὴ ἄκομψον εἰκῆ καὶ ἡδονῆς δεινὸς ἐκφῆναι. πιθανός τε ἐν δημηγορίαις, καὶ ἐπίχαρις, κἂν ὅλῃ παναντία ὁ καιρὸς καλῶς χρήσασθαι τῷ λόγῳ· δεξιός τε καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἑφ᾽ ἑκάτερα. καὶ γνωμολογικὸς δὲ, ὡς εἴ τις ἄλλος· καὶ πάθη τῷ λόγῳ παρασῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι παθητικὸς καὶ πραῦναι δοκιμώτατος.

Legi *Josephum* Judæum de Judaïcæ gentis calamitate atque interitu. sunt autem hujus operis libri VII. Candidus illi sermo, atque rationum pondus & momentum cum puritate ac jucunditate exprimit: in concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiosus, tum etiam cum suadet opportunitas orationem in contrariam partem flectere: dextre quoque & copiose enthymematis in utramque partem utitur: sententiasque, si quis alius, adhibet: orationi insuper affectum imprimendi, & concitandi motus leniendique est peritissimus.

LXXXIV. *Idem Cod. XLVIII.*

Ἀνεγνώσθη Ἰωσήππου περὶ τῆς Παντὸς· ὃ ἐν ἄλλοις ἀνέγνων ἐπιγραφόμενον, περὶ τῆς Παντὸς αἰτίας· ἐν ἄλλοις δὲ, περὶ τῆς Παντὸς οὐσίας. ἔστι δὲ ἐν δυσὶ λογιδίοις. —— διέξεισι περὶ τῆς κοσμογονίας κεφαλαιωδῶς· περὶ μέντοι Χριστοῦ τῆς ἀληθινοῦ Θεοῦ· ἡμῶν ὡς ἦν ἐγγὺς θεολογεῖ, κλῆσίν τε αὐτοῦ ἀναφαίνεται Χριστὸν, καὶ τοῦ ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. ὅ τινας ἴσως καὶ ἀμφιδοξεῖν, ὡς [q] Ἰωσήππου εἴη τὸ συντάγμάτιον, ἀναπείσειεν. οὐδὲν δὲ τὸ τῆς φράσεως αὐτῷ πρὸς τὰ ἄλλοτε καὶ ἀνδρὸς ἀποδεῖ. εὗρον δὲ ἐν ὑποσημειώσει, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἰωσήππου, ἀλλὰ Γαΐου τινὸς πρεσβυτέρου ——.

Lectus est *Josephi* liber *de Universo*: qui etiam inscriptus legitur, *de Universi causa*; atque alibi *de Universi natura*. duos quidem sermunculos complectitur. —— De mundi generatione per compendium differit: de Christo autem vero Deo in nostrum ferme modum loquitur, & ipsam Christi appellationem explicat, atque quidem inenarrabilem ex Patre generationem citra reprehensionem describit. Quæ res ambigendi fortasse cuipiam causam præbeat, sitne hoc ipsius *Josephi* opusculum: etsi nihil dicendi genere à reliquis ejusdem scriptis discedit. Comperi autem annotatum, non esse *Josephi* opus, sed Caji cujusdam presbyteri, &c.

LXXXV. *Idem Cod. LXXVI.*

23. Cum vero *juvenes* ad ætatem nuptiis idoneam pervenerint, [1] uxores ducant virgines ingenuas, honestis parentibus natas: qui autem virginem non ducturus est, ne cum alio degentem, quam corruperit, sibi copulet, neve priorem ejus virum contristet. Porro servas ne ducant liberi, quamvis ad hoc ab amore impellantur. nam ut quod decet plus valeat quam cupiditas, etiam ad *vitæ cujusque* dignitatem *maxime* conducit. Præterea [2] nec cum prostituta matrimonium ineundum, cujus, propter corporis probrum, sacrificia nuptialia Deus non sit admissurus. ita enim natorum ingenia fient liberalia, & ad virtutem erecta, si ex turpi conjugio non geniti fuerint, neque ex libidine eorum qui cum *femina* non libera convenerint. Si quis aliquam pro virgine desponsam, postea talem non invenerit, ipse quidem actionem intendat & accuset, eis quæ ad rem demonstrandam habet indiciis usus. Puellæ vero causam agat pater, aut frater, aut qui post hos propius eam cognatione attingere videbitur. Et puella, si quidem judicatum fuerit eam non deliquisse, cum accusatore habitet, nullam eam dimittendi potestatem habente, nisi magnas ei causas præbeat, & quibus nihil contradici possit. Quod si crimen & calumniam audacter & temere impegerit, pœnas luat, quadraginta una minus plagis acceptis, patrique siclos quinquaginta solvat. Sin autem puellam corruptam coarguerit, si quidem popularis sit, quod usque ad legitimas nuptias virginitatem non prudenter defenderit, lapidibus obruatur: sin ex sacerdotibus nata sit, viva cremetur. Si cui sint duæ uxores, & *is* alteram, propter amorem aut pulchritudinem aut aliam ob causam, magno honore & benignitate prosequatur, alteram autem minori observantia & affectu: si filius ex dilecta genitus, procreato ex altera junior, jus primogenituræ, propter patris erga matrem benevolentiam, consequi nitatur, ut rei paternæ duplicem partem accipiat (hoc enim

LEGES CONNUBIALES. Deut. c. 23.

Lev. 21.

Deut. 21.

[t] Περσκτήσασθαι] *Epiphanius* fortean viderat περσκτήσασθαι δέ. BERN.

1. *Uxores ducant virgines ingenuas.*] *LEGES CONNUBIALES.* 1. *Viri ingenui ingenuas virgines ducunt: uxores alienas non seducunt; neque matrimonium ineunt cum scorto, cujus equidem sacrificia nuptialia neutiquam Deo placeant. Deut. c. 23. 8. qui locus Seldenum nostrum latuit, non latuit Maimonidem* Issure mizbeah c. 4. *Lev. c. 21. 7. & c. 19. 29.* Synhedrin f. 76. Iebamot. f. 37. *& Maimonidæ* Issure biah c. 18, 19. *&* More p. 498. 2. *Uxorem præreptæ virginitatis temere accusatam vir suus in xvum recipit, multatus adeo verberibus undequadraginta, atque etiam siclis L. supra dotem socero numerandis. Nam Moyses nequam istum damnaverat centum nummis Deut. 22. 18. Attamen certo vitiata lapidibus obruitur, si Laica; sive ex Sacerdotibus accesserit, viva comburitur, Deut. c. 22. 13. & Lev. c. 21. 9. Masicta* Synhedrin c. 8. 1. Cetubot *T. B.* f. 22, 40, 44, 45, 46. Cidduſim f. 3. Eracin f. 15. *&* Synhedrin f. 50. 51, 52, 66. *Maimonidis* Iad c. 3. περὶ παρθένων, *&* de Congressu illicito c. 1. 6. *&* Doctoris dubitantium p. 501. 3. *Gaudet natura sua jure* במשפט הבכורה *filius maximus, uxorum licet minus dilecta genitus, Deut. c. 21. 15.* Cidduſim f. 68, 78. Becorot f. 47, 52. Baba batra 122 —— 130. *& Maimonidis c. 2.* περὶ κληρονομίας. 4. *Feminam alteri jam desponsatam quisquis corruperit, pereat cum ipsa: aut solus, si per vim fecerit, Deut. c. 22. 23.* Cidduſim f. 10. *&* Synhedrin f. 41. *Maimonidis c. 1.* παρὰ βετυλὰ. *Paria etiam judicarunt de hoc flagitio viri sapientes, Marcellus, Paulus, & Papianus in* Collatione Rufiniana, *doctissimusque Velvodus, lux Grotii, titulo Parallelo* XXIV. *& aliquot sequentium.* 5. *Qui violat virginem necdum desponsatam, hanc uxorem accipiat: aut si parens delibatæ volet, solvat siclos L. pretium infamiæ, Deut. c. 22. 28. aut potius Exodi c. 22. 16. 17. &* Cetubot. f. 10, 29, 38, 39, 40. *&* Maimonidis Iad c. 1, 2. נערה, *ejusdemque* מורם *p.* 500. 6. *Mulieri aliquam ob causam dimissæ, leviculam satis Hillelistis Aquibaque decernentibus extremo Codice* Gittin, *ad alium virum cum libello repudii sui licet divertere: sed ad priorem postliminio redire non licet Deut. c. 24. 1. Matth. 12. 7. Masicta tota* Gittin, *i. e.* de Repudii formulis, *& T. B.* Cidduſim f. 3—9. Sota f. 3, 5, 20, 31. *Maimonidis* Iad *in* Γερουσὶ, *item p.* 499. μαρεῖ. 7. *De Leviro ingrato & conspuendo, vide Deut. c. 25. 5. Deuteronomi Masiclam* περὶ γαλιγαμιῶν ἤτοι ἐβαμοῦ; *& Maimonidis* יבום וחליצה f. 295. Iad, *necnon* More p. 500. 8. *Captivam vero Israelita nemo ad torum prius admittet, quam illa mensem lugubrem ex more capite raso patriæ ac parentum derelictorum memor exegerit: atque semel admissam eam tanquam uxorem, vel saltem liberam inde existimabit. Deut. c. 21. 10.* Cidduſim f. 21, 22, 68. Jebamot f. 47, 48. *Maimonides* de Regibus c. 8. §. 5. & p. 467. Doctoris sui. *Cæterum* de Jure muliebri *præter Moysen magnum, Josephum, & filium Maimonis, alios quam paucissimos Judæorum huc allegavi. Sufficit igitur* Uxor Hebraica *Seldeni nostratis, aut oppido lasciviunt in hoc argumento Scholæ Rabinorum & impudica* εἰδωλομή. BERN.

[v] Νοθεύσας,] Verbum νοθεύσας, quod deerat in *Editis*, restitui ex quinque *MSS. & Vet. Interpr.* Sic legit *Castalio*, μὴ ζευγνύσθω συνοικοῦσαν ἄλλῳ, μηδὲ λυπῶσαν τὸ πρ. &c. *neque quæ reliquerit suum priorem virum.* æque bene, μηδὲ λυπῶσαν, *qui priorem maritum molestia non affecerit, sc.* protervia sua, malisque moribus.

[x] Πρὸς τοῦτό τινες ἐκβιάζονται.] Πρὸς τοῦτο τινὸς ἐκβιάζοιντο *Hen.*

[y] Ἐπὶ δὲ μηδ' ἡτιμασμένης] Ita *Samb.* (& *Coll. Voss.*) ἐπὶ μηδὲ ἠτ. *Bas. G. Alique.*

2. *Nec cum prostituta matrimonium ineundum,*] Neque meretrici sit jus nuptiarum, *Gelen.* neque meretricis sint nuptiæ, *Selden.* de *Uxore Hebr.* l. 6. c. 10.

[z] Εἰ μὴ τύχοιεν] Εἰ τύχοιεν ἐκ γάμων φαύλων αἰσχρῶν (*Coll. Voss.*) *Big.*

[a] Μηδ' ἐξ ἐπιθυμίας] Ita *Bas. G. & Vet. Interpr.* μήδ' ἐξ ἐπιθυμίας οὐκ ἐλευθέρας *Samb.* μήδ' ἐξ ἐπιθυμίας οὐκ ἐλευθερίας *Big.* (& *Coll. Voss.*) μηδ' ἐξ ἐπιθυμίας οὐκ ἐλευθερίας *Vat.* HUDS. Forte ἐλευθέρας, vel ἐξ ἐπιθυμίας οὐκ ἐλευθέρας συνελθόντων. COCC.

[b] Εἴ τις] Εἴ δέ τις *Big. & Samb.*

[c] Ἔχοι τεκμηρίοις.] Ἔχῃ *lidem*, & v. 19. δοκῇ.

[d] Ἢ ἀδελφὸς,] Ἢ ὁ ἀδελφὸς *Hen. & Busb.* mox ἢ ὅστις ἂν *Vat.*

[e] Τὸν δὲ] Forte ὁ δὲ ἐλεγχθεὶς. COCC.

[f] Μιᾶς λειπούσης] Μιᾷ λιπούσας *Big. & Coll. Voss.*

[g] Ἀποτινέτω] In *MSS.* ἀποτινύτω. quod idem est. *&* v. 27. ἐξελίχθη.

[h] Δημότης μὲν] Ita *MSS.* in *Editis* δημόσιος.

[i] Γεγυνημένη,] *Samb. Hen. & Busb.* γεγυμνωμένη. BERN.

[k] Κατέσθω ζῶσα] Hinc apparet combustionem graviorem pœnam lapidatione fuisse. REL.

[l] Ὄντι τιμῇ] Ὄντι τιμῇ *Big. Samb. & Vat.*

enim in legibus ſtatui) ne permittatur. eſt enim iniquum, ut natu major, quòd in genere materno ſuperetur, eis fraudetur quæ ex patris teſtatione ei debentur. Qui puellam alteri deſponſam vitiaverit, ſi quidem ei perſuaſerit & ad corruptelam conſentientem habuerit, cum ea moriatur. nam uterque juxta nequam eſt: ille quidem, qui puellam exorarit ultro rem turpiſſimam ſubire, eamque liberali conjugio anteponere; hæc vero, quod exorata fuerit, ut propter voluptatem aut propter lucrum ſui copiam ad flagitium *committendum* faceret. Sin autem ſolam alicubi nactus illam violaverit, nemine qui defenderet præſente, ſolus moriatur. Qui virginem nondum deſponſam compreſſerit, ipſe eam in matrimonium ducat. Quod ſi non videatur patri puellæ eam illi collocare, *tum* ſiclos quinquaginta, injuriæ mulctam, ſolvat. Qui vero ab uxore ſecum habitante quaſcunque ob cauſas disjungi velit (multæ autem tales hominibus accidunt) ſcripto confirmet, ſe non amplius cum ea rem habiturum eſſe. ſic enim facultatem accipiet cum alio habitandi: nam priuſquam hoc fiat *illud* non permittendum. Quod ſi male habeat etiam apud illum, aut eo vita defuncto prior eam ducere voluerit, ne liceat ei revenire. Liberis carentem, viro ejus mortuo, frater illius ducat, puerumque *ex ea* natum, defuncti nomine vocatum, in *ſpem* ſucceſſionemque hæreditatis nutriat. Hoc *ſi* fiat, plurimum etiam reipublicæ proderit; dum familiæ non deficiant, & facultates cognatis maneant: & feminis, cum priorum virorum proximis habitantibus, calamitatis allevationem afferet. Quod ſi frater nolit eam ducere, mulier convento ſenatu hoc ipſum teſtificetur; quod ſe, volentem in familia manere & ex eo liberos gignere, admittere noluerit, fratris defuncti memoriam injuria afficiens. Interrogante vero ſenatu, quam ob cauſam à matrimonio abhorreat, ſive parvam ſive magnam afferat, eò inclinet. Uxor autem fratris, calceis ei detractis, faciemque ejus conſpuens, dignum eſſe dicat qui hæc à ſe habeat, quòd mortui memoriam læſerit. Atque ille quidem è ſenatu abeat, in omnem vitam ignominia notatus: illa vero cuicunque voluerit poſcenti nubat. Si quis autem captivam ceperit virginem, ſive etiam nuptam; volenti eam in matrimonium accipere ne prius liceat lectum attingere & cum ea congredi, quam ipſa tonſa, ſumptoque lugubri habitu, cognatos & amicos, qui perierint in prælio, deploraverit: ut cum dolorem, quem capiet ex illis, ſatiaverit, ita demum ad epulas & nuptias ſe convertat. nam pul-

Deut. 22.

Deut. 24.

Deut. 21.

πολλῶν τὸ μέρος τῆς πατρῴας οὐσίας λαμβάνειν, τοῦθ' ὃ ἐν τοῖς νόμοις διεπεξάμεθα, μὴ [m] συγκεχωρῆσθαι. ἄδικον γὰρ τὸ τῇ ἡμέρᾳ [n] πρεσβύτερον, [o] ὅτι τὰ τῆς μητρὸς αὐτῷ ἤθεσιν ἅπαντα ἀδελφῇ τῇ ἀμφοῖν ἐστὶ πατρός, τοῦ &c.

[p] Συγκάτανον] *Big. Samb.* & *Epiph.* συγκάτδιον prave *Baſ.* & *Gen.* καταδίκασαν *Hen.* & *Busb.* alia voce. Deinde verba Legis יעה את אשת רעהו (ἐπαπείλησεν) על דבר אשר bene explicat Joſephus, ὁ μὲν τὸ ἄχος τοῦ πάσας ἐκείνους ὑπομῆναι. BERN. Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* συγκάτδιον prave in *Editis.* κατασβέσαν *Hen.* & *Busb.*

[q] Δι' ἡδονὴν] Δι' ἡδονὴν ἰδίαν, ἢ ἀμφ. *n. Vat.* & *Vet. Interpr.*

[r] Κατεξυνηθρίλω.] Ita *MSS.* κατεξυνηθρίλω in *Editis.*

[s] Ἢν ᾖ] In aliquot *Epiphanii* codicibus, *ſi vero puellæ non placeat, ut habeat eam, patri quinquag.* &c. ac ſi *Græca* fuiſſent, τῷ ᾖ πατρὶ, ἐν τῇ κόρῃ μὴ δόξῃ συνοικίζειν αὐτῷ, κτλ.

[t] Τῷ τιμῷ] Articulum negligunt aliquot *MSS.*

[v] Γυναικὸς] Γυναικὸς ᾗ τοῦ *Big. Samb* & *Vat.*

[x] Καθ' ἃς ἀκροτῶν] Καθ' ἑτέρων αἰτίαν *Busb.* & *Hen.* dein πολλαὶ δ' ἂν τὰς ἀνθρώπους τοιαῦτ' ἀφίσκουσι. γράμμα in *Cod. Vat.*

[1] *Se non amplius cum ea rem*] Vide Cl. *Seldenum* de *Uxore Hebr.* l. 3. c. 19. p. 437. & c. 24. p. 507.

[y] Ἐξουσίαν] Ἐξουσίαν ἡ γυνὴ *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Hen.* & *Busb.*

[z] Ἐφετέον.] Ita *Busb.* (*Coccejî* correctio) & *Hen.* recte ἀφετέον *Big. Samb.* & *Vat.* ἐφετέον *Baſ.* & *G.*

[2] *Si male habeat etiam*] Si in illum etiam male affecta fuerit, *Epiphan.*

[a] Κακωθείη,] Κακωθείη, ἢ τελευτήσαντος ἐκείνου *Hen.* & *Busb.* κακωθῇ, ἢ τελευτήσαι τοῦ αὐτῆ *Big.* & *Samb.* κακωθείη, τελευτήσαντος αὐτῆ, abſorpta partitionis particula. Hoc colon omiſit bonus Epiphanius. Mox Θέλῃ *Hen.* Θελήσῃ *Busb.* Iidem ſtatim ὁ πρότερος. BERN.

[b] Γαμεῖν] Αὐτὴν poſt γαμεῖν inſerunt *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

[c] Αὐτῇ ἐπαπείλας.] Αὐτὴν in quinque (*Coll. Big.* & *Voſſ.*) *MSS.*

[d] Τὸν ἄτεκνον,] Ita *Samb.* τὸν ἄτ. ἀνδρὸς αὐτῆ *Baſ.* & *G.* τὸν ἄτ. ἀνδρὸς αὐτῆ *Busb.* & *Hen.* τὸν ἄτ. ἀνδρὸς αὐτῆς *Big.* ἄτεκνα ἀνδρὸς αὐτῆς *Vat.*

[e] Τῷ δὲ τεθνεῶτος] Sic *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* in *Editis* & *Vat.* deeſt τῷ.

[f] Τῶν οἴκων] Τῶν οἴκων οὐκ ἐλλειπόντων *Vat.* τῶ οἰκείων οὐκ ὀλ. *Big.* & *Samb.*

[g] Ἐρωμένης] Ἐρομένης in *MSS.*

[3] *Eò inclinet.*] Ad hoc veniendum eſt, ut uxor fratris &c. *Epiphan.*

[h] Πτύσασα αὐτῷ] Πτύσασα in quatuor (*Coll. Voſſ.*) *MSS.*

[i] Τούτων αὐτὸν] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* τοῦτο ἄξιον juxta *Vet. Interpr.* τοῦτο αὐτῷ ἄξιον *Vat.* in *Editis* duntaxat ἄξιον εἶναι.

[k] Ἀπείτω,] *Big.* & *Samb.* ἀπίτω, Canonice ab ἴημι. Nam εἶμι auris eſt Bœoticæ. Reliqui à verbo originis circumflexo, ἀπείτω. BERN. Απίτω *Big.* & *Samb.* ut & p. ſeq. y. 10.

[l] Ἢ δ' ὥπερ ἂν] In *Samb.* ἤδ' ὥπερ &c.

[m] Απ]εσχ] Ἀψαχ in quinque *MSS.*

αὐτοῖς ηρέσαισα λυπηρὸν, ἐπὶ ἔτως ἐπ' ἀωχίας [n] τραπῇ καὶ γάμους. καλὸν γὰρ εἶναι καὶ δικαιον παιδοποιὸν παραλαμβάνοντα θεραπαίνην αὐτῆς [o] τὸ βουλητόν· ἀλλὰ μὴ τῷ ἰδίαν ἡδονὴν διώκοντα μόνον, τὸ κατ' αὐτὸν ἀμελεῖν κεχαρισμένα. τριάκοντα δ' ἡμερῶν [p] ἐπὶ τῷ πένθει διελθουσῶν, αὐτάρκεις γὰρ ἐπὶ τοῖς δακρύοις αὐτὴν τῶν φιλτάτων τοῖς φρονίμοις, τότε χωρεῖν ἐπὶ τὸν γάμον. εἰσὶ δ' ἐμπαλωθεῖς τὸ ἐπιθυμίας [q] ὑπερηφάνδυσεν αὐτῷ γαμετὴν ἔχειν, μὴ κατ' ἐξουσίαν ἐχέτω καταδυλοῦν αὐτῷ. ἀλλ' ὅπη βούλεται χωρεῖν [r] ἀπείτω, τὸν ἐλεύθερον ἔχουσα.

κδ'. Οσοι δ' ἂν [s] τῶν νεωτέρων ἀσεβοῦσι τοὺς γονεῖς, καὶ τιμὴν αὐτοῖς μὴ νέμουσιν, ἢ δι' αἰσχύνην [t] ἢ ἀφ' ὑβρεσιν ἐξυβρίζοντες εἰς αὐτὰς· πρῶτον μὲν λόγοις αὐτὰς [v] νουθετείτωσαν οἱ πατέρες· αὐτάρκεις γὰρ [x] ἐπιφύεσθαι ἔτοι δικασταί· "σωφρονεῖν μὲν ἀλλήλοις ἐχ ἡδονῆς "ἕνεκα λέγοντες, ἀδὲ τῶν χρημάτων αὐξήσεως, κοι- "νῶν τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων ἡμομένων· ἀλλ' ὅπως "παίδων τύχωσιν, οἳ [y] γηροκομήσουσιν αὐτὰς, καὶ ὧν ἂν "δέωνται παρ' αὐτῶν [z] ἔξουσι. [a] ἡμόμενον δέγε, μὴ χα- "ρᾶς καὶ ἔτι τῷ Θεῷ χάριν εἰδέναι τῶν μεγίστων, ἀρά- "μενοι, ἀφ' ἁγνοῦς ἀνεθρέψαμεν· μηδενὸς φειδὼ πι- "θέμενοι ἔτι καὶ δόξαντα εἰς σωτηρίαν τῶν σῶν καὶ παι- "δείαν τὰ ἀρίστων εἶναι χρήσιμα. νῦν δ', συγγνώμην γὰρ "δεῖ νέμειν ἐφ' ἁμαρτήμασι νέων, [b] ἀποχρήσει ὅσον τὰ "εἰς ἡμᾶς τιμῆς [c] ὀλιγώρησας, καὶ μεταβαλὼν [d] σεὸς "τὸ σωφρονέστερον· λογισάμενον καὶ τὸ Θεὸν ὅπη τοῖς εἰς "πατέρας τολμωμένοις χαλεπῶς ἔχειν, ὅτι καὶ αὐτὸς "[e] πατὴρ ἔτι πάντων ἀνθρώπων ἡμῶν ἐστι, καὶ σωτα- "μὸν δοκεῖ τοῖς τὸν αὐτὸν αἰτιῶ σεβομένοις ἔχουσιν, "ἐχ ὧν σεσῶκεν αὐτοῖς ἀδὲ τὰ παίδων [g] τυγχανόντων. "καὶ νόμον κολάσεις γένεται τὰ τοιούτων ἀπαραίτητον, "ἃ σὺ [h] μὴ πεφάθεις". κἂν μὲν τούτοις [i] θεραπεύσῃ τὸ τῶν νέων ἄθυμον, ἀπαλλαττέσθωσαν τῶν ὅπη τοὺς ἡγου-

chrum eſt & æquum, ut qui mulierem, ex qua liberos ſuſcepturus eſt, ſibi adſciſcit, [1] voluntati ejus morem gerat, ejuſque non negligat deſideria, ſuam tantum perſequendo voluntatem. Triginta vero diebus in luctu præteritis (hæ enim ſapientibus ad cariſſimos deflendos ſatis ſunt) tunc matrimonium adeat. Quod ſi libidine expletus eam conjugem habere faſtidiverit, ſervam eam faciendi poteſtatem ne habeat: ſed *mulier*, quò ire voluerit, diſcedat, hac ei conceſſa libertate.

24. [2] Quicunque vero adoleſcentum parentes ſuos contemnent, eiſque *debitum* honorem non tribuent, aut probro *aliquo* aut de induſtria in eos contumelioſi, eos primum verbis caſtigent parentes (hi enim judices eſſe ſolent idonei) dicentes, "ſeſe inter ſe congreſſos eſſe, non voluptatis cau- "ſa, neque ut rebus utriuſque factis communibus "facultates amplificarent; ſed ut liberos adipiſce- "rentur, qui ipſos in ſenectute nutrirent, ipſiſque "ea, quibus indigerent, *demum* ſuppeditarent. "Natum quidem ſublatum, lætitia geſtientes "maximaſque Deo gratias habentes, *ſumma* cura "educavimus, nulli rei parcentes, quæ ad tuam "ſalutem & rerum optimarum diſciplinam utilis "eſſe videretur. Nunc autem (oportet enim ve- "niam dare juvenum peccatis) ſatis habe, hacte- "nus honorem erga nos contempſiſſe, & redi ad "ſanitatem; tecum cogitans, quod etiam Deus ea "quæ adverſum patres committuntur moleſte fe- "rat, quoniam & ipſe eſt totius hominum gene- "ris parens, & in eis, cum quibus illi communis "eſt appellatio, lædi videtur, cum quæ illis de- "bebantur à liberis non obtineant. atque *inſuper* "lex talium vindex eſt inexorabilis, cujus abſit ut "tu facias periculum". Ac ſi quidem his adoleſcentum improbitas fuerit ſanata, probris ob errata

Lex de filiis intemperantibus & adverſus parentum ſuorum monita contumacibus. Deut. 21.

---

n Τραπῇ καὶ γάμους.] Τραπῆναι in iiſdem *MSS.*

1. *Voluntati ejus morem gerat,*] Voluntati ejus medeatur, *Caſtal.*

o Τὸ βουλητόν·] Τὸ λυπηρόν. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

p Ἐπὶ τῷ πένθει] Illud ἐπὶ abeſt *Big. Samb.* & *Vat.*

q Ὑπερηφάνδυσεν] *Samb.* ὑπερηφανῆσεν, ut apud Mazonidem & Gloſſarum veterum Conditores ὑπερηφανῶ, *faſtidio*, licet abſque laude Julii Pollucis. *Big.* ὑπερηφανίσειν. *Baſ.* & *Gen.* ὑπερηφάνδυσιν. *Busb.* & *Hen.* ὑπερηφανδύσοιτο. BERN.

r Ἀπείτω,] *Big.* & *Samb.* ἀπίτω, τὸ ἐλεύθερον ἔχουσα. *Baſ. Gen.* & *Epiph.* ἀπείτω, τοῦτο ἐλεύθερον ἔχουσα. Supra *Samb.* κατεξουσίαν ἐχέτω, & *Hen.* cum *Busb.* ἐξέτω. Perite autem explicuit Flavius phraſin Moſaicam לא תתעמר ברעך, μὴ κατ' ἐξουσίαν ἐχέτω καταδυλοῦν αὐτῷ. BERN.

2. *Quicunque vero adoleſcentum*] *Lex rariſſima & exempli pauci, Deut. c. 21. 18. Filius intemperans & adverſus parentum ſuorum monita contumax*, סורר ומורה, ἀπειθὴς καὶ ἐξειθισμένος, *q. e. Samaritis in verſione vernacula*, ארארי וכחתי: *Saadiæ* ורביע ומחאלף, *& Judæorum plurimis: idemque* gulo *v. 20.* סובא וזולל וסבא חמר ולל בסר וסבא חמר *Onceloſo, aut explicatius Uzielidæ* נרגן בבשרו ושתאי בחמרא, vorago carnium & vini: *Samaritarum paraphraſi Arabica* اكيل وشريب, φάγος καὶ πότης, *neci datur, præſertim* κακῶλοις, *Deut. c. 21. 18. Cadavera vero hominum ſupplicio publico damnatorum, vel etiam hoſtium, ſole occidente omnino ſepeliunto. Sufficit enim exemplo una dies. Deut. c. 21, 22, 23. Vide etiam Uzielidam & Compilatorem Siphræ, & Maſiſtam* Synhedrin c. 6. §. 4, 5. *& T. Bab. titulo eodem f. 45, 46, 47. & T. Jeroſ. f. 23. c, d. & Flavium Joſephum paragrapho 6. hujus capitis; & in ingenti Opere Maimonidem c. 15.* Synhedrin. *Præterea Anteceſſores Babylonii ultionis publicæ tela ſimul cum ſceleratis defodi honeſte jubent. Iſtam autem filiorum rebellium cenſuram ac cædem plectere volunt Phariſæi, Divinæ Legis caſtigatores, duntaxat ephebos, poſt flagra publica, propter heminam vini carnisque ponderosæ, quod eſt Babyloniis interpretantibus* ἡμίνανον, *vel rectius juxta Gemaram Solymitaviam* Semilibra, *ſive* triens mnæ unius. *in ipſa Sanhedrin* Synh. c. 8. 2. חצי לוג יין האיטלקי ומרטיבר בשר, *raptam de penu familiari ac hauſto uno ſubinde deglutitam, utroque genitore jam vivente natoſque (ὁ νίσεται) accuſante. Docent inſuper Judæorum Magiſtri tam ſevere animadverſiſſe Oratorem Sinæum in contemptores parentum ex metu conſequentis mali*, בן סורר נידוי על סובו: *ne ab hac proterria & a furtis domeſticis procederent porro nequam ingenia ad homicidia & maxima flagitia. Maſicla* Synhedrin. c. 8. *& Talm. Bab. f.* 80, 81, 85. *& Talm. Jeroſ. f. 26. &* Siphra *f. 48. c, d. &* Paraphraſis Uzielidæ *Deut. c. 21. His autem obſervatum*, Maligna quidem & rebelli prole puniri parentes ob peccata, quibus ipſi rerum Patrem offenderint. *Adde ex Maimonidis* lad *capita poſteriora mamelii, atque & ὀφηγητὴ p. 437, 463. Poſtremo autem poteſtatem patribus vitæ auferendæ, quam ingratis dederant, aſſerit ſapiens Græcia: aſſerit apud Romanos lex Regia, lex duodecim tabularum; tum vox Urbis domina de liberis Herodis, Ulpianus, Papianus, aliique veterum Interpretum; quos legas apud Rufinum Collatorem, & in æterno opere maximi Grotii* de Bello ac Pace. BERN.

s Τῶν νεωτέρων] Τῶν νέων ἀσεβοῦσι *Samb. Hen. Busb.* & *Epiph.* Τῶν νέων ἀσεβοῦσι *Big.* & *Vat.*

t Ἢ ἀφ' ὑβρεσιν] Ἢ δι' ἀσωτίαν legerat *Vet. Interpr.*

v Νουθετείτωσαν] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* νουθετήσασαι in *reliquis.*

x Ἐπιφύεσθαι] Sic reſtituo. Impreſſum pridem fuit *Baſ.* & *Gen.* ἐπιφύεσθαι pro ἐπιφύεσθαι vel πιφύεσθαι: ſcriptumque à quatuor ἐφ' ἡσιν, *pro filiis.* Hoc etiam prudens nemo damnaverit. Quippe ex Flavio argumentum cepiſſe mihi videtur Sopater Apamienſis, quo auſterum jus παιδοκτονίας defenderet, ὁ νόμος εἰδὼς, ὡς εἰλικρινῆς ἡμῶν ἀν δικαστὴς ὁ πατὴρ, τοῦτο σφάλεται. *Epiphanius* forte agnoverat in Muſeo *Caſſiodori*, αὐθέκτως γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἔτοι δικασταί. BERN. Sic reſtituit *Bernardus*, quod ἐφ' ἡσιν invenerit in *MSS.* in *Editis* ἐπιφύεσθαι, pro ἐπιφύεσθαι vel (quod vult *Coccejus*) πιφύεσθαι. *Epiphanius* forte legerat, αὐθέκτως γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἔτοι δικασταί.

y Γηροκομήσουσιν] Recte *Samb.* Aliis tribus præter Canonem γηροκομίσουσιν. Vulgus quidem Græciæ dicunt γηροκομῶ, ſed pars melior & Attica γηροκομῶ. Mox *Samb.* ἡσοφέρειν, & poſtea φειδὼ, indeque ἀπέχρησαι. BERN.

z Ἔξουσι.] Lege ἴξουσι. COCC.

a Γηρόμενον δίγε] Γηροβόσκον &c. *Samb.* ἡμόμενον ἢ μὴ χ. *Vat.*

b Ἀποχρήσει] Lege ἀπέχει σοι. COCC.

c Ὀλιγώρησας,] Ita *Samb.* ὀλιγώρησας *reliquis.*

d Πρὸς τὸ σωφρονίσειν] Sic *MSS.* in *Editis* σεὸς σωφρονίσειν. Verum σεὸς τρόπον σώφρονα, aut σεὸς τρόπον σωφρονίσειν legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

e Πατὴρ ἔτι πάντος] Eo modo *MSS.* ὁ πατὴρ *Baſ.* & *G.*

g Τυγχανόντων] Τυγχάνουσι *Vat.* ταῦτα τυγχάνειν in ſuo *Codice* habuit *Epiphan.*

h Μὴ πεφάθεις.] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Vat.* πεφραδεῖς *Samb. Baſ.* & *G.*

i Θεραπεύσῃ] Potius θεραπεύῃ] cum *Samb. Big. Vat.* & *Vet. Interpr.* aut θεραπεύοιτο ut *Hen.* & *Busb.*

ta liberentur. Ita enim & bonus erit legislator & patres fortunati, qui neque filium neque filiam puniri viderint. Sin autem verba eorum & resipiscendi disciplina nihil proficere videantur; sed continuis contra parentes facinoribus leges sibi hostes faciat implacabiles, ab iis ipsis extra urbem sequente multitudine productus lapidetur; &, cum per totum diem ad spectaculum omnium manserit, noctu sepeliatur. Sic etiam qui legibus quoquo modo rei capitalis condemnati fuerint. Sepeliantur autem & hostes, nec ullus terræ expers mortuus jaceat, præter æquum pœnas dans.

Hebræis cum Hebræo retitsum fœnus. Lev. c. 25. Ex. c. 22. Deut. c. 19.

25. [1] Ne liceat ulli Hebræorum ad usuram dare, neque cibum neque potum. non enim justum est in reditu habere fortunas tribulis: sed subvenientem ejus necessitatibus in lucro ponere & gratiarum actionem illius, & remunerationem à Deo consequuturam ob humanitatem.

Qualiter lege cautum de mutuo & pignoribus. Ex. c. 26. Deut. c. 24.

26. [2] Qui autem mutuati sunt aut argentum, aut aliquid fructuum humidorum siccorumve, [3] rebus *suis* ex sententia, Dei benignitate, succedentibus, hæc referentes cum alacritate reddant creditoribus; quasi apud seipsos deponentes, & si egeant rursum habituri. Si vero *debitores* circa redditionem improbe agant, *& eam morentur*, ne liceat domum eorum ingressis pignora capere, priusquam de eo judicium fiat; pignus autem foris *stantes* petant, & debitor ipse ferat *ad creditorem*, nihil ei contradicens, qui legis præsidio subnixus ad se venit. Ac si quidem locuples sit qui pignoravit, pignus retineat creditor donec reddaἀνειδῶν. ἔτως [l] γὰ ὅ, τι νομοθέτης ἀγαθὸς [m] ἂν εἴη, καὶ οἱ πατέρες εὐτυχεῖς, [n] οὐκ ὀλιδόντες ἔτι ἰὸν κολαζόμενον ἔτε ἰγκατέρα. [o] εἰ ἢ οἱ λόγοι καὶ ἡ παρ' αὐτῶν διδασκαλία ἢ σωφρονεῖν τὸ μηδὲν εἶναι φανώσιν, ἐχθρὰς δ' ἀποτόνδυς ποιεῖ [p] αὐτῷ τὰς νόμυς τοῖς συνεχέσι καὶ τῶν γονέων τολμήμασι· προαχθεὶς ὑπ' αὐτῶν τέτων ἔξω τ πόλεως ἢ πολήθυς ἑπομένη, καταλευέσθω· καὶ μένυς δὶ ὅλης τ ἡμέρας εἰς θέαν τοῦ ἁπάντων, [q] θαπτέσθω νυκτός. ἔτως ἢ καὶ οἱ ὁπωσοῦν ὑπὸ τῶν νόμων ἀναιρεθῶσι κατακεκριμένοι. θαπτεσθήσαν ἢ καὶ οἱ πολέμιοι· καὶ [r] νεκρὸς μηδὲ εἷς γῆς ἀμοιρήσω κείσθω, περαιτέρω τὲ δικαίε πεμφθεὶς [s] πυνύων.

κέ. Δανείζειν ἢ Ἑβραίων ὅτι τόκοις ἐξέστω μηδενὶ, μή τι βρωτὸν μή τι πότον. ὃ γὰ δίκαιον προσοδεύεσθαι [t] τὲ ὁμοφύλε τὰς τύχας· ἀλλὰ βοηθήσαντα ἢ χρείαις αὐτᾶ, κέρδος εἶναι νομίζειν [v] τὸ τ' ἐκείνων ὀχαρισίαν, καὶ τὸ ἀμοιβὲ τὸ παρὰ τὲ Θεὲ ἡγησομένυ ὅτι τῇ χρησότητι.

κϛ'. Οἱ ἢ λαζόντες εἴτε ἐργύρια εἴτέ τινα τῶν καρπῶν [x] ὑγρῶν ἢ ξηρῶν, καὶ νοῦν αὐτοῖς τῶν παρὰ τὲ Θεὲ [y] χωρησάντων, κομίζοντες μεθ' ἡδονῆς ἀποδιδότωσαν τοῖς δόσιν· ὥσπερ [z] ἀποθέμενοι εἰς τὰ αὐτῶν, καὶ πάλιν εἰ δεηθεῖεν ἔξοντες. ἂν δ' ἀναισχυνῶσι πρὸς τὸ [a] ἀποδοσιν, [b] μὴ πρὸς τὸ οἰκίαν βαδίσωσιν [c] ἐνεχυριάζειν, πρὶν ἢ δίκη περὶ τέτε γένηται, τὸ δ' ἐνέχυρον αὐτοῖν ἔξω· καὶ τ ὀφειλόντα κομίζειν [d] δι' αὐτᾶ, μηδὲν ἀντιλέγοντα τῷ μὴ νόμε βοηθείας ἐπ' αὐτὸν ἥκοντι. κἂν μὲν εὔπορος ἢ ὁ ἐνεχυρασμένος, κατεχέτω τὲ μέχρι τ ἀποδόσεως ὁ [e] δεδανεικώς· ἂν ἢ πένης, ἀπο-

k Ονειδῶν] Ita *Bas. G. Big.* & *Busk.* Atticorum more. ὀνειδῶν *cæteri* tono vulgi.

l Γὰρ] Γὰρ ἂν *Coll. Big.* & *Voss.* & mox tantum εἴη.

m Αν εἴη,] Εὐσεβὴς *Epiphan.*

n Οὐκ ἐπιδόντες] Ita *Samb. Big.* & *Burius* è conjectura. in *reliquis* ἐπιδόντες.

o Εἰ ἢ οἱ] Οὐς (ὁ *Coll. Voss.*) δ' ἂν οἱ λόγοι *Big. Samb.* & *Vat.* ᾧ ἢ δὶ λόγοι legisse videtur *Epiphan.*

p Αὐτῷ] Ita *Big. Samb.* & *Epiph.* αὐτῷ seu αὐτῷ in *reliquis* desiderabatur.

q Θαπτέσθω νυκτός.] Deut. 21. 32. scriptum est לא תלין non pernoctabit, sed eodem die sepelietur. Eodem die videtur esse capiendum, uti quum de quorundam sacrificiorum comestione dicitur: Eodem die comedetur: nihil remanebit usque ad mane. Id est, quod Judæi dicunt, in illis לילה הולך אחר היום *nox sequitur diem.* Secus enim solet dies 24 horarum inchoari a vespera & nocte, ut tempus diurnum censeatur pars posterior. Josephus lib. III. de bello cap. 14. etiam scribit τὰς ἀπηλωτας ἐκ τᾶς μέσης ἡλίε δύσεως ἀφῆσθαι, eos qui sibi violentas manus intulerunt, relinqui insepultos usque ad solis occasum. Ita capite ultimo libri quarti notat de blasphemo κρεμάσθω δ' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄδηλον καὶ ἀφανῶς θαπτέσθω, *pendeat per totum diem & ignominiose & obscurè sepeliatur.* Sic ὡ νυκτὶ Achan sepultus τάφῃ ἀδήλῳ, teste nostro lib. V. Ant. I. Sic idem infra lib. XVI. ult. Herodis filios duos νύκτωρ, noctu sepultos narrat. Verum his adversari videtur, quod lib. IV. de bell. cap. 7. scribit πρὸ δύσεως ἡλίε κρεμασθῆναί τε καὶ θάπτειν consuevisse Judæos, si qui cruci essent affixi. Num solos hic cruci affixos respicit, quibus solis convenit τὸ καθελεῖν; Aut an καθελεῖν sit ante solis occasum, θάπτειν post? An vero ita debet intelligi, ut tempus circa occasum solis innuatur destinatum, & ut a cruce auferantur & sepeliantur? Puto quos Deus vetat pernoctare insepultos, potuisse circa occasum solis (quando scopo Dei erat satis factum, id est, quum spectandus omnibus satis superque fuerat) sepeliri: potuisse etiam adulta jam nocte terræ mandari, modo ne pernoctaret insepultus usque ad mane. Confer Joh. 19. 31. quia Sabbatho, quod instabat, non licebat mortuos sepelire, ante solis occasum Christum in monumento condunt. Ceteroquin probabile est eos Christum noctu θατῇ ἀδήλῳ sepulturos fuisse. Sed uti sepulcrum ei honoratum contigit, ita & tempus sepulturæ. REL.

r Νεκρὸς μηδὲ εἷς] Hic est quem Hebræi מת מות dicunt REL.

s Πυνύων.] Ex τίνων *Big. Samb.* & *Vat.*

1. *Ne liceat ulli Hebræorum*] *Hebræus Hebræo pecuniam, panem, potumque mutuo dat, absque omni fœnore,* ἀτόκ νίσει καὶ τοκίτι. *Lev. c. 25. 36, 37. Ex. c. 22. 25. Deut. c. 19. 7. 20. Ezech. c. 18. 13, 17. & c. 22 12. Ps. 15. 5. De Usura vero in genere & de Mutuo præclare agunt Pharisæi* Masicta baba mesia, *& ab illis Maimonides in* lad. f. 672. *titulo* מלוה ולוה *& χρεώσε. Agit & magnus Grotius libro secundo* Juris, *& pluribus voluminibus immodicum Salmasii ingenium. Item prudentia Romanæ Pandectæ l.* XII. *tit.* 1. *& l.* XIII. *tit.* 6, 7. *& toto libro* XX. *Rescriptaque Imperatorum l.* VIII. *Codicis tit.* 17. *& c Hæc autem lex homines Christianos minus percellit. Nostram enim aviditatem, vel erga extraneos (in quos pro arbitrio sævit malignitas Judaica, quasi Moysis licentia Deut. c.* 23. 20. לנכרי תשך, τῷ ἀλλοτρίῳ τοκιεῖς, *Scholiique acclamantibus. Jerof.* יש *f.* 44 *&* T. Bab. *f.* 26. יש, *&* Maimonidis lad *f.* 676. *tit.* המלוה ולוה ; *usura* Unciaria, *sive per menses æstimata* Centesima, *qui modus licitus semper fuit Græcorum, qui Romanorum usque à* XII. *Tabulis etiam complurium Imperatorum edicta flagellant. Nam Jura Municipalia adhuc strictius fœneratores coercent: adeo ut Usura nunc temporum evaserit uberius lucrum capientis quam dantis mutuo Theologi tamen nonnulli & Canonum Christianorum studiosi, scripta sanctorum Prophetarum & Ecclesiasticorum dum rigide interpretantur, à populo Fideli omne fœnus eunt ablatum, debitore simul ac creditore invitis & adstictis.* BERN.

t Τὲ ὁμοφύλε] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* atque ita legerat *Salmas.* de *Trapezit. Fœnore*, p. 683. in *Editis* τὰς ὁμοφύλας.

v Τὸ τ' ἐκείνων] Τὸ τ' ἐκείνε ὀχαριστίαν *Vat.*

2. *Qui autem mutuati sunt*] *Commodatum restituitor fide bona animo lato. Secus si acciderit, rem suam creditor ante ades debitoris expectet, aut in Foro persequatur. Mola ejusque instrumenta, Moysi Jurisconsultorum principi* רחים ורכב מולן ע"י אתמולאי, *ceteraque cunctla quibus victus humanus apparatur,* כל דבר שיעשין בו אוכל נפש, (*sicut Josephus Matthiæ, & Deuteroto* Baba mesia c. 9. 13. *late digneque Deuteronomium Mosaicum interpretantur c.* 24. 6.) *pignori haud cedunt,* לחבל או לעבוט. *Quinvero pignus pauperculi, maxime amiculum* שכלולית, *imatium Alexandinis & Josepho, sub occasu solis ad ipsum redit, quo dormiret. Repetes jam Exodi c.* 22. 26. *Deut. c.* 24. 6--13. *Talmudum* Porta mediana. *& Maimonidem tit.* מלוה ולוה BERN.

x Υγρῶν ἢ ξηρῶν,] Υγρῶν ἢ ξηρῶν *Samb.*

3. *Rebus suis ex sententia,*] *Sc.* si solum hoc illi superfit, cui in stratis incubet, aut quo se operiat noctu dum somnum capit. *Salmas. de Trapezit Fœnore*, p. 707.

y Χωρησάντων,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* χαρησαντων, pro χορηγησαμένων aut χορηγηθέντων.

z Αποθέμενοι] Αποθέμενοι εἰς αὐτὰς, καὶ πάλιν εἰ χρείζοιτε ἔξοντες *Vat.*

a Απόδοσιν,] Nec eliminabis τὸ ἀπόδοσιν *Hen.* & Editorum, quod descendit à tempore venturo δώσω, ut ζώσις, ῥώσις, &c. BERN.

b Μὴ πρὸς τὸ οἰκίαν] Ita *Busb. Hen.* & *Salmas.* p. 518. μὴ πρὸς τ οἰκ. βαδίσαντες *Bas.* & G. μὲ πρὸς τὸ οἰκ. βαδίσαντας *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

c Ενεχυριάζειν,] De vi vocis ἐνεχυριάζειν vide *Salmasium de Modo Usurarum* & de *Trapezit Fœnore.*

d Δι' αὐτᾶ,] Sic *Epiphan.* & *Salmas.* in *ceteris* δι' αὐτᾶ.

e Δεδανεικώς·] Ita ex *MSS.* in *Editis* δανεικώς.

ἀποπιέσῃ πρὸν ἡλίῳ δῦσαι· καὶ μάλιστα ἂν ἱμάτιον ᾖ τὸ ἐνέχυρον· ὅπως εἰς ὕπνον ἔχῃ τοῦτο, φύσει δὲ θεὸς τοῖς πένησιν [f] ἔλεον νέμοντος. μύλαι δὲ καὶ τὰ σκεύη μὴ ἐξεῖναι λαμβάνειν ἐνέχυρον· ὅπως μὴ [h] στέρωνται καὶ τοῦτο τὰ σιτία ὀργάζων, μήτε ἀπὸ ἐνδείας πάθωσί τι τῶν χειρόνων.

κζ'. Ἐπ' ἀνθρώπῳ μὲν κλοπῇ θάνατος [i] ἔστω ζημία. ὁ δὲ χρυσὸν ἢ ἄργυρον [k] ὑφελόμενος, τὸ διπλοῦν [i] ἀποτινύτω. κλέπτας δ' ὅτι τοῖς κατ' οἶκον κλεπτομένοις τις ἀθῷος ἔστω, [m] κἂν εἰ πρὸς διορύγματι [n] τειχίου. βόσκημα δὲ ὁ κλέψας, [o] τετραπλοῦν τὴν ζημίαν ἀποτινύτω, πλὴν βοός· πενταπλοῦν δὲ ὑπὲρ τούτου [p] καταβαλλέτω. [q] ὁ δὲ τὸ ἀποτίμιον ἄπορος ἀφαιρούσθω, δοῦλος [r] ἔστω τοῖς [s] κατακεκριμένοις.

κη'. Πραθεὶς δὲ ὁμοφύλῳ τις ἕξ ἔτη δουλεύετω, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐλεύθερος ἀφειέσθω. ἐὰν δέ, [x] τέκνα αὐτῷ γενόμενα ἐκ δούλης θεραπαίνης τῷ πριαμένῳ, ἀφὶ τὴν εὔνοιαν καὶ τὸ πρὸς τὰ οἰκεῖα φιλοστοργίαν [v] βούλῃ δουλεύειν· [x] ἐναυτοῦ ἐναυτοῦ τοῦ Ἰωβήλου, πενήκοντος δέ ἐστιν, ἐλευθερούσθω, καὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα ἐλεύθερα ἐπαγόμενος.

κθ'. Ἐὰν δέ τις [y] ἢ χρυσίον ἢ ἀργύριον εὕρῃ καθ' ὁδόν, ἀπιζητήσας τὸν ἀπολωλεκότα, καὶ κηρύξας τὸν τόπον ἐν ᾧ εὗρεν, ἀποδότω, τὸ δὲ ἑτέρᾳ ζημίας ὠφέλειαν οὐκ ἀγαθῷ ὑπολαμβάνων. ὁμοίως καὶ περὶ βοσκημάτων οἷς ἂν ἐντύχοι τις [z] κατ' ἐρημίαν [a] πλανωμένοις, μὴ ὑρεθέντος τοῦ κυρίου φανερὸν ποιήσας [b] παρ' αὑτῷ φυλαττέτω, μαρτυράμενος τὸν θεὸν μὴ νοσφίζεσθαι ἀλλότρια.

λ'. Μὴ ἐξεῖναι δὲ παρελθεῖν κλωσῶν [c] πνι κακοπαθούντων. Stigmatias, *in Deuteronomio Judæ hannasi* הנרצעים, *cum natis, si volet, annus septimus liberat; etiam nolentes mittit quinquagesimus, seu felicitas Iobeli. Ita filius idem Uzielis cum Josepho & Pharisæis exponit Moysis* ליובלם יוצא ויובלא יר *Ex. c. 21. 2. & Deut. c. 15. 12, &c. i. e. ad ludos usque seculares Hebræorum. Inde Nomodidascali initio* Cidduſim, Acquiritur ſervus Hebræus argento ſoluto, aut ex contractu. Liberatur vero anno ſervitutis ſeptimo, aut demum quinquageſimo ſeculi, vel immature ex compenſatione pecuniaria. Mancipium quidem ἀθέτητον vindicat ipſa Subula: ſed Iobelus ſolvit, & heri obitus. עבר עברי נקנה בכסף ובשטר וקונה עצמו בשנים וביובל ובנירעון בכסף יחזיר עליו הנרצע נקנה ברציעה וקונה את עצמו ביובל ובמיתת האדון. *Pro cæteris autem Judæorum de conditione ſervili accuratior videtur mihi Maimonides f.* 645. Iad, *titulo* עבד עברי. BERN.

1. *Id habeat ad ſomnum* capiendum,] *Iis in mentem venientibus quæ à Deo acceperunt*, vertit *Caſtalio*.

f Ελεον νέμοντος.] Ut conſtat ex *Exodi* c. 22. 27.

g Ταύτῳ σκεύη.] Αὐτῷ σκεύη μὴ ἐξὸν *Busb.*

h Στέρωνται.] *Samb.* & *Salmaſ.* στερῶνται. Valet & Barytonon. BERN.

i Εστω ζημία.] Εσω ἡ ζημία *Vat.*

2. *In furto quidem*] *Plagiarius morte multetur*, tanquam reus homicidii adfectati, inquit Maimonides p. 463. מורח. *Fur pecunia dupla. Et abigeus pecoris minoris, Moyſi σὴ, βοσκήματος Joſepho & Talmuditis, pretio quadruplo*, ob frequentiam harum quadrupedum, quod animadvertit More nebucim p. 460. *bovis vero quintuplo*, jumenti, ait Vaxiades Chaldæus, abactu proni; addo, & optimi. *At ſi forte dicta multa minor fur fuerit, in ſervitutem rite vindicetur, Exodi* c. 22. 1 – 4. Τοιχωρύχος *phraſi Moyſis, aut verbis Tabularum Romanarum*, Si nox furtum factum ſit, aut interdiu cum telo, ſi im aliquis occiſit, jure cæſus eſto. *Leges eædem*: Pœna manifeſti furti, quadrupli eſt; nec manifeſti, dupli. *Vide inſuper ſententias Pauli & Ulpiani apud L. Ruſinum, & illas Phariſæorum penes Maimonidem* Hilcot Geniba f. 548. *vel potius in Miſna c.* 7. Baba cama, & Cidduſim f. 18. T. Babyl. *Deinde* ἐκ ἀνεφκποδίστων *leges Exodi c.* 21. 16. *Deut. c.* 24. 7. *Maſicla* כנהדרין c. 10. 1. *& Talm. Bab. f.* 85, 86. Baba meſia *c.* 4. 9. *& Talm. Bab. f.* 56, 57. *& Maimonidem* de Furto *c.* 2. 1. *& c.* 9. 6. *Hinc plagium hominis Iſraelitæ ſtrangulatione puniunt Synhedri Moyſis. Satis autem habent, venum ſurreptus Ethnicus, ſi reſtituatur. Quinimo legerant abunde Interpretes Ptolemaici Exodi c.* 21. 16. איש מבני ישראל. *Adhuc etiam ex Deut. c.* 24 7. *Onceloſus traduxerat* נפש מבני ישראל. BERN.

k Υφιλόμενος.] Αφιλόμενος *Busb. & Hen.*

l Απολινύτω.] *Big. & Samb.* ambo bis ἀπλινύτω. Reliqui quatuor ἀποτινύτω. BERN.

m Κἂν εἰ] Forſan κἀν εἰ, vel εἰ, vel ἢ πς. HUDS. Lege ἢ COCC.

n Τειχίω.] *Baſ. & Gen.* διωρύγματι τειχίω, vitio prioris. διορύγματι τοιχίω *Big.* διορύγματι τοίχῳ *Samb. Hen. & Busb.* Vel ibi leges κἀν εἰ, vel εἰη, i. e. הנא בכחתרת phraſi Maimonidis p. 463. *Ducloris*, vel κἀν ἢ πρὸς διορ. Dicit enim melior Moyſes de hoc nebulone, אם במחתרת יכאנו, *ideo in eo foramine fugerit*. Hanc ſententiam præterierat bonus Scholaſticus. BERN.

o Τετραπλοῦν] *Al.* τετραπλᾶν & mox πενάπλων.

p Καταβαλλέτω.] Ita in quatuor *MSS.* καταβαλλέτω *Vat. Baſ. & G.*

q Ο δὲ τὸ ἐπίλοιπον] Ο δ' ἐπὶ τὸ ἐπίλοιπον εἰ ἄποροϛ ἐϛι ἀφαιρούσθω αὐτῷ δοῦλος &c. *Vat.*

r Εστω] Sic è *MSS.* in *Editis* ἔσαι.

s Κατακεκαμμένοις] Eo modo *Big.* (& *Coll. Voſſ.*) καταδικασμένοις in *Editis*, *Aliiſque.* καταδεδικασμένοις *Samb.* (& *Cocc.*) καταδικασθέντος aut καταδικασμένος apud *Iſæum & Demoſth.* eſt is ſecundum quem judicatum eſt.

3. *Venditus quis contribuli*] *Hebræum ſervituti ſubjectum*, ex furto equidem בגניבתיה *addit Jonathan interpres Exodi c.* 21. 2, *&c.* & Senatu decernente; *aiunt Babylonii* Cidduſim f. 14, 15.

v Βούλῃ δουλεύειν.] Ελῃ *Hen. & Busb.*

x Εναυτοῦ ἐναύτου & Ιωβήλου,] Ita *MSS.* in *Editis* deeſt ἐναύτου &.

4. *Si quis autem vel aurum*] *Pecuniam in via forte inventam per præconem reddes. Pecudem vero errantem in deſerto, cum offenderis, bona fide apud te reſervabis, ignarus domini. Deut. c.* 22. 1, 2, 3. *Ex. c.* 23. 4. *& Lev. c.* 6. 3. *Quocirca* ex rebus perditis תאבדה iſtæ haud cedunt ſtatim inventori: ſed tenentur præconio; *ſicut definiunt Phariſaiſmi Proceres Baba meſia c.* 2. *paulo minutius quam Flavius ipſe*, Vas fructuum, imo vaſa cupeta; facculus ita pecuniæ, aut rei alius, & vel trium nummorum cumulus; faſciculus extra viam communem deprehenſus: torta domeſtica, non illa piſtoris publici: vellera petita ab eriopolio, ſeria denique vini oleive. *Quod eſt verbis patrum*, ואלו חייב להכרזה מצא פירות בכלי או כלי בכמות שהוא מעות בכיס וכיס בכמות שהוא צבורי פירות צבורי מיעות ג' מטבעות זה על גב זה כריכות ברשות היחיד וכברות של בעל הבית וגיזי צמר הלקוחות מבית האומן כדי יין וכדי שמן. *Vide & Maimonidem* de rapto & perdito, *præſertim c.* 13. BERN.

y Η χρυσίον] Particula ἢ abeſt quibuſdam *MSS.*

z Κατ' ἐρημίαν] Επ' ἐρημίαν *Vat.*

a Πλανωμένοις,] *Al.* πλανομένοις.

b Παρ' αὑτῷ] Ita *Big. Samb. & Vat.* παρ' αὐτῷ in *Editis.*

c Τινι κακοπαθούντων] Τινῃ κακοπαθούντων ἢ τοῦ *Big. & Samb.* τινὸς κακοπαθόντων τοῦ legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

5. *Ne* cuiquam *liceat præterire*,] *Scias tui eſſe, jumentum quod videris cunque prolapſum hærenſque in luto ſublevare, aut cum agaſone ſuo ſynallagmatizein. Quomodo locutionem difficilem ſatis explicat hic Sacerdos*, וחדלת ליקוב לו עזב תעזב עמו *Ex. c.* 23. 5. *Interpr.* LXX. *reddidere*, ὑ παρελυσῇ αὐτό, ἀλλὰ συναρεῖς αὐτο μετ' αὐτοῦ. *Reddo ego*, Opemne detrectabis? quin una cum ductore eum omnino relevabis. עזב *enim tam* liberare & ſolvere, *quam denotat* omittere & derelinquere. *Recte adeo Samarites*, لا تنقطع عن مساعدته فكا تفك معه Suppetias ire jumento fratris ne deſiſte, ſed potius junctis viribus liberato. *Verum clarius libro alio ipſe Moyſes* הקם תקים *Deut. c.* 22. 4. ἀνιεὶς ἀνιήσεις αὐτὸ μετ' αὐτοῦ, tu & ille lapſam beſtiam

tur mutuum: ſin pauper, ante ſolis occaſum referat, præſertim ſi pignus ſit veſtimentum, ut [1] id habeat ad ſomnum *capiendum*, Deo natura pauperibus miſericordiam adhibente. Molam autem & inſtrumenta ejus ne liceat pignori capere, ne *his ablatis* priventur etiam cibi parandi facultate, neve quid gravius ob inopiam patiantur.

De Furtis. Ex. 21. & 22. *Deut.* 24.

27. [2] In furto quidem hominis pœna eſto mors. Qui vero aurum aut argentum furripuerit, duplum reddat. Si quis eorum aliquem qui res e domo furto eat ablatum occiderit, inſons eſto, etiamſi in pariete *tantum* ſuffodiendo *deprehendatur*. Furatus autem pecudem, quadruplo damnum rependat, niſi bos ſit: nam pro hoc quintuplum reddat. Qui vero mulctæ ſolvendæ non erit, ſervus iis eſto, quibus eam pendere damnas fuerit.

De ſervis liberandis. Ex. c. 21. *Deut.* 15.

28. [3] Venditus quis contribuli ſex annos ſerviat, ſeptimo manumittatur. Quod ſi filio ei ex ſerva nato apud emptorem propter benevolentiam & charitatem erga ſua ſervire velit, anno Jubilæo (eſt autem annus quinquageſimus) liberetur, & liberos & uxorem liberam abducens.

Res inventæ haud ſtatim cedunt inventori. Ex. 23. *Lev.* 6. *Deut.* 22.

29. [4] Si quis autem vel aurum vel argentum in via repererit, quæſito eo qui perdidit, locoque per præconem indicato quo *forte* reperit, *illud* reſtituat, utilitatem ex damno alterius nequaquam bonam eſſe reputans. Similiter etiam de pecudibus in quas errantes in deſerto aliquis inciderit, domino non ſtatim invento apud ſe ſervet, Deum teſtatus ſe nolle aliena avertere.

Jumenta ſublevanda. Ex. 23.

30. [5] Ne *cuiquam* liceat præterire, cum jumen-

ta alicui afflicta jacuerint, in luto propter tempestatem collapsa: sed succurrat & subveniat, laborem etiam proprium existimans.

Ignoranti via monstranda. Deut. 27.

31. [1] Quin & vias ignorantibus ostendant *oportet;* neve, risum sibi aucupantes, errore alterius commodum impediant.

Surdo mutoque non maledicendum. Lev. 19.

32. [2] Similiter neque maledicat quisquam absenti, neque muto.

Leges de Percussoribus. Ex. 21. Lev. 24. Deut. 19.

33. [3] Aliquis in contentione, ubi nullum fuerit ferrum, vulneratus, continuò vindicetur, eo qui vulneraverit idem passo. Quod si domum delatus dies complures ægrotaverit, & deinde mortuus fuerit, impunitus esto qui percussit. Si autem revaluerit, & multa in ægrotationem insumpserit, solvat omnia quæcunque tempore decubitus impendit, & quæcunque medicis erogavit. Qui mulierem prægnantem calce pulsaverit, si quidem abortum fecerit mulier, à judicibus pecunia multetur, ut qui ex fœtu in ventre corrupto populum minuerit: viro etiam mulieris ab eo dentur pecuniæ. Quod si illa ex ictu moriatur, & ipse mortem subeundo pœnas luat; lege æquum esse censente, ut vita pro vita reponatur.

των ὑπὸ χειμῶνος [d] πεπλακότων ἐν πηλῷ· σωδιασώζειν ὄν, καὶ τὸ κοινὸν οἰκεῖον ἡγησάμενον βοηθεῖν.

λά. Μηνύειν δὲ καὶ [e] τὰς ὁδοὺς τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ μὴ γέλωτα ἡρπμένους [f] αὐτοῖς ἐμποδίζειν πλάνῃ τὴν ἑτέρᾳ χρείαν.

λβ'. Ὁμοίως μηδὲ βλασφημείτω τις [g] τὸ ἀπόν καὶ τὸ ἐνεόν.

λγ'. Ἐν μάχῃ τις, ὅπερ μὴ σίδηρος, πληγεὶς, [h] παραχρῆμα μὲν ἐκδικείσθω, τοῦτον παθόντος [i] πεπληγότος. ἂν δὲ κομισθεὶς παρ' ἑαυτὸν καὶ νοσήσας ὑπὲρ πλείονας ἡμέρας, ἔπειτα ἀποθάνῃ· ἀθῷος ἔστω ὁ πλήξας. σωθέντος δὲ καὶ πολλὰ δαπανήσαντος εἰς τὴν νοσηλείαν, [k] ἀποτινύτω πάντ' ὅσα φθάσῃ τὸ χρόνον τὸ κατακλίσεως ἀνάλωσε, καὶ ὅσα τοῖς ἰατροῖς ἔδωκεν. ὁ γυναῖκα [l] λακτίσας ἔγκυον, ἂν μὲν ἐξαμβλώσῃ ἡ γυνὴ, ζημιούσθω χρήμασιν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ἃς φθάσῃ τὸ [m] ἀμφθαρὲν ἐν τῇ νεοσσὸν μειώσας τὸ πλῆθος· ἀποδώσει δὲ καὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς γυναικὸς παρ' αὐτοῦ χρήματα. [n] Θνῃσκούσης δ' ἐκ τῆς πληγῆς, καὶ αὐτὸς ἀποθνησκέτω· ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς καταθέσει δικαιοῦτος νόμος.

λδ'. Φάρ-

bestiam erigetis. *Vide omnino explicationem Pharisæorum* Baba mesia c. 2. 10. *una cum Gemara Jerof. f. 8. d. & Babyl. f. 32. Hi enim, uti optime norant vim verbi* שור, *ita passim interpretantur* פרק *rediit, convaluit. Cæterum ad hanc Legem Bochartus non placet.* BERN.

d Πεπλακότων] *Al.* πεπλοκότων, & ἐμπεπλωκότων.

e Τὰς ὁδὰς] Gentes de Judæis dicebant, illos *Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.* REL.

1. *Quin & vias ignorantibus*] *Ab itinere neminem seducere*, sed monstrare vias eadem neque sacra colenti. *Unde Axioma veteris Scholæ,* פוריקא כתום מינהה כשכר : ἄμισθον μὲν ἡ ἀποκόπη, μισθωθῆναι δὲ τὸ ἐπιτρέψαμα. *Tantum profecto propter diras Deut. c. 27. 18.* ἐπικατάρατος ὁ πλανῶν τυφλὸν ἐν ὁδῷ. *Nimirum admonet Uzielida, simulque Paraphrastes Urbis,* אבסנאי דהוא מרמי לסמיא. inexpertus viæ pro cæco habetur. BERN.

f Αὐτοῖς ἐμποδίζειν] Αὐτοῖς *Samb.* una manu, αὐτὸς altera.

g Τὸν ἀπόντα καὶ τὸ ἐνεόν.] *Big. & Samb.* τὸ ἄοπλον καὶ τὸ ἐνεόν, *Hen. & Busb.* τὸ ἀπόντα καὶ τὸ ἄοπλον i. e. τὸ ἀόργητον. Late etiam accepit vocabulum Mosaicum חרש cor Onceloſi: unde vertit Chaldaice שמע דלא ὁ ἀνήκοος, Lev. c. 19. 14. ſive vitio aurium, ſive abſentia hoc contigerit. Veruntamen heic ſcribendum ei arbitror ſuadeoque, τὸ ἄοπτον καὶ τὸ ἐνεόν, quod frequentius in libris bonis, τὸ κωφὸν καὶ τὸ ἐνεόν, *ſurdum & mutum.* ἄοπτος enim apud Græcos Philologos ἄφωνος, κωφὸς: ſed & χάεος inter Criticos linguæ ſanctæ tam mutitate & ſilentio, quam ſurditate affectum hominem denotat; ut de vitiis admodum cognatis licuit. BERN. Τὸν ἄοπτον καὶ τὸ ἐνεόν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* τὸ ἀπόπλα καὶ τὸ ἄοπτον *Hen. & Busb.* τὸ ἀπόντα καὶ τὸ νέον *Vat.* τὸ ἄοπτον καὶ τὸ ἐνεὸν. i. e. τὸ κωφὸν καὶ τὸ ἐνεόν, *ſurdum & mutum*, malit *Bernardus.*

2. *Similiter neque maledicat*] *Surdo mutoque cave maledicas* לא תקלל חרש ולפני עור לא תתן מכשול *Lev. c. 19 14. Certe qui audit omnia, is tibi reſpondebit. Vide* Synhed. f. 66. *Talm. Bab. Bene etiam* Peſicta Zotorta *de hoc præcepto,* מרבה אפילו בר ישראל שאינו שומע כל חומר לפניו. BERN.

h Παραχρῆμα] *Big.* παραχρῆμα μὲ ἀποθανὼν (propter κείμενον D. Moyſis) ἐκδικείσθω. *Samb.* παραχρῆμα μὲ ἀποθανὼν, ἐκδικείσθω· *Busb. Hen. Baſ. Gen. & Epiph.* παραχρῆμα μὲ ἐκδ. *repente macletur*: vel, ut habet L. *vindicetur repente.* Ibidem *Hen.* πεπονθότος pro παθόντος, atque *Samb.* πεπληχότος pro voce media. BERN. Παραχρῆμα μὲ ἀποθανὼν ἐκδικείσθω in *MSS.*

3. *Aliquis in contentione, ubi nullum fuerit ferrum, vulneratus,*] *In rixa percuſſum, recte Aquila* ירבון *hac cauſa vertit* ἀμαχῶν, *abſque ferro, (aut vocibus Legiſlatoris, etiam præter Biblion Samaritanum,* באבן ובאגרוף, *i. e.* λίθῳ ἢ πυγμῇ *Philoni, Hieronymo, Uzielidæ, aliiſque veterum poſt Interpretes Ptolemaicos, Onceloſo equidem* lapide aut קרמיצא בורמיצא, *Jonathani pariter ad Eſ. c. 58. 4.) ſtatim vindicat Lex talionis. Sin faucius ille poſt complures dies domi emoriatur, percuſſor inſons eſto homicidii: alias medicinæ temporiſque damnum revaleſcenti rependat. Paulo aliter hæc explicat Philo p. 793. Petes igitur fundum juris Exodi c. 21. v. 24, 25. & v. 18, 19. Lev. c. 24. 17, 19. 20. Deut. c. 19. 21. & in Codice Chriſtiano Matth. c. 5. 38. Unde ſcimus noſtri eſſe officii, quotquot nomine Jeſu tingimur, ad ultiones, etiam a Moyſe aliiſque Legumlatoribus conceſſas, raro aut nunquam ire. Verum Jure Sineo cædem cædes legitima repenſat, Ex. c. 21. 12.* מכה איש ומת מות יומת. *Quod recta ratione interpretantur Phariſæi Maſicta* Synhedrin c. 9. 1, 2, 3. *indeque Scholaſtici Urbis f. 27. a. & Babylonii f. 78, & 84. atque demum Uzielides ad Moyſen,* Iſraelitam quiſquis illico interfecerit concertando vel abſque gladio, gladio plectitor, ceu והרוצח. *Attamen damna cuncta Hebræorum, vulneraque, præter lethalia, (hæc enim, ut oſtendimus, ſunt ἀκαλάκακτα, pretioque omni majora) Magiſtratu irrogante, nummi redintegrant, ut docuit Schola omnis Phariſæorum, Saducæis Carraiſque multum invitis. Præſertim Miſnæ* Baba cama c. 8. §. 1, 2. *Ubi læſionis, actionis quam fœcundæ, quinque capita damnum, dolor, curatio, tempus vacuum, & ignominia, pecuniam contra æſtimantur. Ita & Talm Jeroſ. f. 6. b. & Talm. Bab. f. 83, 84, 85. Unde Jonathas ad Lev. c. 24. 20.* דמי חברא וגו׳ Pretium fracturæ pro fractura, proque oculo valor oculi. *Vide porro* Coſti p. 220. *& Maimonidem* Hilcot חובל *ſeu de atroci injuria c. 2. & c. 1, 3, 4, 5. ubi hæc late tractat & tanquam Juriſconſultus, ex Talmudis utriſque. Quippe in* More *animus ei deflectit, quaſi in* vindictam parem, *l. 3. c. 41. Deinde vix aliud a Moyſe crepuere Romani juris Tabulæ primæ,* Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto. *Quis enim hac cauſa depaciſci nollet, præter ingenia improba & ſervilia? Adde his ſententias Pauli Ulpianique tit. 3. Collationis Rufiniane, & II. lib. 48. tit. 8. Inſuper ad hunc titulum pertinent dicta alia Moyſis.* Quiſquis partum prægnanti mulieri excuſſerit, multa pecuniaria diſſolvet crimen prolis imminutæ: ſin fœmina ex plaga intermoriatur, ille neci dabitur. *Exodi c. 21. 22* —— 25. *& deuteroſis Phariſaica c. 8.* Baba cama. *Et Talm. Bab.* Synhedrin *f. 74, 79, 87, 111.* Cetubot *f. 30, 33, 34, 35, 36. &* Baba cama *f. 42, 43, 49, 84. & Maimonides c. 4.* Chobel. *Nam limitationem Moyſis* ואם אסון יהיה, ſi cædes forte contigerit, מותת *móthe*, exitium *Onceloſo, ſicut inter Æthiopum populos* وسس exitus, finis, deliquium; *Fl. Joſephus, Hieronymus noſter, & larga ſecta Phariſæorum, non de abortu, ſed de parente pereunte interpretantur. Veruntamen juſtitia Romana decreta & Principum Chriſtianorum rem capitalem habent, fœtum utero diſſolvere, ſpemque hominis perdere plaga aut pharmaco; ſit modo* אסון, *quod eſt,* formæ noſtræ, *ſive* εἰκονισμένου, ואם צורה היתה. *Sic enim Judæi* LXII. *ſic Samaritæ plures dictionem illam priſcam explicant.* Εἰ δὲ μὴ ἐξέλκει μεμορφωμένον, μὴ λογίζεσθαι φόνον. ἐπειδήπερ ἐδέπω ψυχωθὲν ἐξημβλώθη, *ait Theodoretus ὁ συζητητής. Similis fuit & paraphraſis facundiſſimi Philonis, quam neſcire non potuit Joſephus, noluit tamen ſequi, Phariſæorum interpretamentis addictior.* Ἐὰν δὲ συμπλακεῖ τις γυναικὶ ἐγκύῳ, καὶ πληγὰς ἐμφορήσῃ καὶ τὸν γαστέρα, ἢ σὺν ἀμβλώσῃ. ἐὰν μὲν ἁπλαῖον καὶ ἀδιαπύητον τὸ ἀμβλωθὲν τύχῃ, ζημιοῦσθω καὶ ἀφ' ὧν ὕβρισε, καὶ ὅτι ἐμποδὼν ἐγένετο τῇ φύσει ζῷον οὐκ ὂν τὸ κάλλιστον τεχνιτεύσει καὶ δημιουργήσει ζῷον, ἄνθρωπον. εἰ δ' ἤδη μεμορφωμένον, ἀπαιτῶν μηδὲν τὰς οἰκείας τάξεις καὶ ποιότητας ἀπεληλόσθαι, θνησάτω. τὸ γὰρ τοιοῦτον, ἀνθρωπὸς ἐστιν, ὃν ὁ τῶν ὅλων φύσεως ἐργαστήριος διεχρήσατο· ἔοικε δὲ ἀνδριάντι ἐν τῇ πλαστικῇ κατασκευάσει, πλέον ὕδατι ἢ πηλῷ ἔξω παραπομπὴ καὶ ἀντίτυπον ἐπιζητοῦν. *Præterea tamen* אסון *denotare poteſt* plagam atrocem gravemque (اسان) *Arabice &* ياس: *quod heic expreſſit Paraphraſtes Samaritanus, & in libro præcedenti Symmachus intellexit voce* κίνδυνος. *Aut plane ſimpliciterque ſignificat* אסון abortum, fœtum fœtentem & corruptum. *Is* (اسس) & وسس *Arabibus, Aquilæ Judæo σύμπλωμα.* BERN.

i Πεπληγότος.] Πεπληχότος *Samb.*

k Ἀποτινύτω] Hic & paſſim *Big.* & *Samb.* ἀποτινύτω. Quatuor tamen ἀποτινύτω. Et ſtatim *Samb.* παρὰ χρεῖον τὸ ἐ κατακλ. BERN.

l Λακτίσας ἔγκυον,] Λακτίσας ἔγκυμον pro ἐγκύμονα *Big.* λακτήσας ἴλγυον vitio *Hen.* Dein ζημιούσθω *Baſ.* & *Gen.* ζημιωθῶ χρέμαλα æque *Hen.* BERN.

m Διαφθαρὲν] Διεφθαρμὸν *Samb.*

n Θνησκούσης] Θνησκούσης δὲ φ γυναικὸς, καὶ αὐτὸς *Vat.* Hîc *Joſephus* non de abortu, ut debuit, ſed de parente pereunte verba *Moyſis* intelligit. Veruntamen juſtitia Romana & decreta principum Chriſtianorum rem capitalem habent fœtum utero diſſolvere, ſpemque hominis perdere plaga aut pharmaco: ſimiliter & *Philo*; quem tamen ſequi noluit *Joſephus*, Phariſæorum interpretamentis addictior.

1. *Ne-*

λδ'. Φάρμακον, μήτε θανάσιμον μήτε τ εἰς ἄλλας βλάβας πεποιημένων, Ισραηλιτῶν ἐχέτω ° μηδε εἷς. ἐὰν δ' κεκτημένῳ φωραθῇ, P τεθνάτω· τὸν πάσχων ὁ διέθηκεν ἂν σκείνος, q καθ' ὃς τὸ φάρμακον ἰὼ παρεσκευασμένον.

λε'. Ο πηρώσας παρέτω τὰ ὅμοια, r σερόμενος ἕπερ ἄλλον ἐσέρησε, πλὴν εἰ μήτι χρήματα λαβεῖν ἐθελήσειεν ὁ πεπηρωμένος· αὐτὸν τ πεπονθότα κύριον ἔ νόμῳ ποιοῦντος τιμῶσαι τὸ συμβεβηκὸς αὐτῷ πάθος, καὶ συγχωροῦντος εἰ μὴ βάλητο ψυχὰς s πικρότερος.

λς'. Βουῖ τοῖς κέρασι πλήσσοντα ὁ δεσπότης ἀποσφαττέτω. εἰ δ' t ἐφ' ἅλως κτείνας τινὰ πλήξας, αὐτὸς μὲν καταλυθεὶς ἀποθνησκέτω, μησὶ εἰς τροφὴν εὔχρηστος εἶναι κατηξιωμένος. ἐὰν ᾖ καὶ ὁ δεσπότης u ἐλέγχεται προειδὼς αὐτὸ τὴν φύσιν κ μὴ φυλαξάμενος, κ αὐτὸς x θνησκέτω· ὡς αἴτιος τῷ ὑῒ ἑ βοὸς y ἀνηρημένῳ γεγονώς. ἐὰν δὲ δοῦλον ἢ θεράπαιναν ἀποκτεῖνῃ βοῦς, αὐτὸς μὲν καταλιθάσθω. τριάκοντα δὲ σίκλους ὁ κύριος ἑ βοὸς ἀποτινύτω τῷ δεσπότῃ ἑ ἀνηρημένῳ. βοῦς δ' ἐὰν ἕτως πλήξεις ἀποθάνῃ πωλείσθωσαν καὶ ὁ τεθνεὼς καὶ ὁ πλήξας· καὶ τὴν τιμὴν τὴν ἀμφοτέρων οἱ δεσπόται αὐτῶν διανεμέσθωσαν.

λζ'. z Οἱ φρέαρ ἢ λάκκον ὀρύξαντες, ἐπιμελὲς ποιείσθωσαν ὥστε σανίδων ἐπιβολαῖς ἔχειν κεκλεισμένα· οὐχ ὅπως τινὲς εἴργωσι ὑδρείας, ἀλλ' ἵνα μηδεὶς κίνδυνος ὡς ἐμπεσούμενοις ᾖ. a εἰ δ' ἀν εἰς ὄρυγμα τοιοῦτον μὴ κλεισὸν ἐμπεσὸν βόσκημά τινος διαφθαρῇ, τὴν τιμὴν αὐτὸ τῷ δεσπότῃ καταβαλλέτω. ἀβεβαλέσθω δὲ κ τοῖς b σέγεσιν, ἅπερ ὡς ἀντὶ πίσχας ὄντα σὺν εἀσί τινας c ἀποκυλισθησας d ἀποβάλλειν.

λη'. Παρακαταθήκην ᾖ, ὥσπερ ἱερόν τι κ θεῖον χρῆμα, ὁ σφόδρα λαβὼν φυλακῆς ἀξιούτω· κ μηδεὶς ἀπο-

quartam fere vigiliam copias suas educebat Gedeon, in quatuor cohortes divisas. atque singulæ centenæ erant. Gestabant autem omnes amphoras vacuas & *in eis* faces ardentes, ne incursus illorum ab hostibus præsentiretur; & in dextra cornu arietinum. illo enim vice tubæ utebantur. Hostium autem castra multum spatii occupabant: (nam contigit ut magnus illis esset camelorum numerus) &, per gentes distributi, in unius circuli ambitu omnes continebantur. At Hebræi præmoniti, ut, cum non longe ab hoste abessent, signo dato, cornubus sonantes, & amphoras confringentes, cum facibus irruerent clamore sublato, & vincerent Deo Gedeoni auxiliante, hoc ipsum exsequuti sunt. Magna autem perturbatio & terror homines invasit vix somno suscitatos. nox enim erat, atque hoc voluit Deus. Ac pauci quidem ab hostibus interempti sunt: plures vero à sociis, quod magna esset inter eos sermonis diversitas. ac cum semel in tumultu esse cœperunt, obvios omnes pro hostibus trucidabant. Multa autem cædes erat; & ubi Gedeonis victoriæ rumor ad Israëlitas pervaserat, arma corripiebant: & persequuti deprehendunt hostes in cava, torrentibus circumdata, cum trajicere nequirent, regione. atque illos undique obsidentes ad unum omnes interficiunt, cum duobus regibus Orebo & Zebo. Reliqui autem imperatores, quod supererat exercitus secum abducentes, (erant enim ferme octodecim millia) longius provecti procul ab Israëlitis castra posuerunt. Gedeon autem non laboribus erat defatigatus, sed cum toto exercitu eos insequutus, & *cum iis* congressus hostes universos interimit: cæterosque duces, Zeben & Salmanan, captivos factos reduxit. In ipso autem prælio ceciderunt Madianitarum & Arabum, qui eis auxilio venerant, circiter centum & viginti millia. Multa etiam præda, *ut* aurum, & argentum, & textilia, & cameli, & jumenta, Hebræis cessit. Gedeon vero, reversus in Ephran patriam suam, Moabitarum reges morte afficit.

Reges duo Orebus & Zebus, in prælio cæsi; duoque, Zebes & Salmana, capti. Jud. c. 8.

6. Cæterum tribus Ephraïmitis, ægre ferens prosperos Gedeonis successus, bello eum petere decreverat, *ipsi* objiciens, quod re prius secum non communicata cum hostibus conflixerit. Gedeon autem, cum vir esset modestus & omni virtute excellens, respondit se non suo arbitratu hostem absque illis aggressum esse, sed jussu divino: & victoriam nihilo minus illorum esse ajebat, quam suam ipsorum qui militassent. Atque his verbis sedata eorum ira plus emolumenti contulit in Hebræos, quam rebus contra hostes præclare gestis. illos enim, cum foret ut civilis oriretur seditio, ab ea liberavit. Verum hujus *in eum* contumeliæ tribus hæc supplicium luit; quod suo tempore declarabimus.

Gedeon placidis verbis pacat Ephraimitas, ira in eum concitatos. Jud. c. 8.

7. Gedeon autem, cum ei in animo esset imperium deponere, compulsus est id retinere per an-

Imperium cum vita deponit, & in Ephra sepelitur. Jud. c. 8.

λιπε Φυλακλω πεσοῦσε τὴν αὐτοῦ φαλαγγα Γεδεών, εἰς τρία μέρη διελὼν αὐτόν. ἑκατὸν δ' ἦσαν ἐν ἑκάστῳ. σκόμιζον δὲ πάντες [c] ἀμφορέας κενὰς καὶ λαμπάδας ἡμμένας, ὅπως μὴ καταφρονῶντος τοῖς πολεμίοις ἡ ἔφοδος αὐτῶν γένηται· καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ, κελὲ [d] κέρας. ἐχέτω δὲ [e] τύπῳ ἀντὶ σαλπιγγος. χωρὶον δὲ πολὺ κατεῖχε τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον· πολεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς εἶναι συνέβαινε κάμηλον· καὶ καθ' [f] ἔθνη νεμηθέντες ὑφ' ἓνὶ κύκλῳ πάντες ἦσαν. οἱ δὲ Ἑβραῖοι, πεφεισμένα αὐτοῖς, ὁπόταν ἀναγνῶσι πλησίον τὰ πολεμίων, ἐκ συνθήματος, [i] κέρασί τε ἠχήσοντες καὶ τὰς ἀμφορέας καταξάντες, ὁρμήσουσι μετὰ [k] λαμπάδων ἀλαλάξαντες, καὶ νικᾶν θεὸν Γεδεῶνι βοηθήσοντος, τοῦτ' ἐπαίσιον. παραχρὴ δὲ λαμβάνει τοὺς ἀνθρώπους ἔκπληξίς τε ὑπνωττας, καὶ δείματα. νυὸς γὰρ ἦν, καὶ ὁ θεὸς τοῦτο ἤθελεν. ἐκτείνοντο δὲ ὀλίγοι μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων· οἱ δὲ πλείους ὑπὸ τῶν συμμάχων, διὰ τὸ τῇ γλώσσῃ διαφωνεῖν. ἅπαξ δὲ καταστάντες εἰς παρεμβολὴν, πᾶν τὸ προσιὸν ἄνθρωπον, νομίζοντες εἶναι πολέμιον. [l] φόνος δὲ πολὺς ἦν, καὶ φήμης πρὸς τοὺς Ισραηλίτας τὰ Γεδεῶνος νίκης ἀφικομένης, ἐν τοῖς ὅπλοις ἦσαν· καὶ διώξαντες λαμβάνουσι τοὺς πολεμίους ἐν χείλῳ τινὶ, χαράδραις περιειλημμένῳ, ἃ διαμένους διαπεράσαι, χωρίῳ. καὶ περιστάντες κλείουσιν ἄπαντας, καὶ δύο τῶν βασιλέων, [m] Ωρηβόν τε καὶ Ζῆβον. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἡγεμόνων, τοὺς [n] περιλαφθέντας τῶν στρατιωτῶν [o] ἀνάγοντες· ἦσαν δὲ [p] ὡς μύριοι καὶ ὀκτακισχίλιοι· στρατοπεδεύουσι πόρρω πολὺ τῶν Ισραηλιτῶν. Γεδεὼν δὲ οὐκ ἀπηγορευκὼς πόνων, ἀλλὰ διώξας μετὰ πάντας δὲ στρατοῦ καὶ συμβαλὼν ἄπαντας διέφθειρε τοὺς πολεμίους· καὶ τοὺς λοιποὺς ἡγεμόνας, [q] Ζεβεὶν δὲ Σαλμανὰν αἰχμαλώτους λαβὼν [r] ἀνήγαγε. ἀπέθανον δὲ ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ, Μαδιανιτῶν τε καὶ τῶν [s] συστρατευσάντων αὐτοῖς Ἀραβων, περὶ μυριάδας δώδεκα. λεία τε πολλὴ, χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ ὑφὴ, καὶ κάμηλος, καὶ ὑποζύγια, λαμβάνεται τοῖς Ἑβραίοις. Γεδεὼν δὲ, ἀποχωρήσας εἰς [t] Ἐφρὰν τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, κλείει τοὺς τῶν Μαδιανιτῶν βασιλέας.

ζ'. Η δὲ [v] Ἐφραϊμίτις φυλὴ, τῇ Γεδεῶνος ὑπεραγάπα δυσχεραίνουσα, στρατεύει ἐπ' αὐτὸν [x] διεγνώκεισαν, τὸ μὴ [y] προσαγγεῖλαι τὴν ὁπτιχείρησιν αὐτοῖς τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἐγκαλοῦντες. Γεδεὼν δὲ, μέτριος ὢν καὶ πάσων ἀρετῶν ἀκρος, οὐκ αὐτὸς ἔλεγε αὐτοκράτορι χρησάμενος λογισμῷ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι χωρὶς αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ κελεύσαντος· τὴν δὲ νίκην οὐχ ἧττον αὐτῶν ἔφασκεν ἰδίαν, ἢ τῶν [z] ἐστρατευκότων εἶναι. καὶ τούτοις παρηγορήσας αὐτῶν τὴν ὀργὴν τοῖς λόγοις, μᾶλλον τὴν Ἑβραίους ὠφέλησε τῆς ὑπὲρ τῶν πολεμίων ὑπεραξίας. ἐμφυλίου γὰρ αὐτοὺς στάσεως ἄρχειν μέλλοντας ἐρρύσατο. τῆς μέντοι γε ὕβρεως ταύτης ἡ φυλὴ δίκην ἐξέτισεν· ὡς δηλώσομεν καιρὸν ἴδιον.

ζ'. Γεδεὼν δὲ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι βουλόμενος, βιασθεὶς ἔσχεν αὐτὴν ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα, βασιλεύων αὐτῶν

---

c Ἀμφορέας] Φακέλλας κενὰς legerat *Epiphan.*

f Κέρας.] Ita cum *Big. Samb.* & *Gall.* 1. quod præcesserit κέρας.

g Τύπῳ ἀντὶ σάλπιγγος.] In *cæteris* τύποις, & mox in *Cod. Vat.* σαλπιγξι.

h Τὰ ἔθνη] Articulus abest *Big.* & *Samb.*

i Κέρασί τε] Sic cum *Hen. Busb.* & *Epiphan.* σάλπιγγί τε in *Editis, cæterisque.*

k Λαμπάδων ἀλαλάξαντες,] Επὶ τὰς πολτυλὶς post λαμπάδων inserunt *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Gall.* 1. & *Vat.*

l Φόνος δὲ πολὺς ἦν,] Ita cum *Cod. Vat.* φόνος τε π. *Big.* & *Samb.* in *Editis* ὁ φόνος τε π.

m Ωρηβόν τε καὶ Ζῆβον.] Sic *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Epiphan.* ut & Ορηβ & Ζηβ *Zonara* & LXX. in *Editis, Aliisque* Ωρεβὸν τε καὶ Ζήβον.

n Περιλαφθέντας] Παραλαφθέντας *Hen.* & *Busb.*

o Ἀνάγοντες·] Ἄγοντες *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

p Ὡς μύριοι καὶ] Illud ὡς abest *Big.* & *Samb.*

q Ζεβεὶν καὶ Σαλμανὰν] Ita placuit edere, cum Ζεβεὶν καὶ Σαλμανὰ haberet *Vat.* & Ζεβεὲ καὶ Σαλμανὰ LXXII. Ζεβεὶν καὶ Ἐσάρβανον *Bas.* & *G.* Ζεβεὶν καὶ Ζαρμάνα *Epiphan.* Ζεβεΐδαν καὶ Ζαρμάνην (Ζεβεΐδιν καὶ Ζαρμάνιν *Coll. Voss.*) καὶ Σαλμανὰν *Big.* Ζεβεόλα καὶ Ἐζαρμάνιν *Gall.* 1. Ζεβελὲ καὶ Σαρμανὰν *Samb.* Ζεβεὶς καὶ Ζαβανὴς *Hen.* & *Busb.* Est qui conjicit Ζεβεὶν καὶ Σαλμανὰν à *Josepho* fuisse.

r Ἀνήγαγεν.] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. in *Editis, Aliisque* ἤγαγεν.

s Συστρατευσάντων] Συστρατευσαμένων *Big.* & *Gall.* 1.

t Ἐφρὰν τὴν] Ita *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* ut *Jud.* c. 8. v. 27. Ἐφρὰμ *Bas.* & *G.*

v Ἐφραϊμίτις] Sic *Big. Vat. Hen.* & *Busb.* Ἐφραΐμ *Bas. G.* & *Samb.*

x Διεγνώκεισαν,] Διεγνώκει, τῷ μ. *Big. Samb.* & *Gall.* 1. διεγνώκη, τὸ μ. *Vat.*

y Προσαγγεῖλαι] Προαγγεῖλαι *Vat.*

z Ἐστρατευκότων εἶναι.] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* στρατευσάντων in *Editis, Aliisque.*

a Τε-

τοῖς τὰ δίκαια, καὶ ὡδὶ τ' Δμφορῶν ἐπ' αὐτὸν βαδιζόντων. κύριά τε πάντα λῦ τὰ ὑπ' αὐτοῦ [a] πεπραγμένα. καὶ ὁ μὲν, γηραιὸς τελευτήσας, ὢν [b] Εφραν τῇ πατρίδι ἐτάφη.

nos quadraginta, judiciis præsidens, & singulis de litibus *suis* eum adeuntibus. rataque habebantur omnia quæ ille pronunciaverat. Et is quidem, cum justa senectute obiisset, apud Ephran in patria *sua* sepultus est.

ΚΕΦ. ζ'.

Οτι μετ' αὐτὸν πολλοὶ ἡμόμενοι Δμφίδοχοι τοῖς πέριξ ἔθνεσιν ἐπολέμησαν ἱκανῷ χρόνῳ.

Παῖδες ἦ ἦσαν αὐτῷ, γνήσιοι μὲν ἑβδομήκοντα· πολλὰς γὰρ ἔγημε γυναῖκας· νόθος δ' εἷς ἐκ παλλακῆς [c] Δρύμας, Αβιμέλεχος τοὔνομα, ὃς μὴ τὸν ἑ πατρὸς πλοῦτον ἀναχωρήσας ὅθεν Σίκιμα [d] πρὸς τὰς ἀπὸ μητρὸς συγγενεῖς· ἐντεῦθεν γὰρ λῦ· καὶ λαβὼν ἀργύριον παρ' αὐτῶν, [e] οἱ Δμφ' πλῆθος ἀδικημάτων ἦσαν ὕβρισμοι, ἀφικνεῖτ' σὺν αὐτοῖς εἰς τ' πατρῷον οἶκον, καὶ κλείνῃ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, πλὴν [f] Ιωαθάμου. σώζεται γὰρ ἐτος Δμφυγεῖν δυτυχήσας. Αβιμέλεχος δὲ εἰς τυραννίδα τὰ πράγματα μεθίστησι, κύριον αὐτὸν ὁ, τι βούλε ποιεῖν [g] ἀντὶ τῶν νομίμων ἀποδείξας, καὶ δεινῶς πρὸς τοῖς ἑ δικαίοις προϊσταμένους σκληραινόμενος.

β'. Καί ποτε δημοτελοῦς Σικίμοις ἄσης ἑορτῆς, καὶ ἑ πλήθους παντὸς ἐκεῖ συνειλεγμένου, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ [h] Ιωάθαμος, ὃν καὶ Δμφυγεῖν ἔφαμεν, ἀνελθὼν ὅπι τὸ ὄρος τὸ [i] Γαριζεῖν· ὑπέρκειται ἦ τ Σικίμων πόλεως· ἐκβοήσας εἰς ἐπήκοον, ἑ πλήθους ἡσυχίαν αὐτῷ προσαχούσης, ἠξίου μαθεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα. γενομένης δὲ σιγῆς, εἶπεν "ὡς τὰ δένδρα φωνὴν [k] ἀνθρωπίνην προϊέμενα, συνόδῳ γενομένης αὐτῶν, δεήθη συκῆς ἄρχειν αὐτῶν. ἀρνησαμένης δ' ἐκείνης, Δμφ' "τὸ τ τιμῆς τ ὅπι τοῖς καρποῖς οἰκείας ἄσης ἀποβαλοῦσαν, ἐφ' ἄλλων ἐξωθεῖν προσγινομένης, τὰ "δένδρα τ ὅπι τὸ ἄρχεσθαι φρονπίδος οὐκ ἀπελείπετο, ἐδόκει δ' αὐτοῖς ἀμπέλῳ τὴν τιμὴν προσφέρειν· "καὶ ἡ ἄμπελος [l] χειροτονημένη, τοῖς αὐτοῖς τῇ συκῇ χρησαμένη λόγοις, παρῃτεῖτο τὴν ἀρχήν. τὸν δ' αὐτὸ καὶ τ ἐλαιῶν ποιησαμένων, ῥάμνος, ἐδεήθη γὰρ "[m] αὐτῆς ὥστε προσλαβεῖν τὴν βασιλείαν τὰ δένδρα· "πῦρ δὲ ἀγαθὴ προσφέρειν τ ξύλων ἐσήν· ὑπισχνεῖτο "τὴν ἀρχὴν ἀναλήψεσθαι, καὶ ἀόκνως ἔχειν. δεῖ μέν "τοι σωίζόνειν αὐτὰ ὑπὸ τὴν σκιάν· εἰ δ' ὄλεθρον "ἐπ' αὐτῇ φρονῶεν, ὑπὸ ἓ ἐνόντος πυρὸς Δμφυ"ρεῖεν. ταῦτα δ' ὁ γάλωτος ἕνεκα [n] φησὶ λέγειν· ὅτι "δὲ, πολλῶν ἀγαθῶν ἐκ Γεδεῶνος πεπεδαμένοι, πε"ρορῶσιν Αβιμέλεχον ὅπι τῶν ὅλων ὄντα πραγμάτων "σὺν αὐτῷ τὺς ἀδελφὺς [o] ἀποκτείναντες, ὃν πυρὸς οὐδὲν "διοίσειν". καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ὑπεχώρησεν καὶ διητᾶτο λανθάνων ἐν τοῖς ὄρεσι, δεδιὼς ἐπ' ἔτη τρία τ Αβιμέλεχον.

γ'. [p] Μετ' ὀ πολὺ ἦ τ ἑορτῆς οἱ Σικιμῖται· μετενόησαν γὰρ ὅπι τοῖς Γεδεῶνος υἱοῖς πεφονευμένοις· ἐξελαύνουσι τ Αβιμέλεχον τ πόλεως καὶ τ Φυλῆς. [q] οἱ ἦ κακοῦ τὴν πάλιν ἐφρόντιζον. τ δ' ὥρας τ

CAP. VII.

IX.

Quod plurimi ei in imperio succedentes cum gentibus circumquaque finitimis longo tempore bellum gesserunt.

ERant autem ei filii è thoro legitimo nati septuaginta, (nam multas habuit uxores) unus vero spurius è concubina Druma, cui nomen Abimelechus. qui patre mortuo ad cognatos suæ matris Sicima profectus, (inde enim orta fuit) acceptaque ab iis pecunia, qui multis admodum injuriis erant insignes, cum illis ad ædes paternas revertitur, fratresque omnes præter Joathamum interimit. hic enim fuga feliciter elapsus servatur. Abimelechus autem omnia in Tyrannidem convertit, quicquid sibi pro arbitrio suo agere placuerit id pro legitimo haberi volens, atque vehementer juris defensoribus inimicus infensusque.

Abimelechus tyrannidem occupat ope cognatorum, & per eadem fratrum omnium, præter Joathamum. Jud. c. 9.

2. Ac cum aliquando festum diem agerent Sicimis, & illuc populus universus conveniret, frater ipsius Joathamus, quem fuga evasisse diximus, conscenso clivo montis Garizin (nam urbi Sicimis imminet) & sublata voce ut *ab omnibus* exaudiri posset, silentium ei populo præbente, obsecravit ut animos attenderent ad ea quæ dicturus esset. Facto autem silentio, narrabat, "ut arbores voce "humana utentes, cum in concionem coivissent, "rogaverint ficum ut regnum in eas capesseret. "Illa autem recusante, quod honore ex fructibus "sibi propriis frui vellet, non qui ab aliis extra se "proveniret, arbores à cogitatione imperium ali"cui deferendi non destiterunt, sed visum est eis "viti principatum offerre: ac vitis, cum eam ele"gissent, iisdem verbis quibus ficus usa regnum "deprecata est. Cum vero olea similiter honorem "detrectasset, rhamnus, nam ab ipso postulabant "arbores ut regnum in eas susciperet (inter ligna "vero commodum est *illud* ad ignem accenden"dum) pollicetur se imperium accepturum esse "& impigre in eo administrando se gessurum. "verum illas oportet sub umbra *sua* considere: sin "autem ipsi exitium struere pararent, igne ei insi"to absumerentur. Hæc vero *Joathamus* inquit *se* "non risus movendi causa dicere: sed quod, mul"tis beneficiis à Gedeone affecti, patienter sinant "Abimelechum rerum summæ præesse, cum eo "fratrum *suorum* necis participes; cujus ingenium "nihil ab igne differre *sentient* ". Atque ille hæc loquutus semet subduxit, & latenter habitabat in montibus, timore Abimelechum per triennium defugiens.

Joathamus nobilem Sicimitis apologum edidit, de vario arborum & principum virorum ingenio, annis plus vcc. ante natum Æsopum. Jud. c. 9.

3. Haud multo post festum Sicimitæ, (nam eos pœnituerat cædis in Gedeonis filios patratæ) Abimelechum ex urbe pariter & tribu expulerunt. Is vero *& qui cum eo erant* malum aliquod civitati inferre cogitabant. Cumque vindemiandi tempus in-

Sicimitæ urbe pellunt Abimelechum, & Gaale præsidio sese tuentur. Jud. c. 9.

a Τελεσθέντα.] Λεγόμενα *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* neque hoc improbandum, neque illud.

b Εφρὰν] Ita (ut supra p. 294. v. 36.) legendum censeo, aut cum *Bibliis Complutinis* & *Cod. Alexandrino* Εφρὰ, *Jud.* c 8. v. 32. Εφρὰμ *Gen. Big.* & *Gall.* 1. Εφραὶμ *Bas. Samb.* & *Epiphan.*

c Δρύμας] Δρύμας legerat *Epiphan.*

d Πρὸς τὺς] Πρὸς τὰς τ μ. *Hen.* & *Busb.*

e Οἱ Δμφ' πλῆθος] Forsan, ὅτι Δμφ' π. ἀ. ἦσαν ἰκέσιοι, aut ὧν ἱκέσιος.

f Ιωαθάμου.] Ita cum *Cod. Vat.* præsertim cum Ιωάθαμ sit in LXX. Ιωαθὼν *Bas. Gen Epiphan.* & *Zonaras.* Ιωνάθου *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Busb. Hen.* & *Gall.* 1.

g Αντὶ τ νομίμων] Αντὶ τ νομίμων παίδων aut vidit, aut subintellexit *Epiphan.*

h Ιωάθαμος.] *Coll. Big.* & *Voss.* Ιωβάτης.

i Γαριζεῖν·] Ita cum *Editis* hic & supra p. 253. v. 24. Γαριζινὸν *Vat.* Γαριζὶν *Big.* & *Epiphan.*

k Ανθρωπίνην φωνήν.] Ανθρώπειον *Big. Samb.* & *Vat.* Atticorum more.

l Χειροτονημένη.] Sic in *MSS.* in *Editis* κεχειροτονημένη.

m Αὐτῆς] Eo modo *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* in *Editis* αὐτῷ.

n Φησὶ λέγειν·] In *MSS.* aut φασὶ λέγω, aut λέγω φασί.

o Αποκτείναντες.] In quibusdam *MSS* ἀποκτείναντα.

p Μετ' ὀ πολὺ] Μετ' ὀ πολὺ ἦ χρόνου legisse videtur *Epiphan.*

q Οἱ ἦ κακοῦ] Ο ἦ & mox ἐφρόντιζον legisse videtur *Vet. Interpr.* quo modo sane scribendum, nisi subintelligamus κτ' τὴν οἰκίαν *domestici*, aut κτ' γένος *cognati.*

r Δρύ-

instaret, proficiſci in agros ut fructus colligerent plane metuebant, ne ipſos male multaret Abimelechus. Cum autem ad eos *eodem fere tempore forte* immigraſſet Gaales, unus è viris principibus, cum armatorum manu & cognatis ſuis, eum exorabant ut ipſis præſidio eſſet, dum vindemiatum irent. Poſtquam vero ille honorem acceperat, ad *opus* proceſſerunt, unaque Gaales cum militum ſuorum cohorte. Itaque & fruges domum ſecure advehuntur, & per ſodalitia epulantes jam aperte auſi ſunt Abimelecho maledicere, atque principes *cum cognatis*, loca circa urbem inſidiis occupantes, multos ex Abimelechi ſatellitio comprehenſos perimebant.

Zebuli proditione, qui civibus etiam ſuaſerat ut Gaalem urbe ejicerent, Abimelechus enſe & igne delet Sicimitas. Jud. cap. 9.

4. At Zebulus quidam è principibus Sicimitarum, hoſpes Abimelechi, nunciis miſſis ei indicabat, quomodo Gaales populum contra ipſum irritaret, ſimul etiam hortabatur ut inſidias ante urbem collocaret: ſe enim Gaalæ perſuaſurum ut *ipſe* contra eum egrederetur. atque ita in ſua poteſtate fore, ut de eo vindictam ſumeret. quo facto ſpondere ſe quod gratiam cum populo initurus ſit. Abimelechus igitur *cum ſuis* in inſidiis conſidebat; & Gaales in ſuburbiis negligentius agebat, & cum eo Zebulus. Gaales autem, cum videret armatos ad ſe approperantes, ad Zebulum clamabat, verſus ſe tendere viros armis inſtructos. Illo vero dicente, cautium umbras eſſe, cum propius aliquanto accederent, re accurate perpenſa, non umbras eſſe ajebat, ſed virorum cohortem. Cui Zebulus, nonne tu, inquit, Abimelecho ignaviam objiciebas? cur igitur non oſtendis, qui vir ſis, pugnam cum eo ineundo? Gaales autem, *nonnihil* animo conſternatus, manus conſerit cum Abimelecho; ac nonnulli quidem è ſuis prælio cadunt: at ipſe ſe in urbem recipit, alios ſecum ducens. Interea Zebulus ita cum civitate agit ut Gaales ex ea ejiceretur, eum calumniatus quaſi molliter & ignave cum Abimelechi militibus dimicaſſet. Cæterum Abimelechus, cognito quod Sicimitæ ad vindemiam *denuo* egreſſuri eſſent, in locis circa urbem inſidias diſponit: cumque prodiſſent, tertia quidem exercitus pars portas occupat, ut cives aditu prohiberet, cæteri vero diſperſos curſu perſequuntur; & ubique cædes facta eſt. ac urbe diruta & ſolo æquata (nam ſine obſidione dedita eſt) ſaleque in ruderibus ejus ſeminato, agmine compoſito proceſſit. atque ita Sicimitæ omnes deleti ſunt. Quotquot autem per regionem diſſipati periculum evaſerant, hi ipſi, ſeſe in turmam colligentes ad petram quandam bene munitam, ſuper eam ſedes figebant, & ad eam muro cingendam aggrediebantur. ſed Abimelechus, intellecto eorum conſilio, prius ad eam cum ſuis omnibus copiis acceſſit: atque ipſemet ligni aridi faſces ferens, ut iis locum circumdaret, exercitum, ut idem facerent, hortabatur. ac brevi lignis petræ in ambitum circumpoſitis, ignes injiciunt & quicquid natura facilius accendit & urit: maximamque flammam excitant. Et quidem nemo ex ea petra effugit, ſed una cum uxoribus & liberis i-

---

r Δρᾳότητα κακὴν] Ita cum *MSS.* δραστικὴν in *Editis*.

s Γαάλης,] Sic *Cod. Vat.* atque *Vet. Interpr.* & recte: cum in *Bibliis Sacris* exſtet Γαάλ, *Jud.* 9. c. 26. in cæteris *MSS.* hîc loci Γίλαε.

t Γαάλης,] Jam ita *Big. Samb. Gall.* 1. & *Epiphan.* Γαάλ *Vat.* Γάλης *Baſ.* & *G.*

v Συμμοχίαν] Forte συμμοχίας vet. *per ſingulos choros.* COCC.

x Ζέβυλος] Sic *Vat. Epiphan.* & LXX. Ζαέβυλος *Big. Samb.* & *Gall.* 1. & ſtatim Ζέβυλος & Ζεβυλάν. in *Editis* Ζέβεννος, & mox Ζεβέννης & Ζεβέννου.

y Αμυναδάβ.] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. in *Aliis* ἀμυναδάβ.

z Επείνας] Sic *Big.* & *Samb.* in *cæteris* ἐπῆναι.

a Σκιὰς ὁρᾶν] Σκιὰς *Samb.* ut & infra v. 25.

b Επεκάλεις;] Eo modo *Big. Samb.* & *Epiphan.* ἐπεκάλεις *Busb.* & *Hen.* ἐπικαλεῖς *Baſ. G.* & *Vat.*

c Σῆς ἀρετῆς] Illud σῆς abeſt *Big.* & *Samb.*

ξ τεγαῖν ὑμομένης, ἐδεδίεσαν συλλέγειν τὸν καρπὸν προϊόντες, μή τι r δράσῃ κακὸν αὐτοὺς Αβιμέλεχος. ὑποδημήσαντος δ' αὐτοὺς τῶν ἀρχόντων τινὸς s Γαάλης, σὺν ὁπλίταις καὶ συγγενέσι τοῖς αὑτοῦ, φυλακὴν οἱ Σικιμῖται δέονται προβαλεῖν αὐτοῖς, ἕως ἂν τεγήσωσι. προσδεξαμένου δὲ ἐκείνου τὴν ἀξίωσιν, προῆσαν, καὶ t Γαάλης σὺν αὐτοῖς, τὸ οἰκεῖον ἄγων ὁπλιτικόν. ὅ, τε οὖν καρπὸς μὴ ἀσφαλείας σωάγεται, καὶ δειπνοῦντες καθ' u συμμορίαν φανερῶς ἀπετόλμων ἤδη βλασφημεῖν τὸν Αβιμέλεχον· οἵ τε ἄρχοντες, ἐνέδραις καταλαμβανόμενοι τὰ πρὸς τὴν πόλιν, πολλοὺς τῶν Αβιμελέχου συλλαμβάνοντες διέφθειρον.

δ'. x Ζέβυλος δέ τις τῶν Σικιμιτῶν ἀρχῶν, ξένος ὢν Αβιμελέχου, ὅσα παροξύνει Γαάλης τὸ δῆμον, πέμπων ἀγγέλους ἐμηύνει αὐτῷ, καὶ παρὴν λοχᾶν πρὸ τῆς πόλεως· πείσειν γὰρ Γαάλην ἐξελθεῖν ἐπ' αὐτόν. καὶ τὸ λοιπὸν ἐπ' ἐκείνῳ τυγχάνειν, ὥστε y ἀμυνάσθαι. γενομένης γὰρ τούτου, ἀβλαβεῖς αὐτῷ μνησεύεσθαι πρὸς τὸ δῆμον. ὅ, τε οὖν Αβιμέλεχος σκαδιστὴν ἐνεδρεύων· καὶ ὁ Γαάλης ἀφυλακτότερον διέτριβεν ὅπῃ ἔτυχε πρασείς, καὶ Ζέβυλος σὺν αὐτῷ. ἰδὼν δ' ὁπλίτας ὑπιφερομένους Γαάλης πρὸς Ζέβυλον ἔλεγεν, ἄνδρας αὐτοῖς z ὑπείναι καθοπλισμένους. ὁ δ' a σκιὰς εἶναι φαμένου τῶν πετρῶν, πλησίον ἤδη γενομένων τὸ ἀκριβὲς καθορῶν, σκιὰς ἔλεγε ταῦτ' εἶναι, λόχον δ' ἀνδρῶν. καὶ Ζέβυλος, σὺ μέντοι, φησὶν, Αβιμελέχῳ κακίαν b ἐπεκάλεις; τί οὖν οὐκ ὑπιδείκνυσαι τὸ τῆς c σῆς ἀρετῆς μέγεθος, εἰς μάχην αὐτῷ συμβαλών; Γαάλης δ' θορυβούμενος συνάπτει τοῖς Αβιμελέχου, καὶ d πίπτουσι μέν τινες τῶν σὺν αὐτῷ· φεύγει δ' αὐτὸς εἰς τὴν πόλιν, τοὺς ἄλλους ἀγόμενος. καὶ Ζέβυλος πολιτεύεται e Γαάλην ἐκβεβληκέναι τῆς πόλεως, κατηγορήσας ὡς μαλακῶς πρὸς τοὺς Αβιμελέχου στρατιώτας ἀγωνίσαιτο. Αβιμέλεχος δ', πυθόμενος ἐξελθουσένους αὖθις κατὰ τεγῶν τοὺς f Σικιμίτας, ἐνέδρας προλοχίζεται τῇ πόλει· καὶ προελθόντων, ἡ μὲν τρίτη μοῖρα τῆς στρατιᾶς καταλαμβάνει τὰς πύλας, ἀφαιρησομένη τὴν εἴσοδον τοῖς πολίταις, οἱ δ' ἄλλοι σκιδναμένους μεταδιῶσι· πανταχῇ τε φόνος ἦν. καὶ καταισκάψας εἰς ἔδαφος τὴν πόλιν· ὁ γὰρ ἀντίσχε πρὸς πολιορκίαν· ἅλας κατὰ τῶν ἐρειπίων ἀπείρας g πρῆγε. καὶ Σικιμῖται πάντες ὅτῳ ἀπώλοντο. ὅσοι δ' κατὰ τὴν χώραν σκεδασθέντες διέφυγον τὸν κίνδυνον, ὅτοι, συλλεγῆτες ὅπῃ τινα πέτραν ὀχυρὰν, ἐπ' αὐτῆς ἱδρύονται, h τείχισμά τε ποιοῦνται παρεσκευάζοντο. ἔφθη τε, τὴν διάνοιαν αὐτῶν Αβιμέλεχος μαθὼν, ἐλθεῖν i ἐπ' αὐτὴν μὴ δυνάμενος· καὶ k φακέλους ὕλης ξηρᾶς l βαλὼν τῷ χωρίῳ, δι' αὐτοῦ φέρων ταὐτὸ ποιεῖν m τὴν στρατιὰν παρεκελεύσατο. καὶ ταχέως βληθείσης n ἐν κύκλῳ τῆς πέτρας τοῖς ξύλοις, πῦρ ἐμβάλλουσιν, o ὅπερ τε μᾶλλον ἐξάπτειν φύσιν ἔχει· καὶ μεγίστῳ αἴρουσι φλογί. καὶ διαφεύγει μὲν p ὑπὸ τῆς πέτρας οὐδείς, ἀλλ' ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπώλοντο, q ἀν-

---

d Πίπτουσι] Ita in quinque *MSS.* in *Editis* perperam πίπτουσι.

e Γαάλην] Πάλιν ἐκβαλ. *Vat.*

f Σικιμίτας] Ita *Vat.* (& *Cocc.*) in *reliquis* hîc loci Σικιμίτες.

g Πρᾶγε.] Ἀνῆλθε *Vat.* atque ita forſan *Vet. Interpr.*

h Τειχίζεται τε] Ita *Big.* & *Samb.* in *cæteris* τειχῶσάν τε.

i Ἐπ' αὐτὴν] Sic *Baſ. G.* & *Vat.* ἐπ' αὐτὸς *Samb. Big. Gall.* 1. & *Epiphan.*

k Φακέλους] Eo modo *Vat.* nec aliter *Thucydides.*

l Περιβαλὼν] Ita *Big. Samb. Busb.* & *Hen.* in *reliquis* ἐμβαλὼν.

m Τὴν στρατιὰν] Τῇ στρατιᾷ *Big.* & *Samb.*

n Ἐν κύκλῳ] Ἐπ *MSS. Coll. Big.* & *Voſſ.* in *Editis* enim ponitur poſt ξύλοις. HAV.

o Ὅσα τε μᾶλλον] Forte ὅσα τὸ μᾶλλον ἐξάπτειν φ. ε. ἢ μ. ἀέρι φλόγα, ἐν κύκλῳ πῦρ ἐμβάλωσιν. COCC.

p Ἀπὸ τῆς πέτρας] Ita *Big.* & *Samb.* ἐπὶ τῆς πετρᾶς *Baſ. G. Aliique.*

q Ἀν-

[q] ἄνδρες μὲν ὡσεὶ πενταϰοσίους ϰὴ χιλίους, τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἱϰανόν. ϰὴ Σιϰιμίτας μὲν τοιαύτη συμφορὰ συνέπεσε, [r] μείζονος ϰὴ τῆς ἐπ' αὐτῇ λύπης γιομένης, πλὴν ὅτι [s] μὴ δίϰην ἐπ' ἀνδρὸς [t] διεργάσατο σωθεῖσι ϰαϰὸν τηλιϰοῦτον.

ε'. Ἀβιμέλεχος δ', τοῖς Σιϰιμιτῶν ϰαϰοῖς ϰαταπλήξας τὸς Ἰσραηλίτας, μείζονων ἐφιέμενος δῆλος ἦν, ϰὴ μηδαμῆ [v] σωφρονήσων τὴν βίαν, εἰ μὴ πάντας ἀπολεσθέν. ἤλασεν οὖν ἐπὶ [x] Θήβας, ϰὴ τὴν μὲν πόλιν ἐξ ἐπιδρομῆς [y] αἱρεῖ· πύργος δ' ἦν ἐν αὐτῇ μεγάλος, εἰς ὃν πᾶν τὸ πλῆθος συνέφυγε, πολιορϰεῖν τοῦτον παρεσϰευάζετο. ϰὴ αὐτὸν, πλησίον ὁρμῶντα τῶν πυλῶν, γυνὴ [z] θραύσματι μύλης βαλοῦσα ϰατὰ τῆς ϰεφαλῆς τυγχάνει. πεσὼν δ' [a] Ἀβιμέλεχος τῷ ὑπασπιστῇ παρεϰάλει ϰτεῖναι αὐτὸν, μὴ ὑπὸ γυναιϰὸς ὁ θάνατος αὐτοῦ δόξειεν ἔργον. ϰὴ ὁ μὲν τὸ [b] προσταχθὲν αὐτῷ ἐποίει· ὁ δὲ τοιαυτῇ [c] ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἀσεβείας ποινῇ ἐξέπεσε, ϰὴ τὰ εἰς Σιϰιμίτας οὕτω πεπολυμημένων. τούτοις δὲ ϰατὰ τιμὴν Ἰωαθάμου μαντεία ἡ συμφορὰ συνέπεσε. τὸ μέντοι σὺν Ἀβιμελέχῳ στράτευμα, πεσόντος αὐτοῦ σϰεδασθέν, ἀνεχώρησεν ὅθεν τὰ οἰϰεῖα.

ς'. Τῶν δ' Ἰσραηλιτῶν τὴν ἡγεμονίαν [d] Ἰαείρης ὁ [e] Γαλααδίτης ἐϰ τῆς Μανασσήτιδος Φυλῆς ἐδιήμησεν ἔτη, ἀνὴρ τά τε ἄλλα δίϰαιος, ϰὴ παῖδας ἀγαθὸς πεποιημένος· τριάϰοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν, ἱππεύειν δ' ἀρίστους, ϰὴ τὴν Γαλααδίτην πόλεων ἓξ ϰαὶ εἴϰοσιν ἐπιϰρατήσαντα. ἔτος, δύο ϰὴ εἴϰοσι ἔτη τὴν ἀρχὴν ϰατασχών, πλήσας γηραιὸς· ϰὴ ταφῆς ἐν [f] Καμὼν πόλει τῆς Γαλααδίτης ἀξιοῦται.

ζ. Πάντα δὲ τὰ τῶν Ἑβραίων εἰς ἀθυμίαν ϰὴ ὕβριν [g] τοῦ Θεοῦ ϰὴ τῶν νόμων ὑπεφέρετο· ϰὴ ϰαταφρονήσαντες αὐτῶν Ἀμμανῖται ϰὴ [h] Παλαιστῖνοι, στρατῷ μεγάλῳ διήρπαζον τὴν χώραν· ϰὴ τὴν Περαίαν ἅπασαν ϰαταϰόψαντες ϰὴ ὅτι τὴν τῶν λοιπῶν ἤδη ϰτῆσιν ἀφαιρεῖσθαι ἐτόλμων. Ἑβραῖοι δ', σωφρονισθέντες [i] ἀπὸ τῶν ϰαϰῶν, εἰς ἱϰετείας [k] ἐτρέποντο τοῦ Θεοῦ, ϰὴ θυσίας [l] ἐπέφερον· ἐδεήθησαν τε ϰαὶ ἐλιτάνευσαν αὐτὸν μεταμέλεσθαι, ϰὴ πρὸς τὴν δέησιν αὐτῶν ὑπαχθέντα, παύσασθαι τῆς ὀργῆς. ὁ δὲ Θεὸς, [m] μεταϰαλούμενος εἰς τὸ ἡμερώτερον, ἔμελλεν αὐτοῖς βοηθεῖν.

ἡ. Ἀμμανιτῶν [n] δὲ ἐστράτευσάντων ὅτι τὴν Γαλαδηνὴν, ὑπῆλθον οἱ ὁπιχώριοι πρὸς τὸ ὄρος, δεόμενοι τοῦ στρατηγήσοντος. ἦν δέ τις [o] Ἰεφθὴς, ἀνὴρ ἀφ' ἑτέρας πατρῴας ἀρετὴν δυνατὸς, [p] ϰὴ δι' οἰϰείαν [q] αὐτοῦ στρατιὰν ἣν ἔτρεφεν αὐτὸς [r] μισθοφόρων. πρὸς τοῦτον οὖν πέμψαντες ἠξίουν αὐτὸν συμμαχεῖν, ἐπαγγελλόμενοι ϰαθέξειν εἰς ἅπαντ' αὐτῷ τὸ χρόνον τὴν ἰδίαν ἡγεμονίαν. ὁ δ' ἀ προσϐεϐλημένην αὐτῶν ἔγνω ϰαϰίαν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἀδιϰουμένῳ ϕανῶς. ἀ γὰ ὄντα ὁμοίως ἐπὶ τοῖς ἀλλοφύλοις ἐϰάλει ϰατὰ τῶν ἀδελφῶν. ϰὴ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἐπεδείϰνυτο· ἐπεὶ δὲ ἐϰεῖνοι τὴν ἐπὶ τοῖς ἐγϰλήμασιν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ϰὴ πρεσϐείαν ἔστελλον πρὸς τὸν Ἰεφθὴν, ἐπιτιμῶντες ὅτι ϰαϰοῦργον ἄνδρα ϰαὶ ἀπὸ μητρὸς ἀσελγοῦς ἐϰάλεσαν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ἐϰεῖνος ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ϰαλέσασιν, ϰὴ τὴν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἀσέλγειαν ὀνειδίζει. ϰὴ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ τοσοῦτον ἐπεδείϰνυτο· ἐπεὶ δὲ ἐϰεῖνοι τὴν ἐπὶ τοῖς ἐγϰλήμασιν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ϰὴ πρεσϐείαν ἔστελλον πρὸς τὸν Ἰεφθὴν, ἐπιτιμῶντες ὅτι ϰαϰοῦργον ἄνδρα ϰαὶ ἀπὸ μητρὸς ἀσελγοῦς ἐϰάλεσαν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ἐϰεῖνος ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ϰαλέσασιν, ϰὴ τὴν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἀσέλγειαν ὀνειδίζει.

[q] Ἄνδρες μὲ] Ἀνδρες μὲ πενταϰοσίους ϰὴ χιλίους *Gall.* 1. ὥσθρας μὲ πενταϰοσίους ϰὴ χιλίους *Samb.* & *Vat.*

[r] Μείζονος] Μείζω τὴ ἐπ' αὐτῇ λύπης γενομένη *Big. Samb.* & *Vat.*

[s] Κατὰ δίϰην] Ita *Samb.* in *ceteris* una voce ϰαθδίϰην.

[t] Εὐεργέτησ] Εὐεργέτει ϰὲ ἓ γίνες αὐτῷ legisse videtur *Epiphan.*

[v] Περιγρᾴψων] Περιγράψων *Samb.* & *Big.*

[x] Θήϐας,] Urbis hujus meminit *Stephanus Byzant.* v. Θήϐη. Vide *Jud* c. 9 v. 50. 2 *Sam.* c. 11. v. 21. *Bocharti* Canaan. l. 1. c. 16. & *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 3. c. 13. p. 326.

[y] Αἱρεῖ·] Ita *MSS.* in *Editis* αἵρεῖ.

[z] Θραύσματι μύλης] Θραυσμά τι soli *Big.* & *Epiphan.*

[a] Ἀβιμέλεχος] Sic *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Gall.* 1. ὁ Ἀβιμέλεχος τὸ υ. π. *Baſ. G.* & *Vat.*

[b] Προσταχθὲν] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. in *Editis*, *Aliiſque* deeſt αὐτῷ.

[c] Ὑπὲρ τῆς] Vocem ὑπὲρ omittit *Vat.*

[d] Ἰαείρης] Ἰαΐρης *Samb.* & *Big.* Ἰαεὶρ *Zonaras* è *S. Bibliis.* Sed hic loci, neſcio an aliquid è libris exciderit, an incuria omiſerit *Joſephus* tres & viginti annos Tholæ principis, *Jud.* c. 10. v. 1. Veruntamen in ſummam annorum Judicum *iſtius* regimen inſerit.

[e] Γαλαδηνὸς] *Al.* Γαλαδηὸς & infra Γαλαδή.

[f] Καμὼν] Malim Καμῶνι.

[g] Τοῦ Θεοῦ ϰὴ τῶν νόμων ὑπεφέρετο·] Illa τοῦ Θεοῦ ϰὴ è *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Epiphanio* inſerui, & ex iiſdem ὑπεφέρετο dedi pro ἐφέρετο.

[h] Παλαιστῖνοι,] *Al.* Παλαιστηοί.

[i] Ἀπὸ τῶν ϰαϰῶν,] Ὑπὸ τῶν ϰαϰῶν *Big. Samb.* & *Vat.*

[k] Ἐτρέποντο τοῦ Θεοῦ,] Ita cum *MSS.* in *Editis* ἐτρέποντο. Ἐπέφερον·] Sic *Big. Samb.* & *Epiphan.* ἐπεφέροντο *Baſ. G. Aliique.*

[l] Ἐπέφερον·] Sic *Big. Samb.* & *Epiphan.* ἐπεφέροντο *Baſ. G. Aliique.*

[m] Μεταϰαλούμενος] Ita *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* in *ceteris* μετασϰευαζόμενος.

[n] Δ' ἐστράτευσάντων] Ita cum *Samb.* in *ceteris*, δ' ἐστρ.

[o] Ἰεφθὴς,] Eo modo *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* Ἰάφθης & infra p. 298. v. 14. Ἰάφθαε, convenientibus Græcis codibus, ut & p. 299. v. 16. Ἰάφθα in obliquo. Ἰάφθης *Busb.* & *Hen.* Ἰεφθάε *Zonaras* ab *Interpretibus* LXXII.

[p] Καὶ δι' οἰϰείαν] Καὶ διοιϰεῖν aut ſimile quid legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

[q] Αὐτοῦ στρατιὰν] Ἑαυτῷ *Big.* & *Samb.*

[r] Μισθοφόρων.] Μισθοφόρου *Big. Samb.* & *Vat.*

ne abſumpti ſunt: viri quidem circiter MD. cætera vero multitudo numero magna. Et talis quidem calamitas in Sicimitas incidebat, majorque ex ea mœror exſtitiſſet, niſi quod juſte pœnas dederint ob tantum mali viro de ſe egregie merito conflati.

Fruſto mēle à mulière ictus periit Abimelechus. Jud. c. 9.

ſ. Abimelechus autem, cum Iſraëlitis ex Sicimitarum miſeriis terrorem incuſſiſſet, palam præ ſe ferebat quod majora appeteret, & non prius violentiæ ſuæ modum eſſet adhibiturus quam univerſos exitio dederat. Thebas itaque contendit, & urbem quidem ſubita incurſione capit: cum vero turris in ea valida eſſet, in quam multitudo omnis confugiebat, eam oppugnare aggreditur. atque, dum ipſe cum impetu in portas irrueret, muliercula in caput ejus molæ fragmen dejicit. Abimelechus autem, humi collapſus, armigerum rogabat, ut ſe *diſtricto enſe* perimat, ne à muliere videretur interfectus. Et hic quidem imperata ei fecit: ille vero hujuſmodi ſupplicium dependet pro ſcelere in fratres, & facinore quod in Sicimitas patrare auſus eſt. atque hæc clades illis juxta Joathami vaticinium accidit. Cæterum qui cum Abimelecho erant milites, illo mortuo *paſſim* diſperſi, ad domum quiſque ſuam redierunt.

Jaïres reſtituit Hebræicam adminiſtrat. Jud. c. 10.

6. Iſraëlitarum autem imperium *ab illis* accipit Jaires Galadenus è tribu Manaſſitide, vir cum cætera felix, tum quod liberos fortes procreaverat; numero quidem triginta, equites vero egregios, & quibus urbium Galadenarum commiſſæ erant præfecturæ. Is, cum viginti & duos annos rebus illorum præfuiſſet, ingraveſcente ætate obiit; & in Camone, urbe Galadena ſepultus eſt.

Iſraëlitas opprimunt Palæſtini & Ammaniteæ. Jud. c. 13.

7. Jam res Hebræorum ad perturbationem ordinis & Dei legumque contemptum ferebantur: Ammanitæque & Palæſtini, eos deſpectui habentes, cum magno exercitu regionem *vaſtarunt & diripuerunt*; &, cum loca ultra Jordanem occupaſſent, ad reliqua poſſidenda *fluvium* auſi ſunt trajicere. Hebræi vero, cum ex calamitatibus reſipuiſſent, ad Deum precibus ſe convertebant, victimaſque ei mactabant; ipſum implorantes, ut, ſeveritate cohibita, precibuſque eorum ſupplicibus flexus, ab ira deſiſteret. Jamque Deus mitior & placidior factus, in animum induxit illis opitulari.

Jephthem ducem ſibi poſcunt Galaditæ. Jud. c. 11.

8. Cum vero Ammanitæ in Galadenam fuiſſent ingreſſi, iſtius regionis incolæ illis ad montem occurrebant, ducem deſiderantes. Erat autem Jephthes quidam, vir patriis virtutibus pollens, proprioque exercitu quem ſumptibus ſuis alebat. Ad hunc igitur miſſis nunciis, enixe petebant ut *eis* in auxilium veniret; pollicentes, *ſe* principatum ſuum ei conceſſuros eſſe, quamdiu viveret. Ille vero preces eorum non admittit, ipſis exprobrans, quod nullam ei opem tulerint, dum à fratribus manifeſtam

ſtam injuriam pateretur. Cum enim illis non eſſet frater uterinus, ſed quod ad matrem, quam pater amore captus eis induxerat, peregrinus, ipſum *domo* expulerunt, contempta ejus imbecillitate. & ille quidem in regione Galaditide vocata degebat; omnes, qui ad eum undecunque confluxerunt, dato ſtipendio excipiens. Tandem vero precibus expugnatus, & jurejurando accepto in perpetuum ei daturos eſſe imperium, copias eduxit.

Jephthes ad Ammanitarum regem legatos mittit. Jud. c. 11.

9. Et cum mature quicquid facto opus erat providiſſet, exercitu in urbe Maſphathe collocato, legatos mittit ad regem Ammanitarum; *per eos* rerum *injuria* captarum poſtulans. Ille vero *legatis* viciſſim miſſis, *probri* incuſabat Iſraëlitarum ex Ægypto egreſſum, & ab ipſis poſcebat ut è regione Amoræa excederent, quaſi patrum ejus à tempore antiquo fuiſſet. Jephthes autem reſpondens, quod non cum ratione Iſraëlitarum progenitores de Amoræa *poſſeſſa* culparent, ſed potius eis gratias agere deberent pro Ammanitide relicta; nam Moyſes potuit & ipſam occupaſſe: ac cum *Rex* jubeat ut de terra ſua decederent *Iſraelitæ*, quam ultra ccc. jam annos, à Deo *ſibi* acquiſitam, tenuerint; *ſciat velim*, inquiit, *nos* cum illis *pro ea repetenda* dimicare.

Ammanitarum regem profligat, copiaſque ejus perſequitur ad Maniathen uſque urbem. quæ quidem Μανιὰθ aut Μανιὰ LXX. Menith vero Hieronymo. Jud. c. 11.

10. At cum hæc quidem dixiſſet, legatos dimiſit: ille vero victoriam precatus, ſacraque facturum eſſe pollicitus, ſi incolumis ad ſuos reverteretur, & quodcunque ei primum occurreret immolaturum, congreſſuſque *cum hoſtibus* & longe *eos* ſuperat, & cum cæde perſequutus eſt uſque ad urbem Maniathen: ac cum trajeciſſet in Ammanitidem, urbeſque multas delevit & multum prædæ abegit; ſuoſque populares à ſervitute liberavit, quam ſervierant annis XIIX. At revertens in calamitatem incidit, rebus à ſe feliciter geſtis prorſus diſſimilem. nam ei *redeunti* occurrit filia; quæ etiam unigenita erat, virgo adhuc. Ille autem, graviter ingemiſcens præ doloris magnitudine, filiam reprehendebat, quod tanta feſtinatione ei obviam prodierit: nam illam Deo in victimam offerre promiſerat. At illi non ingrate *ad aures* accidit quod eventurum erat, ut quæ pro victoria patris & civium libertate eſſet moritura: orabat autem ut ei duos menſes remitteret ad juventutem ſuam cum civibus deflendam, & tunc ei integrum eſſet votum ſolvere. Ille vero, cum liberam ipſi poteſtatem in tempus prædictum feciſſet, eo elapſo filiam mactatam in holocauſtum obtulit, neque legitima neque Deo grata ſacra faciens, quod ratiocinatione non explorarit quid futurum erat, & quale judicium de facinore laturi eſſent qui id fama acciperent.

Filiam ex voto temerario mactat Jephthes. Jud. c. 11.

Ephraïmitæ arma civilia admovent Jephthæ, & ab eo fuſi ſunt & fugati. Jud. c. 12.

11. Cum autem tribus Ephraïmitis ei bellum intuliſſet, quod cum iis non communicarit expeditionem in Ammanitas factam, ſed ſolus prædam habuerit & rerum geſtarum gloriam: primo quidem dicebat, neque ignoraſſe eos quod conſan-

μήτερον αὐτοῖς, ἀλλὰ ξένον [s] ὡδὶ τὴν μητέρα, δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐπαχθεῖσαν αὐτοῖς [t] ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἐξέβαλον, [v] καταφρονήσαντες τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας. καὶ ὁ μὲν διέτριβεν ἐν τῇ [x] Γαλαδίτιδι καλουμένῃ χώρᾳ, πάντας τοὺς [y] ὁπόθεν ἂν συναγινομένους πρὸς αὐτὸν ἐπὶ μισθῷ δεχόμενος. ἐκλιπαρησάντων δ' αὐτῶν, καὶ ὀμοσάντων εἰς ἀεὶ παρέξειν αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν [z] ἐρράθυμε.

Θ'. Καὶ ποιησάμενος ὀξείαν τὴν [a] τῶν πραγμάτων πρόνοιαν, ἐν πόλει [b] Μασφαθῇ καθίσας τὸ στράτευμα, πρεσβείαν πέμπει πρὸς τὸν Ἀμμανιτῶν, αἰτιώμενος αὐτὸν ἀλόγως. ὁ δὲ, ἀντιπέμψας ἠτιᾶτο τοὺς Ἰσραηλιτῶν τὴν ἔξοδον τὴν ἀπ' Αἰγύπτου, καὶ τῆς [c] Ἀμορραίας αὐτοὺς ἠξίου μεταχωρεῖν, ὡς πατρῴας οὔσης [d] ἀρχῆθεν. [e] ἀποκρινόμενος δὲ ὁ Ἰεφθὴς, ὡς ἔστι τῆς Ἀμορραίας τοὺς προγόνους αὐτῶν δικαίως ἐκκαλεῖσθαι, χάριν τε μᾶλλον τῆς Ἀμμανίτιδος αὐτοὺς ἔχειν ὀφείλοιεν παρεῖσης, δυνατὸν γὰρ Μωϋσεῖ καὶ τοῦτο λαβεῖν· μεταχωρεῖν τε [f] ἰδίας εἰπὼν γῆς, ἣν Θεὸς κατακτησαμένοις [g] ὑπὲρ τετρακόσια ἔτη νέμονται, [h] μάχεσθαι πρὸς αὐτοὺς ἔφησεν.

ι'. Καὶ τοὺς μὲν πρέσβεις τοιοῦτ' εἰπὼν ἀπέλυσεν· αὐτὸς δὲ δυσάμενος νίκην, καὶ θυσιάσειν ὑποσχόμενος ἂν [i] ζῶν εἰς τὰ οἰκεῖα ὑποστρέψῃ, καὶ πᾶν ὅ, τι καὶ πρῶτον αὐτῷ [k] συντύχοι ἱερουργήσειν, συμβαλὼν τε νικᾷ μεταξὺ πολὺ, καὶ φονεύων ἐδίωκε μέχρι πόλεως [l] Μανιάθης· καὶ διαβὰς εἰς τὴν Ἀμμανίτιν, πόλεις τε ἠφάνισε πολλὰς καὶ [m] λείας ἤλασε, καὶ τοὺς οἰκείους ἐλευθερίας ἀπήλλαξεν, [n] ἐν ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα τούτοις ὑπομείναντας. ἀναστρέφων δὲ συμφορᾷ περιπίπτει, κατ' ἐδέν ὁμοίᾳ τοῖς κατορθωμένοις αὐτῷ. ὑπαντᾷ γὰρ ἡ θυγάτηρ αὐτῷ· μονογενὴς δὲ ἦν ἐπὶ παρθένῳ. ὁ δὲ, ἀνοιμώξας ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς [o] πάθους, κατεμέμφετο τῆς πρὸς τὴν ὑπάντησιν ἀτυχίας τῆς θυγατρὸς· [p] καθιερῶσαι γὰρ αὐτὴν τῷ Θεῷ καθυπέσχετο. τῇ δὲ τὸ συμβησόμενον οὐκ ἀηδῶς προσεπέπεσεν, ἐπὶ νίκῃ μὲν πατρὸς καὶ ἐλευθερίᾳ τῶν πολιτῶν πεπυσμένη· παρεκάλεσε δὲ, δύο μῆνας αὐτῇ παραχώρησαι πρὸς τὸ μὴ τῶν πολιτῶν ἀποδρᾶναι τὴν νεότητα, τότε ποιεῖν τὰ [q] κατὰ τὴν εὐχήν. συγχωρήσας δὲ κατὰ [r] τὸν προειρημένον χρόνον, μὴ τὴν παῖδα ἀλοκαύτωσεν, ἅτε νόμιμον ὄντα τῷ Θεῷ κεχαρισμένην θυσίαν ἐπιτελῶν, μὴ βασανίσας τῷ λογισμῷ τὸ ἡμαρτημένον; οἷον τὸ πραχθὲν [t] δόξῃ τοῖς ἀκούσασι.

ια'. Τῆς δὲ [v] Ἐφραίμου φυλῆς ἐπ' αὐτὸν στρατευσάσης, ὅτι μὴ κοινωνήσαντα τὴν ἐπ' [x] Ἀμμανίτας ἐλασίαν αὐτοῖς, ἀλλὰ μόνον [y] κατὰ λείαν ἔχοι, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις δόξαν· πρῶτον μὲν ἔλεγον, ὡς ἅτε λάθοιεν αὐ-

s Περὶ τὴν μητέρα,] Καὶ τὴν μητέρα *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

t Ὑπὸ τοῦ πατρὸς,] Παρὰ τοῦ πατρὸς *Vat.*

v Καταφρονήσαντες] Ita *Samb.* καταφρ. αὐτῷ ἀσθ. *Big.* & *Epiphan.* καταφρ. τοῦ δι' αὐτὸ ἀσθ. *Vat.* καταφρ. δι' αὐτὸ ἀσθ. *Baſ.* & *G.*

x Γαλαδίτιδι καλουμένῃ] Sic *Big.* & *Samb.* in *Editis*, *Aliiſque* Γαλααδίτιδι. Vide Cellarii Geogr. Antiq. l. 3. c. 13. p. 388.

y Ὁπόθεν ἂν] Ὁποθενοῦν ἀθροιζομένους *Samb.*

z Ἐρράθυμε.] Ἐρράθυμτε *Vat.*

a Τῶν πραγμάτων πρόνοιαν,] Τῶν πραγ. ἐπιμέλειαν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

b Μασφαθῇ καθίσας] Ita quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* Μασφάκη.

c Ἀμορραίας] Ἀμοραίας *Big.* & *Samb.* à manu prima. Ἀμορραίας ab altera. Ἀμωρραίας paſſim *Vat.*

d Ἀρχῆθεν.] Ἀρχῆς *Vat.*

e Ἀποκρινόμενος] Ἀποκρινάμενος *Big.* & *Samb.*

f Ἰδίας εἰπὼν γῆς,] Ἰδίας abeſt *Big. Samb.* & *Epiphan.*

g Ὑπὲρ τετρακόσια] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* in *Editis*, *Aliiſque* μὴ τρ.

h Μάχεσθαι] Μαχήσεσθαι legerat *Vet. Interpr.* quod & ipſe mallem.

i Ζῶν] Forte σῶν COCC.

k Συντύχοι] Ita *Big. Samb.* (Cocc.) & *Vat.* συντύχῃ *Busb.* & *Hen.* συντύχειν in *Editis*.

l Μανιάθης] Μαλιάθης *Big.* & *Samb.* Ἀμανίθης *Epiphan.*

m Λείας ἤλασε,] Λείαν *Big. Samb.* & *Epiphan.*

n Ἐν ἔτεσιν] Ἐτεσιν ὀκτωκαίδεκα *Samb.* ὀκτωκαίδεκα ἔτη ταύτην ὑπ. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Gall.* 1.

o Πάθους] Πένθους *Big.* & forte *Epiphan.*

p Καθιερῶσαι] Ita è *Cod. Vat.* in *Editis* deeſt καθυπέσχετο, ut & in *Big.* & *Samb.* qui habent καθιέρωσε. in *Busb.* & *Hen.* ἵνα καθιερώσειν ὑποσχεῖν.

q Κατὰ τὴν εὐχήν.] Κατ' εὐχὴν *Big.* & *Samb.*

r Κατὰ τοῦτον] Μετὰ τοῦτο *Vat.*

s Τῷ Θεῷ κεχαρισμένην] Articulus abeſt *Big. Samb.* & *Vat.*

t Δόξῃ τοῖς ἀκούσασι.] Δόξῃ *Samb.*

v Ἐφραίμου φυλῆς] Ita *Big.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque* Ἐφραίμ.

x Ἀμμανίτας] Sic cum *Vat. Hen.* & *Busb.* in *Editis*, *Aliiſque* Ἀμμανίτας. præterea τοῦ ἐπ' Αμ. ἐλασίας in *Cod. Vat.*

y Καὶ λείαν ἔχοι,] Καὶ τὴν λείαν *Big. Samb.* & *Vat.*

z Πα-

αὐτὲς οἱ συγγνεῖς πολεμήμενοι, καλέμενοί τε πὸς συμμαχίαν ὰ [z] παρεγμνο, δέον κὴ πὸ δήσεως ἐγνωκότας ἐπέχθηναι· ἔπειθ' ὡς ἄδικα πράξειεν ὅπιχειρῶσι, τοῖς πολεμίοις ὰ τολμήσαντες εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ἐπὶ δὲ τὲς [a] συγγνεῖς ὡρμηκότες· ἠπείλέ τι σὺν τῷ Θεῷ λήψεσθαι δίκλω παρ' αὐτῶν, ἂν μὴ σωφρονῶσιν. ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ συνέβαλεν αὐτοῖς ἐλθῶσι μὴ σρατιᾶς, ἢ μετάπεμπ@ ἐκ τῆς [b] Γαλαδλωῆς ἐληλύθη, φόνον τε πολὺν αὐτῶν εἰργάσατο, κὴ διώκων τραπέντας, πεφλαδῶν μέρ τινὶ πεφαπέσταλμένῳ ὑ Ιορδάνυ τὰς Δφαδάσδς, κλέινᾳ πεὶ διχλίας κὴ πετρακισμυρίας γεγονότας.

16. Αὐτὸς ἦ, ἄρξας ἓξ ἔτη, τελυτᾷ, κὴ θάπλετ@ ἐν τῇ [c] αὐτῆ πατρίδι [d] Σεβεῆ· ἡ [e] Γαλαδλωῆς δ' ἐστὶν αὕτη.

17. Τελυτήσαν@ ἦ [f] Ιεφθῆ, τὸν ἐρχὸν [g] Αψάνης ἀβδελαμβανέ, Φυλῆς ὢν Ισδα, [h] Βηθλεέμων ἦ πόλεως. τύτῳ ἦ παῖδες ἦσαν ἑξήκνθα, τελάκνθα μὲν ἄρρενες, αἱ λοιπὴ ἦ θυγατέρες, ὃς κὴ πάντας ζῶντας κατέλιπε, τὰς μὲν ἀνδράσιν ἐκδὺς, τοῖς ἦ γυναῖκας ἠμέν@. πράξας δ' ὐδὲν ἐν τῷ ἐπιδεπεῖ [i] χρομένῳ χρόνῳ λόγυ κὴ μνήμης ἄξιον, γηραιὸς ὢν ἀπέθανε· κὴ ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι τυγχάνέ.

18. [k] Αψάνης δ' ὕτως ἀποθανόν@, ὐδ' ὁ μετ' αὐτὸν ἀβδελαβὼν τὴν ἡγεμονίαν Ηλων, ἐπ' ἔτη δέκα καταχὼν αὐτὴν, Φυλῆς ὢν τῆς [l] Ζαβύλυ, ἐπραξέ τι ἀξιδς ἄξιον.

19. Αβδων ἦ [m] Ελλήλυ παῖς, Φυλῆς μὲν τῆς [n] Εφραϊμίτ@, πόλεως ἦ τῆς Φαραθωνιτῶν γεγονὼς, αὐτοκράτωρ ἡγεμὼν ἀποδειχθεὶς [o] μετ' Ηλωνα, μόνης ἀν τ' ὐπυδίας μνημονυθείη, [p] Δι' τ' εἰρήνης τ' ἄδειαν τ' πρασμάτων λαμπρὸν μηδ' αὐτὸς μηδὲν ἐργασάμεν@. υἱεῖς δ' ἦσαν αὐτῷ πσαράκνθα, [q] κὴ τύτων τὸν γενεὰν καταλιπόντες τελάκνθα, ἵλαυνε τε σὺν αὐτοῖς ἕξιν ἑβδομήκνθα, πᾶσιν ἱππάζειν ἀρίσοις γεγμνένοις· κὴ, πάντας ὑπὲρ γῆς ἀπολιπὼν, [r] θνήσκ γηραιὸς, κ ταφῆς ἐν [s] Φαραθῶνι λαμπρᾶς τυγχάνέ.

guinei bello premerentur, neque auxilium rogatos adveniſſe, cum oporteret eos ante *omnes* preces re cognita certatim feſtinaſſe: dein quod ad iniqua patranda aggrederentur, qui cum hoſtibus non auſi pugnam conſerere, *poſtea* vero in cognatos impetum fecerint: & *poſtremo* minabatur, ſe ab iis pœnas Deo volente, ni ſapere velint, expeturum eſſe. Cum vero nihil verbis proficeret, ſed cum illis *contra ſe* venientibus congreſſus eſſet, accito è Galadena exercitu, & magnam illorum ſtragem *in prælio* edidit, & in fugam verſos perſequens, præmiſſis quibuſdam qui vada Jordanis occuparent, quadraginta duo millia *illorum* occidit.

12. Is autem, cum ſex annos Iſraëlitis imperaſſet, moritur, atque ſepultus eſt in patria ſua Sebee. illa vero terræ Galadenæ urbs eſt. *Jephthes moritur, ſepelitur-que in urbe Galadena.*

13. At, Jephthe mortuo, principatum accipit Apſanes, è tribu Judæ & Bethleemis oppido. Huic liberi erant ſexaginta; triginta quidem mares, è reliquis vero totidem filiæ: quos omnes ſuperſtites reliquit; & has quidem viris collocaverat, illis vero puellas adſciverat. cumque nihil dictu & memoratu dignum in imperio ſeptenni geſſiſſet, ſenex *admodum* diem obiit; & in patria ſua ſepultus eſt. *Jud. c. 12. Ab exceſſu Jephthe Hebræos rexit Apſanes. Jud. c. 12.*

14. Apſane autem ita defuncto, neque, qui poſt hunc principatum aſſumpſit, Elon, è tribu Zabuli, ipſumque per decennium tenuit, magni aliquid momenti egit. *Poſt hunc decennio haud memorabili Elon. Jud. c. 12.*

15. Abdon vero, Helleli filius, è tribu quidem Ephraïmitide, ex urbe vero Pharathonitarum, cui poſt Elonem, ſummum delatum erat imperium, propter bonos duntaxat liberos memorari meruit: ut qui, in pace & *ſumma* rerum ſecuritate vitam agens, nihil præclari geſſerit. nam filios habuit XL. & ex his nepotes XXX. procreatos: & cum ipſis, qui LXX. erant & omnes egregii equites, illi equitare mos erat: atque cunctos ſuperſtites relinquens ſenecta ætate moritur, & in Pharathone magnifice ſepultus eſt. *Ei deniquè ſucceſſit Abdon.*

ΚΕΦ. η'.

Περὶ τ Σαμψῶν@ ἀνδρίας· κὴ ὅσων κακῶν αἴτι@ Παλαισίνοις ἐγένετο.

Μετὰ ἦ τύτον [t] Παλαιῆνοι πελυτήσαν@ κρατῦσι τ Ισραηλιτῶν, κὴ φόρυς παρ' αὐτῶν ἐλάμβανον ἐπ' ἔτη πσαρακνθα. τούτης δ' ἐλυθερύντ τ ἀνάγκης τύτῳ τῷ τρόπῳ.

2. [v] Μανώχης τις, Δαφιτῶν ἐν ὀλίγοις ἄρισ@ κὴ τ πατρίδ@ ὁμολογύμεν@ πρῶτ@, εἶχε γύναιον [x] ἐν ὐμορφίᾳ πρέπλεπον, κὴ τῶν καθ' αὐτὸ διαφέρον. παίδων δ' ὐ γινομένων αὐτῷ, δυσφορῶν ἐπὶ

CAP. VIII. X.

De Sampſonis fortitudine: narratur etiam, mala quanta Palæſtinis inferebat.

POſt hunc autem vita defunctum Palæſtini prælio ſuperant Iſraëlitas, & tributa ab eis exigebant per annos XL. Cæterum à *dura* hac neceſſitate in hunc modum liberati ſunt. *Dein per annos XL. exactionibus Palæſtinorum atteritur gens Hebræa. Jud. c. 13.*

2. Manoches quidam, Danitarum inter paucos optimus & patriæ ſine controverſia princeps, mulierculam *uxorem* habuit forma egregia ſuſpiciendam, & inter æquales ſuas præcellentem. At cum ex ea liberos non ſuſcepiſſet, ægreque ferens quod iis *Manochis uxori angelus apparet; filiumque ei promittit. Jud. 13.*

z Παρεγένατο,] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque* παρεγένοντο.

a Συγγενεῖς ὡρμηκότες·] Eo modo *Big. Samb.* & *Gall.* 1. in *reliquis* συγγενέας.

b Γαλαδηῆς] Ita *Samb.* & mox tam *Big.* quam *Samb.* Γαλααδιτῆς *Baſ.* & *G.* Γαλαδνῆς *Vat.* & *Big.* hic loci.

c Αὐτῆ πατρίδι.] Εα τῆ *Big* & *Samb.*

d Σεβεῆ] Sic *Big.* & *Samb.* Σεβεὲ *Baſ. G. Aliique.* Σεβεθῆ aut Σεβεθεῖ juxta *Epiphan.*

e Γαλαδηῆς] Eo modo *Big.* & *Samb.* Γαλαδιτῆς in *cæteris.*

f Ιεφθῆ,] Ita & ſuperius modo in initio §. 8. Ιάφθα in *Editis.*

g Αψάνης] In fonte Hebræo *Ebſan*, quod nunc legunt *Ibſan*, ut *Joſephus* olim *Abſan*, unde Αψάνης. Vide *Druſium* ad *Severum.* HUDS. Αφαιῆς *Baſ.* Αφρωῆς *Gen.* Αψάνυ *Coll. Big.* & *Voſſ. Coccejus* correxit Αψάνης, rectius nomen illud Editio exhibet Anglica. HAV.

h Βεθλεεμων] Βεθλεεμῶν ſoli *Big.* & *Samb.* Videſis *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 3. c. 13 p. 342. & *Berkelium* ad *Steph. Byzant.* p. 220.

i Γενομένῳ] Γενόμεν@ *Vat.* γεγονὼς *Samb.* & *Gall.* 1.

k Αψάνης] Ita *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* τύτυ δ' ὕτως ἀπ. *Vat.* Αφρωῆς *Baſ.* & *G.*

l Ζαβύλυ,] Sic in libris ſex *MSS.* in *Editis* Ζαβελῆς.

m Ελλήλυ] Ita cum *S. Literis*, non Ηλων@ cum *Joſephi* libris Gr. in *Vet. Interp.* habemus *Chilonis.*

n Εφραϊμίτ@·] Sic in *MSS.* in *Editis* Εφραμίτ@.

o Μετ' Ηλωνα,] Ita rurſus *MSS.* μ Ηλω. *Baſ.* & *G.*

p Διὰ τὸν εἰρήνην] Μηδὲν ἔργον Δι' τ. & dein μηδ' αὐτὸς εἰργασαμένῳ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. ut & *Vat.* niſi quod ἐργασάμεν@ habeat.

q Καὶ τύτων] Καὶ τούτων γενεὰς καταλιπόντων in ſex *MSS.* & aliis ex eorum ſemine deſcendentes triginta, *Vet. Interpr.*

r Θνήσκ γηραιὸς,] Ita cum *MSS.* in *Editis* Θνήσκ δ' γηραιός.

s Φαραθῶνι] Sic cum *Epiphanio* & *S. Literis.* in *cæteris* Φαράθῳ. aut Φαραθῶ.

t Παλαιῆνοι] Παλαιστινοὶ paſſim *Vat* Παλαισηνοὶ in reliquis *MSS.*

v Μανώχης] Typo *Hebraïco* Μανὼχ, *Maſoretarum* ritu *Manoah*, ſive Μανωὲ cum LXXII.

x Ἐν ὐμορφίᾳ] Ἐπ' ὐμορφίᾳ *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Gall.* 1,

iis careret, Deo supplicabat, sæpiuscule cum uxore in suburbium egrediens (hoc autem erat campus magnus) ut illis liberos qui succederent legitimos daret. Quin & in uxorem præ amore perdite deperibat, adeoque zelotypia vehementi *erat* afflatus. Mulieri autem, cum sola esset relicta, spectrum apparuit, Angelus Dei, quasi juvenis specie eminenti & pulchra, eique lætum nuncium afferens, se ex Dei providentia filium parituram esse, pulchrum & insignem robore; à quo ad virilem ætatem adolescente affligerentur Palæstini: præmonuitque ne capilli pucro recidantur; utque ab omni quidem alio potu, Deo ita præcipiente, abstineat, aquam vero solam bibere *à teneris* assuescat. Et is quidem, cum hæc dixisset, discedebat, ut qui voluntate Dei venerat.

Zelotypiam mariti reditu suo corrigit angelus, & evanescit. Jud. 13.

3. Illa vero marito reverso nunciat quæ ab Angelo acceperat, simul etiam prædicans juvenis pulchritudinem & proceritatem: adeo ut ille hisce laudibus ex zelotypia obstupesceret, & suspicionem *de ea* haberet ex hujusmodi affectione ortam. At ipsa, volens absurdo mœrore virum levare, Deum supplex orabat, ut rursum *ad se* angelum mittere dignaretur, quò *ille* à conjuge etiam suo conspiceretur. atque iterum ex gratia Dei advenit angelus, cum in suburbano versarentur; & mulieri apparuit, à marito relictæ. Illa vero, precata ut paulisper maneret dum virum adducat, permittente illo, Manochen accersit. Is autem, cum *angelum* vidisset, ne tum quidem suspicari desiit: rogavitque ut sibi etiam & illa declararet, quæ uxori indicaverat. Cum vero ille respondisset, sufficere ut ipsi soli innotescerent; jubebat quisnam esset dicere, ut nato filio gratias ei referre & aliquid muneris dare possent. Ille autem cum dixisset, se nihil horum egere, neque enim ob hanc causam læta hæc de filio nunciasse, hic vero obsecraret ut maneret & lautia acciperet, non annuit: at *tandem* victus precibus, dum etiam atque etiam rogaretur ut moram faceret donec munus aliquod hospitale ei afferretur, cum Manoches hœdum mactasset, mandassetque uxori ut eum coquendum curaret, paratis omnibus, jussit *angelus* ut super petram panes & carnes apponerentur absque vasculis. quo facto, virga quam gestabat carnes tetigit: illæ vero, igne protinus emicante, una cum panibus ardebant; atque angelus, fumo usus loco vehiculi, in conspectu illorum in cœlum ascendebat. Manochen autem, cum haud mediocriter extimesceret ne quid periculi immineret ex viso numine, uxor bono esse animo jubet: nam è re fore illorum, quod Deum *oculis suis* aspexerint.

Filium demum procreat parens, oraculi observantissima, Samsonis nomine dignum. Jud. c. 13.

4. Atque illa & gravida facta est, & quæcunque *ei* præcepta erant observabat; natumque infantem Samsonem nominant. fortem vero significat nomen *ipsud*. Puer autem valde crescebat: ac manifestum erat quod propheta evaderet, cum ex parsimonia ejus in victu, tum quod promissos aluerit capillos.

Samson leoni occurrens feram manibus suffocat. Jud. c. 14.

5. At *forte* cum parentibus Thamnam, urbem Palæstinorum, profectus, dum magna esset celebritas, virginis *cujusdam* indigenæ amore corripitur: rogatque parentes, ut puellam sibi conci-

---

y Τὸ παιδίον.] Τοῦτο τὸ παιδίον *Big. Samb* & *Vat.*

z Μανιώδης] Μανιάχης *Samb.* & *Gall.* 1. Μανώχης *Big.* & *Coll. Voss.*

a Παραπλήσιον] Παραπλήσιον μεγάλῳ διαγελιζόμενον αὐτῇ *Big. Samb.* & *Vat.*

b Κατὰ βούλησιν] Illa, κ᾽ βούλησιν ἐλθὼν Ꝺ Θεῦ, non agnoscit *Epiphan.*

c Παρὰ Ꝺ ἀγγέλε] Περὶ τὸ ἀγ. *Big.*

d Τὸ καινόσκυ] Illud τὸ abest *Big.* & *Samb.*

e Πάλιν πέμψαι] Πάλιν deest *Vat.*

f Ὀρθείη.] Ita *Big. Samb.* & *Busb.* ὀφθείη in *Editis*, *Aliisque.*

g Ὅταν ἐν τῷ σπασείῳ.] Aut ὄντων αὐτῶν legendum, aut αὐτῶν subintelligendum.

h Συγχωρήσαντ@] Sic *Big.* (*Coll. Voss. Cocc.*) *Samb. Vat. Gall.* 1. & *Epiphan.* συγχωρήσας in *Editis.*

τῇ ἀπαιδίᾳ, τ᾽ Θεὸν ἱκέτευεν, ὅπῃ τὸ σπαράγμον σωεχῶς φοιτῶν μ᾽ τῆς γυναικὸς, δύναι ἀμαθοχλῶ αὐτῆς γνησίαν· μέγα δὲ ἐστι y τοῦτο πεδίον. ὧ ᾗ καὶ z μανιώδης ὑπ᾽ ἔρωτ@ ἐπὶ τῇ γυναικὶ, καὶ ἀμὰ τοῦτο ζηλότυπ@ ἀκρατῶς. μονωθείσῃ ᾗ τῇ γυναικὶ φάντασμα ἐπιφαίνεται, ἀγγέλ@ Ꝺ Θεῦ, νεανίᾳ καλῷ a σπαταλήσι@ καὶ μεγάλῳ, καὶ διαγελιζόμεν@ αὐτῇ παῖδος γονὴν μ᾽ Θεὸν σπέρμαν, καλὸν τε καὶ ῥώμῃ ἐπιφανῆς, ὑφ᾽ ᾧ πονήσειν Παλαιστινὰς ἀνθρωμένῳ· παρήγγελ τε τὰς κόμας αὐτοῦ μὴ ἀποκείρειν, ἕως ἂν αὐτῷ πρὸς ἄλλο μὲν πᾶν ποτὸν ἀποστροφὴ, τὸ Θεῦ τοῦτο σπουδαστέον@, σπὸς ὕδωρ ᾗ μόνον οἰκειότης. καὶ ὁ μὲν ταῦτ᾽ εἰπὼν ᾤχετο, b μ᾽ βούλησιν ἐλθὼν Ꝺ Θεῦ.

γ᾽. Η ᾗ πανδρὶ σπαγγελλομένῳ τὰ c σπαῤῥὰ Ꝺ ἀγγέλε ἐκδιηγήσατο, ἐκπλαγείσῃ τὸ d τε νεανίσκε τὸ κάλλ@ καὶ τὸ μέγεθ@· ὡς ἐκεῖνον ἐκ τ᾽ ἐπαίνων εἰς ἔκπληξιν μ᾽ ζηλοτυπίαν σπενεχθῆναι, καὶ ὑπόνοιαν τιὰ ἐκ τοιούτε πάθους κινηθέντα. ἡ ᾗ, βουλομένη τιὰ ἄλογον πανδρὸς λύπην σκεδάσαι, τ᾽ Θεὸν ἱκέτευε e πάλιν πέμψαι τ᾽ ἄγγελον, ὡς ἂν καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς f ὀφθείη. καὶ σπαγίνεται πάλιν μ᾽ χάριν τε Θεοῦ ὁ ἄγγελ@, g ὄντων ἐν τῷ σπασείῳ· καὶ τῇ γυναικὶ φαίνεται, τοῦ ἀνδρὸς μεμονωμένη. ἡ δ᾽ ἀπιμεῖναι δεηθεῖσα ὡς ἂν ἀφίκοιτο τ᾽ ἄνδρα, h συγχωρήσαν@ μέτειστ τ᾽ i Μανώχε. ὁ ᾗ, θεασάμεν@, ἀδ᾽ ἕτως k ἐπαύετο τῆς ὑπονοίας· ἠξίωσέ τε καὶ αὐτῷ δηλῆσαι, l ὅσα μ᾽ τῇ γυναικὶ μεμύσθαι. ἀρκέσθη ᾗ φάσκον@ m ταύτῃ μόνῃ εἰδέναι· τὶς εἴη λέγειν σκέλλεν, ἵνα τὸ παιδὸς γενόμενα χάριν αὐτῷ καὶ δωρεὰν σπενέγκωσιν. τὸ ᾗ μηδέ τινων αὐτῷ δεῖσθαι φήσαν@, ἀδὲ γὰ μ᾽ χρείαν ταῦτα διαγελίσασθαι σπὸ τῆς τὸ παιδὸς γονῆς, τὸ ᾗ μεῖναι σπαγκαλοῦντ@ καὶ ξενίων μεταχεῖν, σὺν ἐπενδυσε· πεῖσθεὶς δ᾽ ὅμως λιπαρῆντ@ ἀπιμεῖναι ὡς ἂν ξένιον n αὐτῷ τι κομίσῃ, καὶ ῥύσαν@ ἔριφον τὸ Μανώχε, καὶ τῦτον ὀπτᾶν τῇ γυναικὶ κελεύσαν@, ἐπὶ πάντ᾽ ἦν ὑπερεπῆ, ° σπροστάξεν ἐπὶ τῆς πέτρας ὑποθέσθαι τὰς τε ἄρτυς μ᾽ τὰ κρέα χωρὶς τ᾽ ἀγγείων. καὶ πιησάντων, ἄπιεσαν τῇ ῥάβδῳ ᾗ εἶχε τ᾽ κρεῶν· τὰ ᾗ, λάμψαντ@ πυρὸς, ἅμα τοῖς ἄρτοις ἐκαίετο, μ᾽ ὁ ἄγγελ@ ἀμὰ τοῦ καπνοῦ ὥσπερ ἀχήμα@ ἀνιὼν εἰς οὐρανὸν αὐτοῖς φανερὸς ἦν. Μανώχην δὲ, φοβούμενον μή τι σφαλερὸν αὐτοῖς ἐκ τῆς ὄψεως τοῦ Θεοῦ p γένοιτο, θαῤῥεῖν ἡ γυνὴ παρεκελεύετο· ἐπὶ γὰ συμφέρονθαι τῷ αὐτῶν τ᾽ Θεὸν αὐτοῖς q ὀφθῆναι.

πάντες ἀρετὴν διώξειν, καὶ [z] δηλοῦντα δόξαν, καὶ μνήμην [a] αἰωνίαν ἀθροιζόμενον, ποιήσεται· πολλὴν καὶ βασιλεῦσιν ἐθνῶν καὶ ἄρχουσι [b] πόλεων ἐπιθυμίαν καὶ σπουδὴν τῶν καλῶν ἐνθήσουσα, καὶ πρός τε τὸς κινδύνους [c] καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδων θανάτου προτρεψομένου, καὶ πάντων καταφρονεῖν διδάξουσα τῶν δεινῶν. ἔχω δ' αἰτίαν ἐς λόγυ τύτυ Σαοὺλον τὸν τῶν Ἑβραίων βασιλέα. ἴστω γὰρ, καὶ πρὸ εἰδὼς τὰ συμβησόμενα, καὶ τὸν ἐπικείμενον θάνατον, ἐς προφήτου προειρηκότος, οὐκ ἔγνω φυγεῖν αὐτὸν, οὐδὲ φιλοψυχήσας προδοῦναι μὲν τὰς οἰκείας τοῖς πολεμίοις, καθυβρίσαι δὲ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα· ἀλλὰ προθὺς αὐτὸν παυοικὶ μετὰ τῶν τέκνων τοῖς κινδυνίοις, καλὸν ἡγήσατο εἶναι, πεσεῖν μετὰ τύτων, ὑπὲρ τῶν βασιλευομένων μαχόμενος, καὶ τὰς παῖδας ἀποθανεῖν μᾶλλον ἀγαθὰς ὄντας, ἢ καταλιπεῖν ἐπ' ἀδήλῳ, [d] τὸ σφᾶσι γνήσιον τὸν τρόπον. Δοκῶ γὰρ καὶ γνώμης τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἀρετὴν μνήμην ἕξειν. ἴστω οὖν δίκαιος ἀνδρεῖος, καὶ σώφρων ἐμοί γε δοκεῖ μόνος, καὶ εἴ τις γένοιτο τοιοῦτος ἢ γένοιτο, τὴν μαρτυρίαν ἐπ' ἀρετῇ καρπώσεται πάντων [e] ἄξιος. τὰς γὰρ μετ' ἐλπίδων ὑπὲρ πολέμου ἐξελθόντας [f] καὶ σώας ὑπερέψονται, ἐπεὶ δ' ἄν τι διαφεύγωσιν λαμπρὸν, ἃ μοι δοκῶσι καλῶς ποιεῖν ἀνδρείας ἀποκαλοῦντες, ὅσοι περὶ τοιούτων ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ἄλλοις συγγράμμασιν εἰρήκασιν. ἀλλὰ δίκαιοι μέν εἰσι κἀκεῖνοι τυγχάνειν δόξης· εὔψυχοι γὰρ, καὶ μεγαλότολμοι, καὶ τῶν δεινῶν καταφρονητὴ μόνοι δικαίως ἂν λέγοιντο πάντες οἱ Σαοὺλον μιμησάμενοι. τὸ μὲν γὰρ σὺν εἰδότες [g] τί μέλλοι συμβήσεσθαι καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς, μὴ μαλακιοθῶσι περὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἀδήλῳ τῷ μέλλοντι προθύμους αὐτὸς ἐπ' αὐτὸ παρεύειν, [h] ἐσθ' ὅτως γνώμης, κἂν ἔργα πολλὰ διαπεραζάμενοι τύχωσι· τὸ γὰρ μηδὲν ἐν τῇ διανοίᾳ χρηστὸν προσδοκῶντας, ἀλλὰ προειδότας ὡς δεῖ θανεῖν, καὶ τὸν παθεῖν μαχομένους, [i] εἶτα μηδὲ φοβηθῆναι, μηδὲ καταπλαγῆναι τὸ δεινὸν, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸ χωρῆσαι προγνωσκόμενον, τὸτ' ἀνδρεία ἀληθῶς τεκμήριον [k] ἐγὼ κρίνω. Σαοὺλος τοίνυν τὸν ἐποίησεν, ἐπιδείξας ὅτι πάντας μὲν προσῆκε τὸν μὴ τὸν θάνατον δυσημερίας γλιχομένους πάντα ποιεῖν, ἐξ ὧν ἂν αὐτοῖς περιττὸν καταλίπωσιν· μάλιστα δὲ τὸς βασιλέας, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοῖς διὰ τὸ μεγέθος τῆς ἀρχῆς [l] ἡδέως μόνον ἀ κακῶς εἶναι πρὸς τὸς ἀρχομένους, ἀλλ' οὐδὲ μετρίως χρηστῶς. ἔτι τούτων πρὸς Σαοὺλ καὶ [m] τῆς δυψυχίας λέγειν ἐδυνάμην, ὕλην ἡμῖν χορηγοῦσης τῆς ὑποθέσεως. ἀλλ' ἵνα μὴ [n] φανῶ ἀπροκάλως αὐτὸ χρώμενος τοῖς ἐπαίνοις, ἐπάνειμι πάλιν [o] ἀφ' ὧν εἰς τοῦτο ἐξέβαλον.

ε'. Καταστρατοπεδευκότων γὰρ τῶν Παλαιστίνων, ὡς πρόσθεν, καὶ κατὰ ἔθνη καὶ βασιλείας καὶ [p] σατραπείας ἐναριθμουμένων τὴν δύναμιν, πλησιάζει βασιλεὺς παραλήψεσθαι [q] Ἄγχης μετὰ τῆς ἰδίας στρατιᾶς· μετ' αὐτὸν δὲ ὁ Δαυΐδης, μετὰ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν εἵπετο. θαυμάσαντες δ' αὐτὸν οἱ στρατηγοὶ τῶν Παλαιστίνων· πόθεν εἵποντο ἥκοντες οἱ Ἑβραῖοι, καὶ τίνων καλεσάντων, ἠρώτων τὸν βασιλέα. ὁ δὲ Δαυΐδην ἔλεγεν εἶναι, τὸν φυγόντα Σαοὺλον τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα δέξασθαι· καὶ ταῦτ', τῆς χάριτος ἀμοιβὴν ἀπο-

---

z Δηλοῦντα δόξαν,] Ζηλοῦντα *Vat.*
a Αἰωνίαν ἀθροιζόμενον] Αἰώνιον *Samb. Big.* & *Vat.*
b Πόλεων ἐπιθυμίαν] Λαῶν juxta *Epiphan.*
c Καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδων] Illa καὶ τῆς desunt *Epiphanio.*
d Τὸ σφᾶσι] Illud τὸ non agnoscit *Vat.* HUDS. Forte ποτ' αὐτοῖς. COCC.
e Ἀξίως.] Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* ἀξιῶ in *Editis*, *Aliisque.*
f Καὶ σώας ἐπισῳζόντας,] Καὶ ἴσως ὑποσῳζόντας *Vat.*
g Τί μέλλοι συμβήσεσθαι] Τί μέλλῃ *Big.* & *Samb.*
h Οὐδ' ὅτως γνώμης,] Οὐχ ὅτως *Big.* (*Colbertinus*) *Samb.* & *Vat.*
i Εἶτα μηδὲ φοβηθῆναι, μηδὲ] Εἶτα ἢ μὴ in *Iisdem.*
k Ἐγὼ κρίνω.] Ἐγωγε in quatuor *MSS.*
l Οὐ μόνον ἡδέως κακοῖς εἶναι] Οὐ μόνον κακοῖς *Vat.*
m Τῆς δυψυχίας] Τῆς δυψυχίας αὐτοῦ λέγειν ἐδυνάμην *Vat.*
n Φανῶ ἀπροκάλως αὐτὸ χρώμενος] Φανῶμαι *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* & mox χρώμενοι in iisdem. φανῶμαι ἀπροκάλως αὐτῷ χρῆσθαι τοῖς ἐπαίνοις *Vat.*
o Ἀφ' ὧν] Ἀφ' ὧνπερ τοῦτ' ἐξέπεμψα *Vat.*
p Σατραπείας] Σατραπείας *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Gall.*
q Ἄγχης] Ἀγχίζης *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Epiphan.* ὁ Ἀγχοῦς *Vat.* dein, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ Δαβίδης *Vat.* οὐ μὴν τοῦτον δ' ὁ Δαυΐδης *Big.* & *Samb.*

r Κατ-

ἐκπίπτειν βυλόμενον καὶ πυρπολήσοντα τὴν Σάυλον, συμμαχεῖν αὐτοῖς. ἐμέμφθη ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἄνδρα παρειληφὼς ὅτι συμμαχίας πολέμιον· καὶ ἀποπέμπειν σωενέβαλλον, μὴ καὶ λάθῃ μέγα δι' αὐτὸν κακὸν τὰς φίλας ἐργασάμενος. [r] καιρὸν γὰρ αὐτῷ παρέξειν ἐς καταλλαγὴν πρὸς τὸν δεσπότην, [s] κακώσοντα τὴν ἡμετέραν δύναμιν. [c] ὁ δὴ καὶ προορώμενος, εἰς τὸν τόπον, ὃν ἔδωκεν αὐτῷ κατοικεῖν, σκέλδυον ἀποπεμπῆν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις ὁπλίταις. τοῦτον γὰρ εἶναι Δαυίδην ὃν ἄδυσιν αἱ παρθένοι, πολλὰς μυριάδας Παλαιστίνων ἀποκτείναντα. ταῦτ' ἀκούσας ὁ τῶν Γιτθῶν βασιλεὺς, καὶ καλῶς εἰρῆσθαι λογισάμενος, καλέσας τὸν Δαυίδην, "ἐγὼ "μὲν, [v] εἶπε, μαρτυρῶ σοι πολλὴν [x] προθυμίαν καὶ "εὐνοιαν, [y] καὶ διὰ τοῦτο σὲ σύμμαχον ἐπηγόμην. οὐ "δοκεῖ δὲ [z] ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς. ἀλλ' ἄπιθι μεθ' ἡμέ"ραν εἰς ὃν ἔδωκά σοι τόπον, μηδὲν ὑπονοῶν ἄτοπον, "καὶ κεῖ φύλαττέ μοι τὴν χώραν, μή τινες εἰς αὐτὴν "τῶν πολεμίων [a] εἰσβάλλωσιν. ἔσει γὰρ σοὶ τοῦτο συμμαχίας "μέρος". καὶ Δαυίδης μὲν, ὡς σκέλδυσεν ὁ τῶν Γιτθῶν βασιλεὺς, ἦκεν εἰς [b] Σίκελλαν. καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἐξ αὐτῆς συμμαχήσων τοῖς Παλαιστίνοις ἀπῆλθε, τὸ τῶν Ἀμαληκιτῶν ἔθνος ἐπελθὸν [c] αἱρεῖ τὴν Σίκελλαν καὶ κρατεῖ, καὶ ἐμπρήσαντες, καὶ πολλὴν λείαν ἄλλην ἐκ τε αὐτῆς ἐκείνης καὶ τῆς ἄλλης τῶν Παλαιστίνων χώρας λαβόντες ἀνεχώρησαν.

ς'. Ἐκπεπορθημένην τὴν Σίκελλαν καταλαβὼν ὁ Δαυίδης, καὶ διηρπασμένα πάντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ἑαυτοῦ, δύο γὰρ ἦσαν, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν ἑταίρων [d] σὺν τοῖς τέκνοις ἠχμαλωτισμένας, [e] περιῤῥήγνυται θύρας τὴν εἰσόδους. κλαίων καὶ ὀδυρόμενος μετὰ τῶν φίλων, ὅτι τοσοῦτον [f] παρεῖδε τοῖς κακοῖς, ὥστε αὐτὸν [g] ὑπολειπῆ ἤδη καὶ τὰ δάκρυα. [h] σκινδυώδυσε δὲ βληθεὶς ὑπὸ τῶν ἑταίρων, ἀλγούντων ὅτι τὰς αἰχμαλωσίας τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων, ἀποθανεῖν. [i] αὐτὸν γὰρ τῶν γεγονότων ἡπίωρο. ἀναλαβὼν δὲ ἐκ τῆς λύπης, καὶ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπέμψας, παρεκάλεσε τὸν ἀρχιερέα [k] Ἀβιάθαρον ἐνδύσασθαι τὴν [l] ἱερατικὴν στολὴν, καὶ ἐπερωτῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ προφητεύσαι εἰ [m] διώξαντι τοὺς Ἀμαληκίτας δώσει καταλαβεῖν, καὶ σῶσαι μὲν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, τιμωρήσασθαι δὲ τοὺς ἐχθρούς. ὃς δὲ ἀρχιερεὺς διώκειν κελεύσαντα, ἐκπηδήσας μετὰ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν εἵπετο τοῖς πολεμίοις. προελθόντες δὲ ἐπί τινα χείμαρρον, [n] Βάσελον λεγόμενον, καὶ παλαιωμένῳ τινὶ [o] προσπεσόντες, [p] Αἰγυπτίῳ μὲν τὸ γένος, ὑπ' ἀνδρείας δὲ λιμοῦ παρειμένῳ, τρισὶ γὰρ ἡμέραις καὶ τρισὶ νυξὶ πλανώμενος ἄσιτος διεκαρτέρησε, [q] πρῶτον αὐτὸν ποτῷ καὶ τροφῇ προσφάγησάμενος καὶ ἀναλαβών, ἐπύθετο τίνος τε εἴη καὶ πόθεν. ὁ δὲ γένος μὲν ἐσημήνατο, Αἰγύπτιος ὢν· καταλελεῖφθαι δὲ ὑπὸ δεσπότου [r] κατ' ἀῤῥωστίαν ἔπεσθαι μὴ δυνάμενον. ἐδήλου δὲ [s] αὐτὸν τῶν καταπεσόντων καὶ διηρπακότων

petias afferre. A ducibus autem reprehenſus eſt, quod hoſtili animo virum ad auxilium acciverat; ſuadebantque ut eum dimitteret, neve imprudenter per eum amicos magno afficiat damno. ſe enim illi opportunitatem daturum eſſe redeundi in gratiam cum domino ſuo, vires noſtras affligendo. Quod cum & ipſi prævidiſſent, juſſerunt eum cum militibus ſuis ſexcentis remittere in locum, quem ipſi ad habitandum dederat. hunc enim eſſe illum Davidem à virginibus decantatum, ob multas Paleſtinorum myriadas occiſas. Hæc ubi audierat Gittenſium rex, illoſque recte monuiſſe reputaverat, accito ad ſe Davide, dicebat, "ego quidem "ſtudium tuum & benevolentiam comprobo, pro"pterea que te *expeditionis* hujus ſocium adduce"bam. Verum *cæteri* duces non ita de te exiſti"mant. Quare ſtatim ab hac die in locum, quem "tibi donavi, diſcede, nihil mali ſuſpicans; & il"lic eſto meæ regioni in præſidium, ne qui ho"ſtes in eam impetum faciant. nam & ſic in ſo"cietatis partem venis". Et quidem Davides, Gittenſium regis juſſis obſequens, ſe in Sicellam recipiebat. Sub idem vero tempus quo ex ea egreſſus eſt, Palæſtinis auxilium laturus, Amalecitarum gens, incurſione facta, vi Sicellam expugnant: & cum illam incendiſſent, aliamque multiplicem prædam tam ex illa ipſa quam ex reliqua Palæſtinorum regione cepiſſent, *protinus* abierunt.

6. Davides autem cum Sicellam vaſtatam deprehendiſſet, atque omnia *illic* direpta, uxoreſque etiam ſuas (nam duæ erant) cum ſuorum uxoribus pariter ac liberis in captivitatem abductas, ſtatim veſtimenta ſua lacerat. Luctum vero tollens & lamentationem cum amicis in tantum malis indulſit, ut etiam lachrymæ eum deficerent. Quin & diſcrimen adiit, ne à comitibus, captivitatem uxorum & liberorum dolentibus, lapidatus interiret. quæ enim acciderant ei vitio vertebant. Ubi autem ſe à mœrore recollegerat, mentemque ad Deum ſuſtulerat, rogavit pontificem Abiatharum, ut veſtem ſacerdotalem indueret, Deumque interrogaret, & ex oraculo referret, an inſequuto Amalecitas daret eos adſequi, uxoreſque & liberos ſalvos quidem recipere, ab hoſtibus vero pœnas repetere. Pontifice autem jubente ut *eos* perſequeretur, exſiliens *continuo* cum ſexcentis ſuis militibus ſequutus eſt hoſtes. Cumque ad torrentem quendam nomine Baſelum perveniſſet, & in hominem errantem incidiſſet, genere quidem Ægyptium, inopia & fame langueſcentem, (nam per tres dies totidemque noctes in ſolitudine errans ſine cibo permanſerat) poſtquam ei cibum & potum admoverat vireſque ejus refecerat, quæſivit ex eo cujas & undenam eſſet. Atque ille ſe genere quidem Ægyptium eſſe indicabat: à domino vero relictum, quod propter invaletudinem *æquis paſſibus* ſequi non potuerit. quin & fatebatur ſe ex iis

Davides Dei monitu Amalecitas perſequitur, qui Sicellam devaſtârant. 1 Reg. 30.

r Καιρὸν γὰρ αὐτῷ] Καὶ γὰρ τῷ αὐτῷ παρέξειν ἐς καταλλαγὴν πρὸς τὸν δεσπότην τ. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

s Κακώσοντα τὴν] Ita cum *Samb.* & *Vat.* in *cæteris* κακώσαντα.

t Ὁ δὴ καὶ προορώμενος,] Ita ſane legendum, vel ὁ δὴ καὶ προορώμενος. Verum in libris omnibus tam impreſſis quam manu exaratis ὁ δὴ προσιόμενος.

v Εἶπε, μαρτυρῶ σοι] Εἶπε inſeruimus ex *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

x Περὶ ἐμὲ προθυμίαν] Πρὸς ἐμὲ *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) *Gall.* & *Vat.*

y Καὶ διὰ τοῦτο] Ita cum *MSS.* in *Editis* καὶ διὰ τοῦτο σύμμαχον ἐπαγόμην.

z Ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς.] Τοῦτο *Vat.*

a Εἰσβάλωσιν] Ἐμβάλωσιν *Samb.* & *Vat.* εἰσβάλωσιν *Big.*

b Σίκελλαν.] Conf. cap. 13. §. 9. ſup. SPANH.

c Αἱρεῖ τὴν Σίκελλαν] Sic *MSS.* (& *Coccejus*) male in *Editis* αἵρει.

d Σὺν τοῖς τέκνοις] Σὺν τέκνοις *Vat.* & mox κλαίων τε καί.

e Περιῤῥήγνυται θύρας τὴν εἴσοδον.] Sic infr. lib. VII. c. 1. §. 1. SPANH.

f Παρεῖδε τοῖς κακοῖς,] Ita cum *Samb.* ut canon poſtulabat. παρεῖδε *Baſ. Vat. Aliique.* παρεῖδε *Gen.* HUDS. Lege παρεῖδη vel παρεῖδε. COCC. Vel παρεῖδε, ut bene Ed. Baſil. SPANH.

g Ὑπολειπῆ ἤδη] Ἐκλειπεῖν *Big. Samb.* & *Vat.* HUDS. Lege ἐκλείπειν. COCC.

h Ἐκινδυώδυσε δὲ] Κινδυνεύσαι τε *Vat.*

i Αὐτὸν γὰρ] Ita *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Epiphan.* αὐτῶν in *Editis*, *Aliiſque.*

k Ἀβιάθαρον ἐνδύσασθαι] Sic *Vat. Hen.* & *Busb.* Ἀβιαθάρῳ in *Editis*, *Aliiſque.*

l Ἱερατικὴν στολὴν,] Ἀρχιερατικὴν στολὴν in quatuor *MSS.*

m Διώξαντι τοὺς Ἀμαληκίτας] Διώξαντα *Vat.*

n Βάσελον] Ita *Baſ. G.* & *Samb.* Βάθλον *Big.* Βόσορον juxta *Epiphanium.* Manus equidem *Flaviana*, ut ſuſpicor, dederat Βάσορον pro *Beſor* aut *Boſor* fundi Hebraici. Βάσελον, ἤτοι Βοτὸς καὶ Βόσηρος λεγόμενον *Vat.*

o Προσπεσόντες,] Περιτυχὼν *Busb.* & *Hen.*

p Αἰγυπτίῳ μὲν] Αἰγυπτίῳ μὲ, τὸ γένος Αἰθίοπι, ὑπὸ λ. legiſſe videtur *Epiphan.*

q Πρῶτον αὐτὸν] Πρῶτον αὐτῷ ποτὸν καὶ τροφὴν προσενεγκάμενος *Vat.*

r Κατ' ἀῤῥωστίαν] Δι' ἀῤῥωστίαν *Big. Vat. Epiphan.* & *Samb.* à manu ſecunda.

s Αὐτὸν τῶν καταπεσόντων] Αὐτῷ *Samb.* & *Vat.* αὐτῶν *Big.*

iis esse qui incenderant & diripuerant cum *loca* alia Judææ tum Sicellam. Davides itaque eo duce usus ad Amalecitas *persequendos*, nactusque eos humi temere jacentes, & alios quidem prandentes, alios vero jam ebrios & vino solutos, & spoliis prædaque sese oblectantes, ex improviso *eos* adortus magnam eorum stragem edidit. nam cum nudi essent & inermes, & nihil tale suspicarentur, sed id solum agerent universi ut compotarent & epularentur, facile erat eos conficere. Et alii quidem illorum, dum mensis accumberent, deprehensi apud illas jugulati sunt, & sanguis frumentum eorum victumque secum * abripuit: alios vero propinationibus sese excipientes occidit, rursusque alios ex crapula in somnum delapsos. At quotquot jam armaturam induerant ut ejus impetum sustinerent, non minori negotio quam qui nudi jacerent ferro peremit. Et qui cum Davide erant etiam ii † ab hora prima usque ad vesperam cædem facere perseverarunt, ut non plures ex Amalecitis prælio superfuerint quam quadringenti: illique etiam ‡ dromadibus insidentes effugerunt. Atque ita cum alia omnia, quæ hostes diripuerant, recipit Davides, tum suas pariter ac suorum uxores. Cum autem reversi venissent ad locum, ubi ducentos, qui se sequi non potuerunt, ad impedimenta reliquerant; illi quidem quadringenti alia emolumenta & prædam cum iis partiri recusabant, qui se non comitati fuerant, sed præ ignavia hostem persequi destiterunt; ajebantque contentos esse debere receptis uxoribus & liberis. Davides autem hanc eorum sententiam improbam esse & iniquam pronunciavit. par enim esse, Deo illis concedente, hostes quidem ulcisci, sua vero omnia recuperare, ut universis militibus ex æquo dividantur emolumenta: præsertim cum *illi* ad impedimentorum custodiam remanserint. Atque ex illo ista apud eos lex obtinuit, ut æquas cum iis, qui in certamen descendunt, partes auferant ii, qui impedimenta custodiunt. Cum autem Sicellam perveniisset Davides, misit de præda omnibus ex tribu Judæ familiaribus suis & amicis. Atque ita quidem facta sunt quæ ad Sicellensium direptionem & Amalecitarum cædem spectant.

Davides. fusis Amalecitis, prædam recipit, suisque ex æquo dividit. 1 Reg. c. 30.

Hebræi, prælio cum Palæstinis conserto, vincuntur; & Sauli filii acie cadunt. 1 Reg. c. 31.

7. Cum autem Palæstini *Hebræis* congrederentur, & acriter *utrinque* pugnaretur, superiores quidem fiunt Palæstini, plurimosque ex adversa acie sternunt: Saulus autem Israëlitarum rex ejusque filii egregie pugnantes, summaque cum alacritate, quasi in eo solum, ut pulchre morerentur & intrepide cum hostibus dimicarent, sita esset omnis eorum gloria (nihil enim pluris faciebant) totam hostium phalangem in se convertunt; atque *multitudine* circundati occumbunt, magna Palæstinorum strage edita. Erant autem Sauli filii Jonathas & Aminadabus & Melchisus. Isti cum cecidissent, populus Hebræorum in fugam vertitur; atque magna facta est perturbatio

ἄλλά τε τῆς Ιουδαίας καὶ τὴν Σίκελλαν εἶναι. χρησάμενος οὖν ὁ Δαυίδης τούτῳ ὅτι τοὺς Αμαληκίτας ὁδηγῶ, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς [t] ὅτι γλεῦ ἐρρυμένους, καὶ τοὺς μὲν ἀρίστους, τοὺς δὲ καὶ μεθυοντας ἤδη καὶ λελυμένους ὑπὸ τοῦ οἴνου, καὶ τῶν λαφύρων καὶ τῆς λείας [v] ἀπολαύοντας, ἀπίπεσὼν αἰφνιδίως, πολὺ αὐτῶν φόνον εἰργάσατο. γυμνοὶ γὰρ ὄντες, καὶ μηδὲν προσδοκῶντες τοιοῦτον, ἀλλὰ πρὸς τὸ [x] πιεῖν καὶ διωχεῖσθαι πεπαμμένοι, πάντες ἦσαν δυκατέργαστοι. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, ἐπὶ τῆς τραπέζης κατακλιθέντες, ἀπικαταλαμβανόμενοι παρ' αὐτῆς ἀνηρουῶτο, καὶ παρέσυρεν αὐτῶν τὰ σιτία καὶ τὸν τροφὸν τὸ αἷμα· τοὺς δὲ δεξιωμένους ἀλλήλους [y] πρὸς πόσει διέφθειρεν, ἐνίους δὲ καὶ πρὸς ὕπνον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου κατενηνεγμένους. ὁπόσοι δ' ἔφθησαν [z] περιθέμενοι τὰς πανοπλίας ἐξ ἐναντίας αὐτῷ ἦναι, τούτους ὀλίγον ἔπιλον δυχερῶς τῶν γυμνῶν κατακειμένων ἀπέφαλε. διέμεναν δὲ οἱ [a] σὺν τῷ Δαυίδῃ καὶ αὐτοὶ [b] ἀναιρουῶτες ἀπὸ πρώτης ὥρας ἕως ἑσπέρας, ὡς μὴ πλείονας ἢ τετρακοσίους τῶν Αμαληκιτῶν πλείονας ἢ τετρακοσίους· καὶ [c] αὐτοὶ δὲ δρομάσι καμήλοις ἐπιβάντες διέφυγον. ἀνέσωσε δὲ πάλιν πάντα ἃ διήρπασαν [d] αὐτῶν οἱ πολέμιοι, καὶ τὰς τε αὐτῶν γυναῖκας καὶ τοὺς τῶν ἑπτείρων. ὡς δὲ [e] ἀναστρέφοντες ἦκον ἐπὶ τὸν τόπον, ἔνθα ἀφῆκόσους, μὴ δυναμένους αὐτοῖς ἕπεσθαι, [f] καταλελοίπεσαν ἐπὶ τῶν σκευῶν· οἱ μὲν τετρακόσιοι τὸ μὲν ἄλλης ὠφελείας τε καὶ λείας οὐκ ἠξίουν [g] αὐτοὺς δύπομερίζειν, ὡς συναθλησάντων, ἀλλὰ μαλακιοθέντας φεῦ τὸν δίωξιν, ἀγαπᾶσθαι δὲ [h] σεσωσμένας τὰς γυναῖκας δύπολαμβάνοντας ἔλεγον. Δαυίδης δὲ πονηρὸν καὶ ἄδικον αὐτῶν τοῦτον ἀπέφηνε τὸν γνώμην. εἶναι γὰρ ἀξίους, ὧ Θεοῦ συλλαχόντος αὐτοῖς ἀμύνασθαι μὲν τοὺς πολεμίους, κομίσασθαι δὲ πάντα [i] τὰ αὐτῶν, [k] πᾶσιν ἐξ ἴσου τοῖς στρατευσαμένοις μερίζεσθαι τὸν ὠφέλειαν· καὶτοῦτ' ὀφεῖλειν φυλακὴν τῶν σκευῶν μεμενηκότων. καὶ ἐξ ἐκείνου νόμον οὕτω κρατῆσαι περὶ αὐτοῖς, ἵνα ταὐτὰ τοῖς μαχομένοις λαμβάνωσιν οἱ τὰ σκεύη φυλάττοντες. ἡνέμενον δὲ ἐν Σικέλλᾳ Δαυίδης, [l] διέπεμψε πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ιούδα φυλῇ συνήθεσι καὶ φίλοις [m] δύπομοίρας τῶν λαφύρων. καὶ τὰ μὲν φεῦ τοῦ [n] Σικελλῶν πόρθησιν, καὶ Αμαληκιτῶν ἀναίρεσιν, ἅτως ἐγένετο.

ζ'. Τῶν δὲ Παλαιστίνων συμβαλόντων, καὶ καρτερᾶς μάχης γενομένης, [o] νικῶσι μὲν οἱ Παλαιστῖνοι, καὶ πολλοὺς ἀναιροῦσι τῶν ἐναντίων· Σαοὺλος δὲ ὁ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ γενναίως ἀγωνιζόμενοι, καὶ πάσῃ προθυμίᾳ χρώμενοι, ὡς ἐν μόνῳ τῷ καλῶς δύπομεῖναι καὶ ἀποθανεῖν καὶ [p] περιφόβους διὰ κινδυνωδεστάτου τοῖς πολεμίοις τὴν ὅλης αὐτοῖς δόξης δύπκειμένης, οὐδὲν γὰρ τούτου φιλοτιμότερον εἶχον, ἐπιστρέφουσι πᾶσαν εἰς αὐτοὺς τῶν ἐχθρῶν φάλαγγα, καὶ περικυκλωθέντες δύπομένουσι, πολλοὺς τῶν Παλαιστίνων καταβαλόντες. ἦσαν δὲ οἱ Σαοὺλος παῖδες, Ιωνάθης, καὶ [q] Αμινάδαβος, καὶ [r] Μελχισός. τούτων πεσόντων, τρέπεται τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος, καὶ ἀκοσμία καὶ σύγχυ-

t. Επὶ γλεῦ ἐρρυμένους,] Aut ἐπὶ γῆς cum *Big. Samb.* & *Vat.*

v Απολαύοντας,] Ita *Samb.* & *Epiphan.* ἀπολαβόντας in *Editis*, *Aliisque.*

x Πιεῖν καὶ διωχεῖσθαι] Πίνειν *Vat.*

* *Abripuit*:] *Scil.* torrentis instar. Verum νοκ παρέσυρεν *mihi suspecta est.*

y Προπόσεσι διέφθειρεν,] Ita cum *Vat. Samb. Big.* (*Coccejo*) & *Epiphan.* φθάσαντες in *Editis.*

z Περιθέμενοι τὰς πανοπλίας] Περιθέμενοι ἐξ ἐναντίας τε αὐτῷ *Big. Samb.* & *Vat.*

a Σὺν τῷ Δαυίδῃ] Σὺν αὐτῷ Δ. *Big. Samb.* & *Vat.*

† *Ab hora prima usque ad vesperam cædem facere perseverarunt,*] *In Literis S.* à diluculo usque ad vesperam.

b Αναιροῦντες ἀπὸ πρώτης] Αναιροῦντας *Vat.*

c Αὐτοὶ δὲ δρομάσι] Οὗτοι *Samb.* & *Vat.*

‡ *Dromadibus insidentes effugerunt.*] Camelis quos appellant dromades, *phrasi divina.*

d Αὐτῶν οἱ πολέμιοι,] Ita *Big.* & *Samb.* αὐτὸν in *reliquis.*

e Αναστρέφοντες] Αναστρέφοντας *Big.* & *Samb.*

f Καταλελοίπεσαν] Ita *Samb.* more Attico pro communi καταλελοίπεισαν. (quod malebat *Coccejus*) in *Editis* præter canonem καταλελοίπησαν. alio tempore καταλελοίπασιν *Hen.* & *Busb.*

g Αὐτοὺς δύπομερίζειν,] Αὐτοῖς in quinque *MSS.*

h Σεσωσμένας] Ανασεσωσμένας *Busb.* & *Hen.*

i Τὰ αὐτῶν,] Illud τὰ ex *MSS.*

k Πᾶσιν ἐξ ἴσου] Πᾶσιν αὐτοῖς ἐξ ἴσου συστρατευσαμένοις *Big.* & *Samb.* non male. atque mox μερίσασθαι *Hen.* & *Busb.*

l Διέπεμψε] Διεπέμψαθ *Big. Samb.* & *Vat.*

m Απομοίρας] Απόμοιρα, μερὶς Hesych. SPANH.

n Σικελλῶν] Σικέλων *Bas.* & *G.* Σικελῶν *Big. Samb.* & *Epiphan.*

o Νικῶσι μὲ οἱ] Ita ex *MSS.* μὲ deest in *Editis.*

p Περιφόβους] Τοὺς φοβέοντας Menander in Stob. Exerc. Gr. p. 227. SPANH.

q Αμινάδαβος,] Αμιναταβος *Big.* Αἰνατάβος *Samb.* malim quidem Αβινάδαβος cum *Masoretis*, *Hieronymo*, & Editione *Complutina Bibliorum* Græcorum.

r Μελχισός.] Est qui malit Μελχισοῦς. In *Cod. Vat.* Ιωνάθης καὶ Ιωναδαμος καὶ Μελχισὸς καὶ Αμιναδαβος.

s Τὸ

θύγχυσις γίνε῎ καὶ φόνος ἐπικειμένων τῶν πολεμίων. Σαύλ῾ ὁ φεύγει, [s] τὸ καρτερὸν τοῦ῾ ἔχων περὶ αὐτόν. καὶ τῶν Παλαιστίνων ἐπιπεμφάντων ἀκοντιστὰς καὶ τοξότας, πάντας μὲν ἀποβάλλει πολλοὺς ὀλίγων· αὐτὸς δὲ λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, καὶ πολλὰ τραύματα λαβών, ὡς μηκέτι διακαρτερεῖν μηδὲ ἀντέχειν τοῖς πληγαῖς, ἀποκλῖναι μὲν αὐτὸν ἠθένει, κελεύει δὲ τὸν ὁπλοφόρον, ἀπασάμενον τὸ ῥομφαίαν, τοῦτον [t] αὐτὸν διελάσαι, πρὶν ζῶντα συλλαβεῖν αὐτὸν τοὺς πολεμίους. μὴ τολμῶντος δὲ τοῦ ὁπλοφόρου κλεῖναι τὸ δεσπότην, αὐτὸς τὸ ἴδιον ἀπασάμενος [u] μάχαιραν, καὶ φησὶν ὅτι τὸ ἀκμὴν, ῥίπτει κατ' αὐτῆς αὐτόν· καὶ μὴ δυνάμενος ὠσασθαι, μηδὲ ἐπερείσας [x] ἀμβαλεῖν αὐτὸ τὸ σίδηρον, [y] ἀπεστρέφει. καὶ νεανίσκου τινὸς ἐγγὺς, πυθόμενος τίς εἴη, καὶ μαθὼν ὡς Αμαληκίτης ἐστὶ, παρεκάλεσεν ἐπερείσασθαι τὸ ῥομφαίαν, ἵνα τὸ μὴ τῇ χερσὶν αὐτὸν τῷ δυνάσθαι ποιῆσαι, ἀπέσχεν αὐτῷ πελάτῃ [z] ὁποίαν αὐτὸς βάλε῎. ποιήσας δὲ τοῦτο, καὶ ἀπειλόμενος [a] τὸ ἀπὸ τὸ βραχίονα αὐτοῦ χρυσοῦν ἐκ τὸ βασιλικὸν στέφανον, ἐκ ποδῶν ἐγένετο. θεασάμενοι δὲ [b] ὁ ὁπλοφόρος τὸ Σαύλου ἀνῃρημένον ἀπεκλείνειν ἑαυτόν. [c] διεσώθη δὲ εἷς τῶν σωματοφυλάκων καὶ βασιλέως· ἀλλὰ πάντες ἔπεσον ἀπὸ τὸ καλούμενον [d] Γελβὲ ὄρος. ἀκούσαντες δὲ τὸν Εβραίων οἱ τὴν κοιλάδα [e] πέραν καὶ Ιορδάνην κατοικοῦντες, καὶ οἱ ἐν τῷ πεδίῳ τὰς πόλεις ἔχοντες, ὅτι Σαὴλ πέπωκε καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ στῖφος ὀλώλασι· καταλιπόντες τὰς ἑαυτῶν πόλεις, εἰς [f] ὀχυρωτέρας [g] κατέφυγον. οἱ δὲ Παλαιστῖνοι τὰς καταλελειμμένας, ἐρήμους ὁρῶντες, κατῴκησαν.

η'. Τῇ δ' ὑστέρᾳ σκυλεύοντες οἱ Παλαιστῖνοι τοὺς τῶν πολεμίων νεκροὺς ἐπιτυγχάνουσι [h] παῖς καὶ Σαὴλ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ σώμασι, καὶ σκυλεύσαντες [i] ἀποτίμησιν αὐτῶν τὰς κεφαλάς· καὶ κατὰ πᾶσαν περιήγγειλαν τὴν χώραν πέμψαντες ὅτι πεπτώκασιν οἱ πολέμιοι. καὶ τὰς μὲν πανοπλίας αὐτῶν ἀνέθηκαν εἰς τὸ [k] Ασταρτῆον [l] ἱερόν· τὰ δὲ σώματα ἀνεσταύρωσαν περὶ τὰ τείχη τῶν [m] Βηθσὰν πόλεως, ἣ νῦν Σκυθόπολις καλεῖται. ἐπεὶ δὲ ἦκουσαν οἱ ἐν [n] Ιαβιασῷ πόλεως τῶν [o] Γαλαδίτιδος κατοικοῦντες, ὅτι λελῴβηται τὸν Σαὴλ νεκρὸν καὶ τοὺς τῶν παίδων αὐτοῦ, δεινὸν ἡγησάμενοι περιιδεῖν ἀκηδεύτους, ἐξελθόντες οἱ ἀνδρειότατοι ἐκ τόλμης ἀφέροντες· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν ἐκ σώματος ἀλκίμους καὶ ψυχαῖς φερεῖ· καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ὁδεύσαντες, ἦλθον εἰς τὴν Βηθσὰν, καὶ περιελθόντες τῷ τείχει τῶν πολεμίων, ἐκ καθελόντες [p] τὸ σῶμα Σαὴλ ἐκ τῶν παίδων αὐτοῦ, κομίζουσιν εἰς [q] Ιαβιασὸν, μηδὲ τῶν πολεμίων αὐτοὺς [r] κωλύσαι δυναμένων, ἢ τολμησάντων ἀφ' ὑπερβολῆς. οἱ δὲ [s] Ιαβιασῖοι, πανδημεὶ κλαυσάντες, [t] θάπτουσι τὰ σώματα ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς χώρας

& confuſio & cædes, hoſtibus à tergo inſtantibus. Saulus autem, valida ſuorum caterva ſtipatus, fugit. atque miſſis à Palæſtinis jaculatoribus & ſagittariis, maximam quidem eorum partem amittit: ipſe vero cum pulchre dimicaſſet, & multa vulnera accepiſſet, ut nec amplius pugnare nec plagas ferre potuerit, infirmior quidem erat quam ut ſeipſum interimeret; armigero vero imperat ut ſe ſtricto enſe transfigeret, ne vivus in hoſtium poteſtatem veniret. Armigero autem non audente dominum *ſuum* occidere, ipſe ſuo gladio educto, ſibique ejus mucrone admoto, in eum ſe projicit: cumque enſem ſuum in ſe impellere non valeret, neque eum ſibi impingendo trajicere, ſeſe circumagit. atque juvene quodam propter eum adſtante, cum interrogaſſet quiſnam eſſet, audiſſetque eſſe Amalecitam, orabat ut gladio ſibi ab eo impacto, id quod ſuis manibus perficere non potuit, mortem ſibi afferret qualem ipſe expeteret. Hoc autem exſequutus, detractiſque brachio aureis armillis capitique regia corona, in fugam ſe conjiciebat. Tum armiger, conſpecta Sauli nece, ſemetipſum interemit. atque nemo ex ſatellitibus regis in tutum evaſit, ſed omnes in monte Gelboë dicto ceciderunt. Hebræi vero, qui vallem trans Jordanem habitabant, quique urbes in planitie tenebant, cum audiſſent Saulum ejuſque filios cecidiſſe, & univerſos qui cum eo erant periiſſe, relictis urbibus ſuis in munitiſſimas ſe receperunt. At Palæſtini in relictis, quas deſertas invenerant, ſedem ceperunt.

Saulus gladio ſuo incumbit, juvantequo Amalecita interimitur.

8. Poſtridie, cum Palæſtini hoſtes prælio occiſos ſpoliarent, *forte* inciderunt in Sauli filiorumque ejus corpora, exutiſque capita illorum abſciderunt: atque nunciis per totam ſuam regionem miſſis divulgarunt hoſtes *acie* cecidiſſe. Et quidem armaturam illorum in fano Aſtartes conſecrarunt: corpora vero * in cruces ſuſtulerunt ad muros urbis Bethſanæ, quæ etiamnum Scythopolis appellatur. Poſtquam vero Jabiſſi, regionis Galaditidis urbis, incolæ acceperant, truncata eſſe Sauli ac filiorum ejus cadavera, indignum rati ut inſepulta eſſe paterentur, fortiſſimi quique & audaciſſimi egreſſi (viros enim corpore robuſtos animoque feroces alit hæc urbs) totaque nocte continuato itinere, Bethſanam venerunt, atque ad hoſtium muros accedentes, ablatiſque Sauli ejuſque filiorum corporibus, ea Jabiſſum deportarunt, cum hoſtes neque eos prohibere potuiſſent, neque auſi eſſent propter *ipſorum* virtutem. Jabiſſeni autem univerſi cum ploratu corpora eorum ſepelierunt in pulcher-

Sauli filiorumque arma in templo Aſtartes conſecrata, & corpora illorum in cruces ſublata. 1 Reg. c. 31.

Jabiſſeni Saulo ejuſque filiis parentant. 1 Reg. c. 31.

[s] Τὸ καρτερὸν] Illud τὸ ex *MSS.*

[t] Αὐτὸν διελάσαι,] Αὐτὸ *Vat.*

[u] Μάχαιραν,] Vocem μάχαιραν nobis ſuppeditarunt *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

[x] Διαβαλεῖν αὐτὸ] Ita cum *Big.* & *Samb.* in *reliquis* ἀμβαλεῖν.

[y] Περιεσείσας.] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque* ἐπισείσας.

[z] Οποίαν αὐτὸς βάλε῎.] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* οἵαν in *Editis.*

[a] Τὸν ἀπὸ βραχίονα] Ita in *MSS.* in *Editis* τὸ deeſt.

[b] Ο ὁπλοφόρος τὸ Σαύλου] Articuli ὁ & τὸ ex *MSS.*

[c] Διεσώθη δὲ εἷς] Διεσώθη δὲ εἷς τ. σ. τ. β. ἀδελφὸς *Big.* & *Samb.*

[d] Γελβὲ ὄρος.] Ita *Big.* & *Samb.* Γελβοὲ in *Editis*, *Aliiſque.* HUDS. Gen. Γελβοὲ, vel Γελβεὲ, & ſupr. §. 2. Γιλβεὲ. SPANH.

[e] Πέραν Ἰορδάνου] Vide *J. Clericum* ad 1 Sam. c. xxxi. p. 278.

[f] Οχυρωτάτας] Forte ὀχυρότητας. COCC.

[g] Κατέφυγον.] Sic *Big.* & *Samb.* in *reliquis* ἔφυγον.

[h] Τοῖς δὲ Σαύλου] Illud τοῖς ex *Big.* & *Samb.*

[i] Αποτιμησιν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς·] Similiter Leonidæ cadaver dehoneſtavit Mardonius, quod in hoſte imitari noluit Pauſanias, prout refert Herodotus lib. 9. pag. 538. edit. Gronov. HAV.

[k] Ασάρτειον] De *Aſtarte* vide *Theodoret.* Tom. 1. p. 324. & 353. ut & *Seldenum* de *Diis Syris.*

[l] Ιερὸν·] Ιερὸν abeſt *Big. Samb.* & *Vat.*

* *In cruces ſuſtulernnt ad muros urbis Bethſanæ,*] Crucibus affixerunt circa mœnia urbis &c. *Gelen.* Corpora ſuſpenderunt ſuper murum &c. *Epiphan.* Τὰ σώματα ἀνεσταύρωσαν ἀμφὶ τὸ τεῖχος Μέθοφμ &c. *Zonaras.*

[m] Βηθσὰν πόλεως,] Βηθσιὼν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* Vide *Stephanum Byzant.* voce Σκυθόπολις, *Cedrenum*, p. 135. & *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 3. c. 13. p. 316. HUDS. Βηθσὰν poſtea Σκυθόπολις ſupra lib. v. *cap.* 1. §. 1. Σκυθοπολῖ) infr. libr. xii. cap. 4. §. 5. Iidem, qui Βηθσανῖ) lib. xii. c. 8. §. 5. SPANH.

[n] Ιαβιασῷ] Ita cum *Big.* Ιαβιασῶ *Samb.* Ιαβιασεῖ *Baſ.* & *G.* Ιαβεῖ *Hen.* & *Busb.* Ιαβεὶ *Zonaras* è LXXII. οἱ ἐν τῷ Ιαβεῖ, ἤτοι Ιαβιασῷ *Vat.* Vide *Annot.* ad p. 287. in princip.

[o] Γαλαδίτιδος] Γαλααδίτιδος *Vat. Hen.* & *Busb.* prout in *Var. Lect.* ad p. 287. in princip.

[p] Τὸ σῶμα Σαύλου] Τὰ σώματα Σαὴλ καὶ τῶν *Hen.* & *Busb.* τὸ σῶμα Σαὴλ καὶ τὰ τῶν *Big. Samb.* & *Vat.*

[q] Ιαβιασὸν,] Ita *Vat.* ut & paulo ſupra. Ιαβιασὰν *Baſ.* & *G.* Ιάβεσαν *Big.* Ιάβεσαν *Samb.* Ιάβησαν *Hen.* & *Busb.* HUDS. Gen. Ιαβιασὰν, & lib. VI. c. 1. §. 2. Ιαβεισῶ. SPANH.

[r] Κωλύσαι δυνηθέντων,] Κωλ. τολμ. ἀφ' *Vat.*

[s] Ιαβιασῖοι,] Sic cum *Cod. Vat.* Ιαβισλωοὶ *Baſ. G.* & *Big.* Ιαβεισλωοὶ *Samb.*

[t] Θάπτουσι τὰ σώματα] Non alio modo clam quoque ſepultus fuit Mardonius, Perſarum Dux, ut citato paullo ante loco docet Herodotus, facemque Romana manu accenſam truncus Pompeji accepit, juxta Lucanum & alios. HAV.

* *Quem*

cherrimo regionis loco, * quem Aruram appellant. atque per ſeptem dies cum uxoribus liberiſque eos deflebant, pectora tundentes ac lugentes regem ejuſque filios, ita ut neque potum deguſtarent neque cibum.

9. Hunc Saulus finem habuit, juxta Samueli vaticinium, quoniam Dei de Amalecitis non obtemperaverit mandatis; & quod totam Achimelechi cognationem ſuſtulerit, ipſumque Achimelechum, & urbem pontificum. Regnavit autem vivente Samuelo annis octodecim, poſt mortem vero ejus annis duobus & viginti. Et quidem Saulus hoc modo è vita exceſſit.

Finis Libri ſexti.

ρας τόπῳ, [v] Αρύρης λεγομένῳ. Ϛ πένθ[ος] [x] ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ σὺν γυναιξὶ Ϛ τέκνοις ἐπ' αὐτοῖς [y] ἤγαγον, κοπτόμενοι Ϛ θρηνοῦντες τ̀ βασιλέα Ϛ τὰς παῖδας αὐτοῦ, μήτε ποτῦ μήτε τροφῆς γευσάμενοι.

θ'. Τῷ Σαύλ[ου] τὸ τέλ[ος] ἔσχε προφητεύσαντ[ος] Σαμυήλ, διὰ τὸ παρακοῦσαι Ϛ θεὸς τῶν ἐπ' Αμαληκίτας ἐντολῶν· καὶ ὅτι τ̀ [z] Αχιμελέχ Ϛ ἀρχιερέως γένους, καὶ Αχιμέλεχον αὐτὸν, καὶ τ̀ τῶν ἀρχιερέων πόλιν ἀνεῖλεν. ἐβασίλευσε δ', Σαμυήλ ζῶντ[ος], ἔτη ὀκτὼ πρὸς τοῖς δέκα· τελευτήσαν[τος] δ', [a] δύο Ϛ εἴκοσι. καὶ Σαύλ[ος] μὲν [b] ὅτως κατέτρεψε τ̀ βίον.

Τέλ[ος] Ϛ βιβλίου ἕκτου.

* *Quem Aruram appellant.*] Ita juxta interpretes LXXII. Vide *Annott.* ad p. 344. §. 4.

v Αρύρης λεγομένῳ.] *Hæſel* interpretantur LXXII. *Judæi* & *Flavius* noſter ἄρουρα, *nemus* alii. Vide pag. 344. §. 4.

x Εφ' ἡμέρας] Εφ' ἡμέρας *Gen.*

y Ηγαγον,] Ita *Big.* & *Samb.* ritu Attico. in *reliquis* ἦγον.

z Αχιμελέχ Ϛ ἀρχιερέως] Ita *Baſ. G.* & *Samb.* καὶ τὸ Εφραϊκόν. Sed Αβιμελέχ & mox Αβιμέλεχον *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Gall. Vat. Hen.* & *Busb.* cum *Interpretibus* LXXII.

a Δύο καὶ εἴκοσι.] Sic *Baſ. G.* & libri omnes *Græci* quos vidimus. δύο abſque εἴκοσι *Epiphanii* Codices. & quidem recte, & juxta periochen chronicam hujus libri. *Petrus* itaque *Comeſtor* ex verſione *Epiphaniana* hæc nobis reliquit: *Et regnavit Saul, vivente Samuele* XVIII. *annis, & eo mortuo duobus annis. Hos annos ſacra tamen ſcriptura non adnotavit.* Verum *Joannes Zonaras* vulgata *Joſephi* exemplaria ſequutus eſt. Ait enim, ἐβασίλευσε δ' Σαὺλ, ζῶντ[ος] ἔτι Ϛ Σαμυὴλ, ὀκτωκαίδεκα ἔτη· ὑπεὶς δ' Σαμυὴλ, δύο καὶ εἴκοσι. *Flavium* autem ſcripſiſſe arbitror ἔτη δύο, aut ἔτη δύο, ὁμοῦ δ' ἔτη εἴκοσι. Quinetiam numerum XX. annorum Saulo regnanti imputant *Clemens* & *Eutychius* Alexandrini, ſectatores, quod video, *Joſephi.* Videſis *Iſ. Voſſii* Chronologiam Sacr. cap. VI. p. 119. *Kainoldum* de *Libris Apocryphis*, vol. 1. p. 1076. & *Gatakerum* in *Adv. Miſcell.* p. 77.

b Οὕτως κατέτρεψε τ̀ βίον.] Ita *Samb.* & *Vat.* in *reliquis* ὕτω.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ [a]ΕΝ ΤΗι ΕΒΔΟΜΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO SEPTIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

α'. Ως Δαυΐδης μὲν ὁ μιᾶς φυλῆς ἐβασίλευσεν ἐν Χεβρῶνι πόλει, ὁ δ' ἄλλε πληθυος ὁ Σαούλε παῖς.

1. UT Davides quidem uni tribui imperavit in urbe Chebrone, populo autem reliquo Sauli filius.

β'. Οτι, [b] τούτε φονευθέντος ἐξ ἐπιβελῆς φίλων, ἅπαντων τὴν βασιλείαν Δαυΐδης παρέλαβεν.

2. Quod, illo amicorum insidiis occiso, Davides in universos imperium obtinuit.

γ'. Οτι Δαυΐδης στρατεύσας ἐπ' αὐτὸν [c] Παλαιστίνες ἐν Ιεροσολύμοις ἐνίκησεν.

3. Quod Davides à Palæstinis bello impetitus apud Hierosolyma victoriam obtinuit.

δ'. Ως πολιορκήσας Ιεροσόλυμα Δαυΐδης, καὶ λαβὼν τὴν πόλιν, ἐξέβαλεν μὲν ἐξ αὐτῆς τὰς Χαναναίας· ἐνώκησε δ' εἰς αὐτὴν Ιουδαίους.

4. Ut Davides obsessis Hierosolymis, captaque urbe, Chananæos quidem ex ea ejecit; Judæis vero habitandam dedit.

ε'. [d] Η γνωμένη πρὸς Εἴραμον τὸν Τυρίων βασιλέα καὶ Δαυΐδην φιλία.

5. Amicitiæ fœdus inter Hiramum Tyriorum regem & Davidem.

ς'. Ως τοῖς πέριξ ἔθνεσι στρατεύσας Δαυΐδης καὶ χειρωσάμενος, φόρον ἐπέταξεν αὐτοῖς τελεῖν.

6. Ut Davides, cum in gentes finitimas expeditionem fecisset easque subegisset, tributum illis imperavit.

ζ'. Η γνωμένη πρὸς Δαμασκηνοὺς Δαυΐδε μάχη, καὶ νίκη.

7. Davides cum Damascenis acie dimicat, victoriamque reportat.

η'. Πῶς ὑπὸ τὸν Μεσοποταμίας στρατεύσας κατέστησεν αὐτῶν.

8. Quomodo Mesopotamios, bello eis illato, devicit.

θ'. Οτι, τῶν περὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ στασιασάντων, καὶ [e] ὁ παῖδος ἐξελήλυθε τῆς ἀρχῆς [f] εἰς τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου.

9. Quod, mota ab ipsius domesticis seditione, à filio ex imperio abactus erat in regionem Transjordanianam.

ι'. Ως στρατεύσας [g] Αβεσάλωμος ὑπὲρ τοῦ πατρὸς Δαυΐδου, ἀπώλετο σὺν τῷ στρατῷ.

10. Ut Abesalomus, cum bellum patri Davidi intulisset, cum exercitu suo periit.

ια'. Πῶς [h] εἰς τὴν βασιλείαν πάλιν [i] ἀνῆλθε, καὶ ἔζησεν εὐδαιμόνως.

11. Quomodo [Davides] regnum recuperavit, & feliciter vixit.

ιβ'. Ως ἔτι ζῶν Σολομῶνα τὸν υἱὸν ἀπέδειξε βασιλέα.

12. Ut, dum in vivis esset, Solomonem filium suum imperare voluit.

ιγ'. Τελευτὴ Δαυΐδε, [k] καταλιπόντος τῷ παιδὶ πολλὴν ὕλην δρυμέ τε καὶ χρυσοῦ καὶ [l] λιθίας εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ.

13. Davides diem obit, argenti magna vi aurique & lapidum pretiosorum filio suo relicta.

a Εν τῇ ἑβδόμῃ] *Al.* Εν τῷ ἑβδόμῳ.
b Τούτε φονευθέντος] Ισβόσθε pro τούτε reposuerunt *Genevenses*, & mox *Summario* IV. Δαυΐδης ante στρατεύσαντας.
c Παλαιστίνες] Δὶς Παλαιστίνες *Samb.* & *Coll. Voss.*
d Η γνωμένη] Hoc summarium inserui è *Cod. Samb.*
e Τοῦ παιδὸς] Articulum nobis suppeditavit *Samb.*
f Εἰς τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου.] Illa εἰς τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου omiserunt *Genevenses.*
g Αβεσάλωμος] Αβεσσάλωμος *Samb.*
h Εἰς τὴν βασιλείαν] Perspicuitatis gratiâ Δαυΐδης hîc inserunt *Genevenses.*
i Ανῆλθε,] Κατῆλθε *Samb.*
k Καταλιπόντος] Ita *Samb.* ᾧ ὅσα τῷ παιδὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ κατέλειπεν *Gen.*
l Λιθίας] Videsis Du Fresne in *Glossario Gr.* voce λιθίας.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

[a] Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER SEPTIMUS.

Qui continet tempus annorum quadraginta.

CAP. I.

Ut Davides quidem uni tribui imperavit in urbe Chebrone, populo autem reliquo Sauli filius: utque bello civili conflato moriuntur Asaëlus & Abenerus.

Davidi nunciatur Sauli mors. 2 Reg. c. 1.

CONTIGIT autem ut eo die hæc pugna committeretur, quo Davides de Amalecitis victor Sicellam est reversus. Cum vero jam biduum fuisset Sicellæ, die tertio advenit *quidem*, è pugna cum Palæstinis elapsus, qui Saulum interfecerat, laceratis vestibus & capite pulvere conspersо. Isque, Davide adorato, ab eo interrogatus, undenam ita veniret, ab Israëlitarum pugna *cum Palæstinis* dicebat. ejus autem exitum tristem fuisse indicabat, multis quidem Hebræorum myriadibus cæsis, insuper vero rege ipsorum Saulo cum filiis ejus interempto. Atque hæc se *pro certis* nunciare ajebat, ut qui cum Hebræis esset fusis fugatisque, regique dilapso adesset; quem, cum foret ut ab hostibus caperetur, & ipse ab eo rogatus occidisse fatebatur. nam cum ille in gladium incubuisset, ex vulneribus repetitis infirmior factus est quam ut se conficeret. Quin & cædis ipsius signa *haud dubia* ostendebat, armillas regis aureas & coronam, quas Saulo mortuo detraxerat ut *eas* illi afferret. At Davides, cum non jam esset cur ei diffideret, post manifesta mortis Sauli indicia in conspectum ipsius adducta, vestimenta quidem discidit, cum amicis vero lugens ploransque totam diem exegit. Luctum vero ei aliquanto acerbiorem fecit Jonathas Sauli filius, qui & amicus ei fidissimus & salutis ipsi auctor fuerat.

Davides, mira pietate, Saulum luget. 1 Reg. c. 1.

Tam illustris autem ejus erat virtus, tantaque benevolentia Saulum prosequutus est, ut non solum ægerrime tulerit ejus interitum, sæpius licet ab eo in vitæ discrimen adductus; sed & occisorem illius supplicio affecerit. nam cum ei dixisset, quod ipse sui accusator exstiterit, qui regem interfecerat; didicisseque oriundum esse patre gene-

ΚΕΦ. α'.

Ὡς Δαυίδης μὲν τ̃ μιᾶς φυλ̃ης ἐβασίλευσεν ἐν Χεβρῶνι, ὁ δ' ἄλλος πλ̃ηθος ὁ Σαούλ πᾶς· καὶ ὡς πόλεμος ἐμφυλίου γιγνομένου τελευτῶσιν Ασαήλου καὶ Αβέννηρος.

ΤΝΕΒΗ δὲ ταύτῃ γενέσθαι τ̃ μάχῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ Δαυίδης, τοὺς Αμαληκίτας νικήσας, εἰς [b] Σίκελλαν ὑπ̃έστρεψεν. ἤδη δ' αὐτ̃ δύο ἡμέρας ἐχούσ̃ ἐν τ̃ Σικέλλᾳ, τ̃ τρίτῃ παραγέσθαι Δραμωθεὶς ἐκ τ̃ μάχης τ̃ πρὸς Παλαιστίνους ὁ τ̃ Σαούλου ἀνελών· τὼ τε ἐσθ̃ητε διερρηγμένω, καὶ τ̃ κεφαλῇ πόρρω πεπηχεάμενον. καὶ προσκυνήσας [c] αὐτὸν, πυθανομένῳ, πόθεν [d] ἥκοι παῖς̃, ἔφη τ̃ Ισραηλιτῶν μάχης ἔλεγε. γνόντος δ' ἀπυχὲς αὐτ̃ τὸ πλ̃ος ἐδήλου· πολλῶν μὲν ἀναιρεθ̃σῶν τοῖς Εβραίοις μυριάδων, πεσόντ̃ δὲ καὶ βασιλέως αὐτῶν Σαούλ μετ̃ τῶν παίδων. ταῦτα δὲ σημαίνειν ἔφασκεν αὐτὸς παραγεγυμνῶσθαι τ̃ προπ̃ῇ τῶν Εβραίων καὶ τῷ βασιλεῖ πεφυγότι πεζῶν· ὃν [e] καὶ κτεῖναι, μέλλοντα ὑπὸ τῶν πολεμίων λαμβάνεσθαι, παρακληθεὶς αὐτὸς ὡμολόγει. τ̃ῇ γὰρ μαφαίρᾳ γὰρ αὐτὸν ἐμπεσόντα, καὶ τ̃ τῶν τραυμάτων ὑπερβολ̃ῇ αὐτὸν ἀσθενῆσαι κατειργάσασθαι. [f] καὶ σύμβολα δ' αὐτ̃ τ̃ ἀναιρέσεως ἐπεδείκνυε, τόν τε [g] περὶ τοῖς βραχίοσι χρυσὸν καὶ βασιλέως τ̃ στέφανον, ἃ περιδύσας τ̃ Σαούλ νεκρὸν κομίσαι αὐτῷ. Δαυίδης δ', μηκέτ' ἀπιστεῖν ἔχων, ἀλλ' ἐναργῆ τεκμήρια καὶ Σαούλ θανάτου βλέπων, [h] καταῤῥηγνὺ μὲν τὼ ἐσθ̃ητε· κλαίων δὲ καὶ ὀδυρόμενος μετ̃ τῶν ἑταίρων [i] ὅλην διεκαρτέρησε τὴν ἡμέραν. [k] ἐποίει δ' αὐτῷ [l] τὸν λύπλιν χαλεπώτερον δὲ ὁ Σαούλ πᾶς Ιωνάθης, πιστ̃ός τε ὢν φίλος αὐτῷ, καὶ σωτηρίας αἴτιος γεγενημένος. τοσαύτην δ' ἐπεδείξατο τὴν ἀρετὴν εἰς τὸν περὶ Σαούλον εὔνοιαν, ὡς μὴ μόνον ὅτι τεθνηκότι χαλεπ̃ως ἐνεγκεῖν, πολλάκις ὑπ' αὐτ̃ κινδυνεύσας ἀφαιρεθ̃ῆναι τ̃ βίου· ἀλλὰ καὶ τ̃ ἀποκτείναντα κολάσαι. φήσας γὰρ πρὸς αὐτὸν, ὡς αὐτὸς [m] αὐτὸν γένοιτο κατήγορος ἀνελὼν τ̃ βασιλέα, καὶ μαθὼν ὡς

[a] Περιέχει ἡ βίβλος] E *Big. Samb. Voss.* & *Epiphan.*

[b] Σίκελλαν] Σικελὰν *Samb.* & *Epiphan.* & mox Σικελᾶ. verum Σικέλλαν & Σικέλλᾳ habent *Busb.* & *Hen.*, Videsis *Annott.* ad p. 353. v. 11.

[c] Αὐτὸν] Αὐτῷ *Vat.*

[d] Ηκοι] Ita *Big.* & *Samb.* ἦκε *Vat.* ἦκε *Bas.* & *G.*

[e] Καὶ κτεῖναι,] Καὶ abest *Big.* & *Samb.*

[f] Καὶ σύμβολα] Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* καὶ σύμβολα τ̃ ὡς *Bas. G. Aliique.*

[g] Περὶ τοῖς βραχίοσι] Περὶ τὼς βραχίονας *Vat.* ut ὡς τ̃ βραχίονα. p. 359. v. 17.

[h] Καταῤῥηγνὺ μὲ τὼ ἐσθ̃ητε·] Conf. lib. VI. c. 14. §. 6. SPANH.

[i] Ὅλην διεκαρτέρησε τὴν ἡμέραν.] Vox ὅλην ex *MSS.*

[k] Ἐποίει δ' αὐτῷ] Sic in *MSS.* ποιεῖ in *Editis.*

[l] Τὸν λύπλιν χαλεπωτέρως] Iterum cum *MSS.* (& *Cocc.*) male in *Editis* τὸν λυπὸν τὸν χαλεπωτέρως.

[m] Αὐτὸν γένοιτο κατήγορος] Αὐτῷ carent *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

ὡς εἴη παιδὸς Αμαληκίτης γῆ, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ἔγραψε δὲ καὶ θρήνους εἰς ἐπιτάφιος ἐπαίνους Σαούλου καὶ Ιωναθου· ὅσοι καὶ μέχρις ἐμοῦ διαμένουσιν.

β'. [n] Ἐπεὶ δὲ τούτοις ἐξέπιμψε τὸ βασιλέα, πυθόμενος [o] δὲ πένθους, ἤρετο τὸν θεὸν διὰ δὲ προφήτου, τίνα δίδωσιν αὐτῷ κατοικῆσαι πόλιν τῆς Ιούδα καλουμένης φυλῆς. φήσαντος δ' αὐτοῦ δίδοναι [p] Χέβρωνα, καταλιπὼν τὴν Σικελλαν, εἰς ἐκείνην ἀναχωρεῖ, τάς τε γυναῖκας [q] εἰσαγόμενος τὰς αὐτοῦ, δύο δ' ἦσαν, καὶ τοὺς οἰκείους [r] σὺν αὐτῷ. συνελθὼν δὲ πᾶς αὐτὸν ἅπας ὁ τῆς φυλῆς τὸ προειρημένης λαὸς, ἀποδείκνυσιν αὐτὸν βασιλέα. ἀκούσας δ' ὅτι τὸν Σαούλου καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ θάψειαν οἱ ἐν [s] Ιαβίσαρι τῆς [t] Γαλαδιτιδος κατοικοῦντες, ἔπεμψε πρὸς αὐτοὺς, ἐπαινῶν δὲ ἀποδεχόμενος αὐτῶν τὸ ἔργον, καὶ χάριτας ἀποδώσειν ἀντὶ τοῦ πρὸς τοὺς τεθνηκότας [u] αὐδὸς ὑπισχνούμενος· ἅμα δὲ δηλῶν ὡς ἡ Ιούδα φυλὴ [x] κεχειροτόνηκεν αὐτὸν βασιλέα.

γ'. Ο δὲ τοῦ Σαούλου μὲν ἀρχιστράτηγος [y] Αβένηρος, Νήρου δὲ παῖς, ἀνὴρ δραστήριος δὲ ἀγαθὸς τὴν φύσιν, ὡς ἔγνω πεσοῦσαν τὴν βασιλείαν δὲ τὸν Ιωνάθην, καὶ τοὺς δύο τοὺς ἄλλους αὐτοῦ παῖδας, [z] ἐπιχωρεῖς εἰς τὴν παρεμβολὴν, καὶ τὸν περιλειπόμενον ἐξαρπάσας υἱὸν αὐτοῦ, Ἰεβοσθον δ' ὀνομάζουσι, διαβιβάζει πρὸς τὸν πέραν τὸν Ιορδάνην· καὶ παντὸς ὑποδείκνυσι τοῦ πλήθους βασιλέα, πάρεξ τῆς Ιούδα φυλῆς. βασίλειον δ' ἐποίησεν αὐτῷ [a] γλῶ, καὶ μὲν τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν [b] Μάναλιν, καὶ δὲ τὴν Ελλήνων παρεμβολὰς λεγομένην. ὥρμησε δ' ἐκεῖθεν Αβένηρος [c] μετὰ στρατιᾶς ἐπιλέκτου, συμβαλεῖν τοῖς ἐκ τῆς Ιούδα φυλῆς προαιρούμενος, [d] ὀργισθεὶς ὅτι ἐβασίλευσεν Δαυίδου. [e] ἀπιόντος δ' αὐτοῦ πεμφθεὶς ὑπὸ Δαυίδου Ιωάβος, ὁ Σαρουίας μὲν παῖς, πατρὸς δὲ [f] Σαρᾶ, [g] ὃς δὲ τῆς ἀδελφῆς Δαυίδου γεγονὼς, δεχιστράτηγος ὢν αὐτοῦ, μετὰ τοῦ ἀδελφῶν [h] Αβεσσαίου καὶ [i] Ασαήλου, καὶ πάντων τῶν Δαυίδου ὁπλιτῶν. καὶ φθάσας τινὰ κρουνὸν ἐν [k] Γαβαῶν πόλει, καθίσταται πρὸς μάχην. τῶν δ' Αβενήρου φήσαντος πρὸς αὐτὸν, μαθεῖν βούλεσθαι πότερον αὐτῶν ἀνδρειότερος στρατιώτας [l] ἔχει, συντίθενται παρ' ἀμφοτέρων δυοκαίδεκα μαχησομένους συμβαλεῖν. προσελθόντες τοίνυν εἰς τὸ μεταξὺ [m] τῶν διατάξεων οἱ πρὸς τῷ μάχῃ ὑφ' ἑκατέρων τῶν στρατηγῶν ἐξειλεγμένοι, καὶ τὰς αἰχμὰς ἐπ' ἀλλήλους ἀφέντες, αὐτῶν τὰς [n] μαχαίρας, καὶ τῶν κεφαλῶν σκεπαζομένους, κατέχοντες [o] αὐτὰς, ἔπαιον [p] εἰς τὰς πλευρὰς δὲ τὰς λαγόνας ἀλλήλους τῇ ῥομφαίαις, ἕως ἅπαντες ὡσπερ ὑπὸ συμφήματος ἀπώλοντο. πεσόντων δὲ τούτων, συνέρρηξε δὲ ἡ λοιπὴ στρατιά· καὶ καρτερᾶς μάχης γινομένης, ἡττήθησαν οἱ

re Amalecita, cum interimi præcepit. Præterea autem nænias compoſuit & laudationes funebres in gratiam Sauli & Jonathæ, quæ etiamnum manent.

2. Poſtquam vero regi hæc juſta perſolviſſet, luctu finito, Deum per prophetam conſuluit, quamnam ex urbibus, tribûs quæ Judæ dicitur, ad habitandam ſibi daret. cumque reſpondiſſet, illi ſe dare Chebronem, relicta Sicella in eam concedit, uxores ſuas ſecum adducens (duæ enim erant) ſuorumque militum cohortem. Ad eum autem populus tribus prædictæ omnis profectus ipſum regem creant. Cum vero audiſſet; quod Jabiſſi, regionis Galaditidis urbis, incolæ Saulum ejuſque filios ſepeliviſſent, miſit ad eos, qui facinus eorum *præclarum* laudarent & approbarent, quique ſe illis gratias pro ipſorum in defunctos ſtudio relaturum eſſe pollicerentur; prætereaque illi nunciarent, Judæ tribum regem ſe conſtituiſſe.

Davides in Chebrone habitat. 2 Reg. c. 2.

Jabiſſenis ob Saulum ejuſque filios ſepultos gratias agit. 2 Reg. c. 2.

3. Cæterum Abenerus, imperator quidem exercitus Sauli, Neri vero filius, vir impiger, naturaque benignus, quam primum novit cecidiſſe regem una cum Jonatha & duobus aliis ejus filiis, reditu in caſtra accelerato, filioque ejus ſuperſtite abrepto, nomine quidem * Jeboſtho, cum eo trajicit ad populum ex altera Jordanis ripa, & in univerſos Iſraëlitas, excepta tribu Judæ, regem eum conſtituit. Regiam autem ei elegit ad locum, lingua quidem vernacula Manalin appellatum, Græca vero Caſtra. Cæterum Abenerus inde cum electiſſimis exercitûs viris properavit, volens ante omnia prælio cum tribu Judæ congredi, ex indignatione quod Davidem regem creaviſſent. Joabus autem, matre quidem Saruiæ filius, patre vero Suri, Davidis autem ex ſorore nepos, exercitus ipſius dux, ei occurrit, etiam cum Abeſſæo & Aſaële fratribus ſuis, & univerſo Davidis exercitu. Et cum circa quendam fonticulum apud urbem Gabao in eum incidiſſet, aciem ad prælium explicat. Cum autem Abenerus ei dixiſſet, velle ſe reſciſcere utri illorum præſtantiores eſſent milites, convenit inter eos, ut duodeni utrinque pugnam committerent. Progreſſi igitur in medium inter acies, qui in certamen ab utriſque ducibus electi erant, cum haſtas in ſe mutuo jeciſſent, ſtringunt gladios, prehenſiſque capitibus alteri alteros tenentes, latera & ilia ſibi invicem gladiis confodebant, uſque dum omnes quaſi ex pacto occumberent. Cum vero illi cecidiſſent, cæteri ex utroque exercitu conflixerunt; & poſtquam ſummis viribus dimicatum eſſet, Abeneri milites ſuccubuerunt.

Abenerus Jeboſthum regem creat. 2 Reg. c. 2.

Davidici & Jeboſthani alteri ab alteris interfecti. 2 Reg. c. 2.

---

n Επεὶ δὲ τούτοις] Επὶ δὲ τούτοις *Samb.*

o Τῶ πένθους,] Hîc δὲ ante τῶ πένθους delevimus auctoritate *Codd. MSS.*

p Χέβρωνα,] *Al.* Χεβρῶνα. HUDS. Hebr. חברון. SPANH.

q Εἰσαγόμενος τὰς αὐτῶ,] Εκαγόμενος *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

r Σὺν αὐτῷ.] Τὰς σὺν αὐτῷ *Vat.*

s Ιαβίσαρι] Ita cum *Vat.* in *Editis* Ιαβίσῳ. in pleriſque *MSS.* Ιαβειτᾶ aut Ιαβιτᾶ. Vide p. 287. §. 12. & 320. in fine. HUDS. Conf. lib. VI. c. 14. §. 8. SPANH.

t Γαλαδίτιδος καθιῶντες,] Γαλααδίτιδος *Big. Samb.* & *Vat.* nec aliter in quibuſdam *Epiphanii* exemplaribus.

u Σπουδῆς ὑπισχνούμενος.] Τιμῆς καὶ σπουδῆς *Vat.*

x Κεχειροτόνηκεν] Ita cum *MSS.* in *Editis* κεχειροτόνηται, è dialecto. & paulo ante ὅτι pro ὡς in *Hen. Busb. Samb.* & *Epiphan.*

y Αβένηρος,] Αβίνηρος ubique *Hen. Busb. Samb. Big.* & *Vat.* Αβεννὴρ *Zonaras* è *Bibliis S.*

z Επεκχθεὶς εἰς τὴν παρεμβολὴν,] Ita cum *Vat.* & *Epiphanio.* ἐπείχθη in *Editis*, *Aliiſque.* ἠπείχθη *Samb.* manu ſequiori.

a Ἰεβοσθο,] *Iſboſthus* juxta *Hebr.* & in *Paralipomenis* ſacris *Iſbaalus* aut *Eſbaalus.* At *Flavius* aut *Librarii*, Ε poſita loco Σ ſibilantis literæ, Ιέβοσθον pingere maluerunt.

a Γλῶ,] Γλὼ *Big. Vat.* & *Samb.* contra *Editos* & tres *MSS.* & mox τὼ ante ἐπιχώριον abeſt *Vat.*

b Μάναλιν,] Μανὰμ vel Μανὰν reſcribendum cenſet *Bochartus* de *Colon. Phœn.* l. 1. c. 28. p. 591. HUDS. Μανάλιν Hebr. מחנים LXX. ἐν τῇ παρεμβολῇ εἰς Μαναὶμ 1 Reg. 11. 8. *Vulg.* circumduxit eum per caſtra. Hebr. ויתהלך caſtra, παρεμβολὴ. SPANH.

c Μετὰ στρατιᾶς ἐπιλέκτου,] Ita *MSS.* (& *Cocc.*) μετὰ τῆς στρατιᾶς in *Editis.*

d Ὀργισθεὶς] Ὠργισε (ὤργισθε *Vat.*) δὲ αὐτοῖς βασιλέα τὸν Δαυίδου κεχειροτονηκέναι *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* διὸ ὀργῆς ἐποιεῖτο τὴν Ιούδα φυλὴν, ὡς βασιλεύσασαν τὸν Δαυίδ *Zonar.*

e Ἀπιόντος δ' αὐτοῦ] Ita cum *Epiphanio.* parvo cum diſcrimine ἀπιόντος δ' αὐτῷ πεμφθεὶς ὑπὸ Δαυίδου (Σαραΐας *Coll. Voſſ.*) Σαρουίας *Big. Samb.* & *Vat.* Verum in *Editis* illa πεμφθεὶς ὑπὸ Δαυίδου deſiderantur.

f Σαρᾶ] Σαρεὶν in *Iiſdem MSS.* Σαρεὶ aut Σαρεὶ *Epiph.*

g Ὃς δὲ τῆς ἀδελφῆς] Ὃς δὲ τῆς ἀδελφῆς τοῦ ἐκείνου (τοῦ ἐκείνης *Big.*) γεγονὼς αὐτῷ Ιωάβου ἀρχιστρ. *Big. Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.*

h Αβεσσαίου] Ita cum *Hen. Busb. Big. Samb.* & *Epiph.* Αβεσσίου *Vat.* Αβισσαίου *Baſ.* & *G.* Αβεσσὰ *Zonar.* In margine quidem *Cod. Samb.* non nemo adnotavit, Ιωὰβ καὶ Αβεσσὰ καὶ Ασαὴλ ἀνεψιοὶ ἦσαν τοῦ Δαυὶδ ἐκ τῆς ἀδελφῆς αὐτῶ Σαρουίας, plane ex 1 *Paralip.* 2. 16.

i Ασαήλου] Ασσηήλου *Vat.*

k Γαβαῶν πόλει,] Ita *Samb.* Γαβαὼ *Baſ. G. Vat. Aliique.* Γαβᾶ aut Γαβαᾶ *Epiphan.* Γαβαὼν in *Codice S.* HUDS. Conf. lib. VI. c. 6. §. 2. SPANH.

l Ἔχει,] Ἔχῃ *Big.* & *Samb.*

m Τῶν διατάξεων] Τῆς διατάξεως *Vat.*

n Μαχαίρας,] Μαχαίραις οἱ δὲ Δαυὶδου juxta *Epiphan.*

o Αὐτὰς,] Forte αὐτᾶς. COCC.

p Εἰς τὰς πλευρὰς] Εἰς τὰ πλευρὰ *Vat.*

runt. Versos deinde in fugam Joabus non destitit persequi. Sed & ipse instabat, hortatus suos ut è vestigio insequerentur, & nequaquam occidendo fatiscerent; fratres etiam sui acriter pugnarunt, præcipueque natu minimus Asaëlus præ reliquis maxime conspicuus: (ex pedum etiam velocitate gloriam adeptus erat; nam non homines solum celeritate superabat, sed & equum cum eo contendentem cursu prævertisse dicitur) qui tum Abenerum totis viribus rectaque insequebatur, in neutram partem deflexus. Cum autem Abenerus respexisset, & impetum ejus eludere tentasset: & nunc quidem monuisset, ut, ab eo persequendo desistens, alicui militum suorum arma auferret, nunc vero, ubi ei hæc non persuaserat, precibus obsecrasset, ut se reprimeret & persequi desineret, ne * fratris ejus in conspectum veniendi libertatem amitteret: atque ille his verbis nihil moveretur, sed insequi persisteret, *Abenerus* dum fugientis more hastam teneret, à tergo opportune ictu illato, statim eum confecit. Qui vero cum eo Abenerum insectabantur, postquam in locum venerant, ubi forte Asaëlus jaceret, mortuum circumstantes non amplius hostes persequebantur. Joabus autem & frater ejus Abessæus, cadaver cursu prætervecti, majorique studio ex ira ob *fratrem* occisum in Abenerum incitati, mira cum pernicitate ac alacritate usque ad locum quendam, Ammatam nomine, Abenerum persequuti sunt, cum jam sol occideret. At colle quodam ascenso, in eodem loco cum tribu Benjamitide constitit *Joabus*, & illos conspiciebat & Abenerum. Hic vero cum vocem sustulisset & dixisset, non oportere inter populares contentionem & pugnam conciere; in culpa enim fuisse fratrem ejus Asaëlum, cui, ipso *illum* obsecrante, non persuasum erat ut ab insequendo cesseret, propterea que percussus occubuit: Joabus ei assensus, seque hisce verbis *bene* admonitum esse ratus, signo tuba dato suos revocat, & ne ulterius persequerentur cohibebat. Et hic quidem in eo loco castris positis pernoctat: Abenerus vero tota nocte itinere continuato, Jordaneque fluvio trajecto, in † castra pervenit ad Iebosthum Sauli filium. Die autem sequenti Joabus, recensitis *cæsorum* cadaveribus, omnes sepulturæ mandavit. Ceciderunt autem ex Abeneri quidem exercitu circiter trecenti & sexaginta; è Davidicis vero undeviginti, præter Asaëlum. cujus corpus cum Joabus & Abessæus inde Bethlemen deportassent, & in sepulchro *ejus* patrio sepelivissent, ad Davidem in Chebronem reversi sunt. Ex illo itaque tempore intestinum inter Hebræos gliscebat bellum, & aliquandiu perdurabat: ita ut Davidicis quidem vires semper augerentur, & ex periculis in majus proveherentur; Sauli vero filiis & qui eis parebant quotidie fere minuerentur.

Asaëlus Abenerum persequitur. 2 Reg. c. 2.

Abenerus Asaëlum occidit.

Joabus receptui canit. 2 Reg. c. 2.

Bellum civile inter Hebræos. 2 Regum, c. 3.

4. Sub hoc autem tempus & filii Davidi nati erant numero sex, è totidem uxoribus. Quorum

Davidis filii. 2 Regum, c. 3. & 1 Paralip. c. 3.

Davidis apparatus ad Templi exſtructionem. 1 Paral. c. 21.

2. Accito deinde Solomoni filio mandavit, ut, quamprimum imperium adeptus eſſet, templum Deo conſtrueret, dicens; "quod ipſum, cum id fa-"cere in animum induxerat, prohibuerit Deus, ut-"pote ſanguine & bellis pollutum; veruntamen "prædixerit fore ut Solomon ex filiis natu mini-"mus ſibi templum ædificaret, qui ſcilicet hoc "nomine vocaretur, cujus ſe quidem veluti pa-"trem curam habiturum eſſe pollicebatur, terræ "vero Hebræorum *magnam* ſub ipſo felicitatem "largiturum, cum aliis bonis cumulatam, tum eo "quod omnium maximum eſt, pace & quiete ab "hoſtibus & diſcordiis civilibus. Tu itaque, cum "à Deo, etiam antequam natus eras, rex fueris de-"ſignatus, da operam ut & cætera dignum te "præbeas ejus providentia, pietatem colens & ju-"ſtitiam atque fortitudinem: mandata quoque e-"jus & leges per Moyſen traditas cuſtodi, & ne "patiare alios peccare. Templum autem, quod te-"regnante ſtrui ſibi voluit, modis omnibus age ut "Deo perficiatur, nihil attonitus operis magnitu-"dine, neque ejus difficultatem pertimeſcens. nam "ut omnia tibi ante obitum meum parata ſint "efficiam. Scito ſane collecta eſſe auri quidem "decem millia talentorum, argenti vero centum "millia. Quin & æs & ferrum innumerabile con-"geſſi: & ad hæc lapidum & lignorum materiæ "vim immenſam. Prætereaque habes fabrorum "la-

XI. *Davides hortatur Solomonem ut ad Templi exſtructionem ſe cum alacritate accingeret. 1 Paral. c. 22.*

m Ἐκεῖνε τ᾽ τόπον ⸀κεῖνον] Vide 1 Par. c. 22. v. 1.

n Οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ.] Ἀλλὰ ⸀πιεχθῆ πρὸς ⸂ Θεὸν adjicit Zonaras.

o Παροίκους,] Προσηλύτους LXXII.

p Τρισχιλίους ⸂] Auctoritate *MSS.* ⸀ ante τρισχιλίους, quod in *Editis* exſtabat, delevi.

q Ἡτοίμασε ⸂] Ἡτοίμα ſolus *Vat.*

r Σιδωνίων.] Σιδονίων *Big.*

s Κατασκεύασαι] Ita cum *Big.* & *Samb. Hen.* & *Busb.* in *reliquis* οἰκοδομήσοι. κατασκεύασαι τ᾽ ναὸν αὐτοῦ τῷ Θεῷ ⸀κέλευσε *Baſ.* & *G.* κατασκεύασαι τῷ Θεῷ ναὸν αὐτῷ ⸀κέλευσε Δι᾽ ἑξαριθμῷ *Vat.*

t Οἰκοδομήσει τ᾽ ναὸν αὐτῷ,] Ita *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* in *reliquis* οἰκοδομήσοι.

v Καὶ πρὸ τ᾽ ῥύσεως] Καὶ inſerui ex *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

x Ἀποδειλιάσας] Ἀποδειλιάσῃς *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

y Ἤδη τάλαντα] Vocem ἤδη accepi ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

z Δέκα ⸂] Hic *Joſephus* diſſentit à *S. Literis*: in quibus, *auri centum millia talentorum, argenti decies centena millia.* Hac de re videſis *Villalpandum* tom. III. p. 412. *Brerewoodum* de *Ponderibus*, c. 6. & *Uſſerium* in *Epiſt.* ad *L. Cappellum*, p. 214.

"lapidariorum & lignariorum multas myriadas: &
Verba etiam ea de re facit ad populum. 1 Paral. c. 22.
"si quid hisce defuerit, tu supplebis. Quapropter
"hoc opere absoluto gratus eris Deo, ejus gau-
"dens patrocinio." At post hæc populi etiam principes adhortatus est, ut in structura filium *pro virili* adjutarent, & ab omni malo immunes Dei cultui curando *unice* vacarent. fore enim ut pro his vicissim accipiant pacem pulchramque rerum administrationem, quibus homines pios justosque remunerare solet Deus. Cum autem templum esset exstructum, jussit arcam in eo reponi & vasa sacra, quæ multo ante templum habuisse debuerant, nisi patres nostri mandata Dei neglexissent, qui præceperat ut quamprimum nacti fuissent hanc terram ipsi templum ædificarent. Atque ista quidem Davides ad principes filiumque suum loquutus est.

Abesace Davidis fotrix. 3 Regum, c. 1.
3. Jam vero ætate ingravescente, ejusque corpore præsenio frigescente, alsiosus factus est, ut ne quidem multarum vestium injectu caleseret. Cum autem medici convenissent, suasissentque, ut virgo forma præcellenti per totam regionem conquisita una cum rege dormiret, (id enim contra frigus auxilium fore, fovente eum puella) inventa est in urbe una femina omnium feminarum *ejus ætatis* pulcherrima, Abesace nomine, quæ solummodo cum rege somno se dando eum calefaciebat. nam præ senectute rebus venereis uti & cum feminis consuescere non valebat. Sed de hac virgine mox infra dicemus.

Adonias regnum affectat. 3 Regum, c. 1.
4. Adonias autem quartus Davidis filius, juvenis singulari pulchritudine & proceritate, ex uxore Ægistha ei natus, nomine Adonias, ingenio Absalomo simili, ipse regni spe elatus erat, & amicis dicebat; oportere ipsum imperium suscipere. atque currus multos & equos & præcursores viros quinquaginta sibi comparavit. Quæ cum pater videret, neque ipsum *verbis* castigabat, neque reprimebat quo minus ejusmodi quid animo versaret: ac ne eo *quidem* processit ut scisciteretur, quem in finem ista ageret. Adjutores autem Adonias habebat, Joabum imperatorem & Abiatharum pontificem: solique *conatibus ejus* resistebant, Sadocus pontifex, & Nathanas vates, & Banajas satellitum præfectus, & Semeis Davidis amicus, virorumque fortissimorum cohors. Cum autem Adonias convivium apparasset extra urbem ad fontem qui est in horto regio, eoque fratres suos omnes præter Solomonem vocasset, quin & secum assumpsisset Joabum imperatorem & Abiatharum & principes tribus Judæ; at Sadocum pontificem & Nathanam vatem & Benajam satellitum *regiorum* præfectum, & quotquot ab altera parte steterunt, non invitasset ad convivium: hujus rei indicium ad Solomonis matrem Beethsaben detulit Nathanas vates,
Beethsabe, Nathana eam summonente, à Davide regnum Solomoni petit. 3 Reg. c. 1.
Adoniam scilicet pro rege se gerere, idque inscio

"μυριάδας καὶ πιτόνων· ἂν δέ τι [a] τύτοις σὺ περσ-
"δέῃ, σὺ περσθήσεις. [b] γινομένε τοίνυν τύτε, ἄρες-
"ἔσῃ τῷ Θεῷ αὐτὸν ἔχων περσάτλω." [c] περσπαρεκε-
λεύσατο δὲ καὶ τὺς ἄρχονλας ⸗ λαῦ, τ οἰκοδομίας [d] συλ-
λαβέσθαι τῷ παιδὶ, καὶ πάντων ἀδεεῖς ὄντας τ κακῶν
σῴζει τὸν ⸗ Θεὸν θρησκείαν [e] ἀγολεῖν. [f] καρπώσεθαι γὰρ
αὐτὺς ἀντὶ τύτων εἰρήνλ καὶ δυνομίαν, οἷς ἀμείψεται
τὺς δισεβεῖς καὶ δικαίως ὁ Θεὸς ἀνθρώπυς. οἰκοδομηθέν-
τος ⸗ ναῦ, [g] τὸν κιβωτὸν εἰς αὐτὸν ἀποθέσθαι περσέ-
ταξε, καὶ τὰ ἅγια σκεύη, περὶ πολλῶ ναὸν ὀφείλοντα ἔ-
χειν, εἰ τ ἐντολῶν ⸗ Θεὸν μὴ παρήκησαν ἡμῶν οἱ πατέ-
ρες, ἐντελαμένε μ τὸ τὸν γλῶ τύτλω καταχεῖν οἰκο-
δομήσαι ναὸν αὐτῷ. ταῦτα μὲν πρὸς τὺς ἡγεμόνας ὁ Δαυί-
δης ⸗ τ ὑὸν αὐτ διελέχθη.

γ'. Πρεσβύτερος ⸗ ὢν ἤδη, καὶ τῷ σώματι ⸗ αὐτ
ψυχομένῳ λοιπὸν τ χρόνον, [h] δυσεργὴς [i] ἐτύγχανε, ὡς
μηδ' ὑπὸ τ ἐπιβολῆς ἐκ πολλῶν ἱματίων ἡμένης ἀν-
αθερμαίνεσθαι. σωελθόντων ⸗ τ ἰατρῶν, καὶ συμβαλόντων,
ὅπως ἐξ ἀπόρου τ χρόνε δυνατὸς ἐπιλεχθείσα παρ-
θένος ⸗ συγκαθεύδῃ τῷ βασιλεῖ· τῶτο γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ
ῥῖγος ἔσεσθαι βοήθημα, θαλπόνης αὐτὸν τ κόρης· [i] δυ-
σόσκε] ἐν πόλει γυνὴ μία πασῶν τὸ εἶδος ⸗ ἀρίστη γυναι-
κῶν, [k] Αβισάκη τέκνομα, ἡ συγκοιμωμένη [l] μόνον τῷ
βασιλεῖ σωεθέρμαινεν αὐτόν. ὑπὸ γὰρ γήρως ἰὼ πρὸς τὰ
ἀφροδίσια καὶ γυναικὸς ὁμιλίαν ἀδυνής. ἀλλὰ περὶ μὲν
τύτης τ παρθένε μετ' ὀλίγον δηλώσομεν.

δ'. Ο δὲ τέταρτος ⸗ υὸς [m] Δαυίδε, νεανίας ὡραῖος
καὶ μέγας, ἐκ γυναικὸς αὐτῷ [n] Αἰγισθῆς γεγονὼς, Αδω-
νίας δὲ περσαγορευόμενος, ἐμφερὴς ὢν Αβεσαλώμῳ
[o] τὸν ἀδελφὸν, αὐτὸς [p] ὡς βασιλεύσων ὑπῆρχε, καὶ
πρὸς τὺς φίλυς ἔλεγε, ὡς τὸν ἀρχὸν αὐτὸν δεῖ ⸗ θω-
λαβεῖν. καὶ σκευάσας ⸗ ἅρματα πολλὰ ⸗ ἵππυς, καὶ πεν-
τήκοντα ἄνδρας τὺς περδρόμυς. ταῦθ' ὁρῶν ὁ πατὴρ, οὐκ
ἐπέσχηλησεν, οὐδ' ἐπέσχεν αὐτὸν τ προαιρέσεως· ὦδε
μέχρι τῆ [q] πύθεσθαι, ἀφ' τίνων πρόεισιν, [r] προήχθη.
σωεργὸς δ' εἶχεν Αδωνίας, τ στρατηγὸν Ἰώαβον ⸗ τ ἀρ-
χιερέα Αβιάθαρον. μόνοι δ' ἀντέστησαν, ὁ ἀρχιερεὺς
Σάδωκος ⸗, καὶ ὁ προφήτης [s] Ναθάνας, καὶ Βαναίας ὁ ὕπαρ-
τ σωματοφυλάκων, καὶ [t] Σεμεῖς ὁ Δαυίδε φίλος ⸗, καὶ
πάντες οἱ ἀνδρειότατοι. τῷ ⸗ Αδωνία ⸗ θσαν καλέσαντι δεῖπνον ἔξω τ πόλεως, ⸗ πρὸς τὸν πηγὸν [u] τὸν ἐν τῷ βα-
σιλικῷ ⸗ θσείσῳ, καὶ πάντας καλέσαντος ⸗ τὺς ἀδελφὺς
χωρὶς Σολομῶνος ⸗, ⸗ θσαλαβόντος ⸗ ⸗ τ στρατηγὸν Ἰώα-
βον καὶ Αβιάθαρον καὶ τὺς ἀρχοντας τ Ἰούδα [x] φυλῆς,
τὺς ⸗ περὶ τ ἀρχιερέα [y] Σάδωκον καὶ Ναθάναν τ προ-
φήτην, καὶ τ ὑπὲρ τ σωματοφυλάκων Βαναίαν, καὶ πάν-
τας τὺς ἐκ τ ἐναντίας αἱρέσεως, οὐκ ἐκάλεσεν ὑπὲρ τὸν
ἐχθρὸν· τῶτο πρὸς τὸν Σολομῶνος κατεμήνυσε μητέρα
[z] Βεθσαβεὲ Ναθάνας ὁ προφήτης, ὡς Αδωνίας βασι-
λεύς

a Τύτοις σοὶ] Τύτον solus *Vat.*

b Γινομένε τοίνυν τύτε,] Ita *Bas.* Γινομ. τ. τ. ἄρεσ⸗ ἔσῃ τ Θεὸν ἔχων πρ. *Samb.* Γιν. τ. τ. ἄρεσ⸗ ἔσῃ τ Θεὸν αὐτὸν ἔχων *Big.* Γίνε τὰ τῶν ἄρεσ⸗ τ Θεὸν ἔχων περσάτλω *Vat.* unde (præsertim cum *Epiphanius* habeat, *esto igitur optimus gubernator Deum habendo patronum*) legendum censeo, Γίνε τοίνυν ἄρεσ⸗, τ Θεὸν ἔχων περσάτλω.

c Περσπαρεκελεύσατο] Conf. inf. lib. VIII. c. 5. §. 2. SPANH.

d Συλλαβέσθαι] Συλλαμβάνεσθαι *Big.* & *Coll. Voss.*

e Αγολεῖν.] Εὐγολεῖν *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

f Καρπώσεσθαι γὰρ] Καρπώσασθαι solus *Vat.*

g Τὸν κιβωτὸν εἰς αὐτὸν] Ita *Big.* τὸν κιβωτὸν αὐτὸν ἀνθίδσθαι *Samb.* τὸν κιβωτὸν αὐτῷ ἀπ. *Vat.* τὸν κιβωτὸν ἀνθέσθαι *Bas* & *G.* Sic *Epiphanius* vertit, *arcam eum præcepit illic & sacra vasa recondere.*

h Δυσεργὴς ὑπῆρχεν,] Δύσεργ⸗ in *MSS.*

i Εὐσόσκε] Ἐυρέθη *Vat.*

k Αβισάκη τέκνομα,] Ita in *Græcis* omnibus. Αβισάκη *Cedreno.* Αβισάγη juxta *Epiphanium.*

l Μόνον τῷ βασιλεῖ,] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* ἡ συγκ. τῷ βασιλεῖ σωεθέρμαινεν αὐτὸν μόνον.

m Δαυίδε,] Τῦ Δαυίδε *Samb.*

n Αἰγισθῆς γεγονὼς,] Αἰγίσθης *Samb.* Αγίθης *Vat.* Αἰγίθης vel Αγίθης juxta *Epiphanium.*

o Τὸν Αβέσσαλων,] Τῆτε Αβεσσία *Vat.*

p Ὡς βασιλεύσων ὑπῆρτο.] Ὡς βασιλεὺς ὢν *Big.* & *Samb.*

q Πύθεσθαι,] *Al.* πυθέσθαι.

r Προήχθη.] Δ'ενοήθη *Vat.*

s Ναθάνας,] Ita ut supra p. 381. §. 3. in *Editis*, *Alibique* hic loci Νάθαν.

t Σεμεῖς ὁ] Σεμεὶς *Big.* & *Samb.* Σεμεῖαν *Vat.* & *Epiphan.*

u Τὸν ἐν τῷ βασιλικῷ ⸗θσείσῳ,] Τὸν abest *Big.* & *Samb.* De hoc fonte vide *Theodoret.* ad 2 *Regum*, ΕΡΩΤ. μ'. *Drusii* Fragm. Gr. Interpp. p. 260. & *Villalp.* App. Part. 1. p. 191.

x Φυλῆς, τὺς ⸗ περὶ τ ἀρχιερέα] Οὗτοι γὰρ πάντες παρῆσαν post φυλῆς adjiciunt *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* verum ea non agnoscit *Epiphan.*

y Σάδωκον] Σαδδοκεὶ insertum dedi ex *MSS.* & *Vet Interpr.* & τὺς περὶ τ ἀρχιερέα Σ accipio cum *Epiphanio* pro Σάδωκον ⸗ τ ἀρχ. &c. quo modo plane exstat in *Cod. Vat.* & mox τὸν ⸗ περὶ τ &c.

z Β.θσαβεὲ] Ita & p. 380. §. 1. Βεθσαβὲ in *Editis.* Βερσάβεε *Big.* & *Samb.* Βερσαβεὲ *Vat.*

λεύς ἐστι, καὶ τῦτ' ἀγνοεῖ Δαυΐδης, συνεβάλλετό τι σώζειν αὐτῷ καὶ τὸν παῖδα [a] Σολομῶνα, καὶ πρὸς Δαυΐδην προσελθόντων μόνῳ λέγειν, "ὡς αὐτὸς μὲν ὁμόσοι μετ' αὐτὸν "Σολομῶνα βασιλεύειν, μεταξὺ δὲ Ἀδωνίας τὴν ἀρχὴν "ἤδη παραλάβοι." πρῶτα μὲν τῷ βασιλεῖ προσλεγομένης, ὁ προφήτης ἐπεισελεύσεται καὶ αὐτὸς ἔφησε καὶ τοῖς λόγοις αὐτῆς ἐπιμαρτυρήσειν. ἡ μὲν Βεθσαβὴ, πρόσεισι τῷ Ναθάνᾳ πάρεσι πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ προσκυνήσασα, καὶ λόγον αἰτησαμένη, πάντ' αὐτῷ [b] καθὼς ὁ προφήτης ὑπ' ἐκείνου διεξέρχεται, τό, τε δεῖπνον [c] τῦ Ἀδωνία, καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ κεκλημένους, Ἀβιάθαρον τὸν ἀρχιερέα καὶ Ἰωαβον τὸν ἀρχοντα, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ χωρὶς Σολομῶνος καὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτοῦ φίλων, μεμυσάζα. ἔλεγέ τε [d] παῦσαι τὸν λαὸν ἀφορᾶν τίνα χειροτονήσει βασιλέα· παρεκάλει τε καὶ νομὴν ἔχειν, [e] ὥστε μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ βασιλεύσας αὐτῷ τε καὶ Σολομῶνα τὸν υἱὸν αὐτῆς [f] ἀναιρήσει.

ε'. Διαλεγομένης δὲ ἔτι τῆ γυναικὸς, ἤγγελλον οἱ τῦ δωματίῳ [g] θεσεσῶτες, ὅτι βέλει Ναθάνας ἰδεῖν αὐτόν. τῦ δὲ βασιλέως [h] ἐκδέξασθαι κελεύσαντος, εἰσελθὼν, εἰ τήμερον ἀποδείξειε τὸν Ἀδωνίαν βασιλέα ἐν Ἰερουσαλήμ τῷ δεῖπνον, ἐπυνθάνετο. λαμπρὸν γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι δεῖπνον κεκληκέναι τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ πάντας χωρὶς Σολομῶνος, καὶ τὸν στρατηγὸν [i] τὸν Ἰωαβον, οἱ, μὴ κρότου ἐν παιδιᾶς διωχυμένοι πολλῆς, [k] αἰώνιον αὐτῷ [l] συνευχόμενοι τὴν ἡγεμονίαν· ἐκάλεσέ τε ἔφη ἐμὲ, ἔφη τὸν ἀρχιερέα Σάδωκον, ἔφη Βαναίαν τὸν ὑπὲρ τῶν σωματοφυλάκων. δίκαιον δὲ εἶναι πᾶσιν ἅπαντας, εἰ καὶ τῷ σῷ γνώμῃ ἐγίνετο. πῶτα δὲ Ναθάνα φήσαντος, ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε καλέσαι τὴν Βεθσαβεὲ πρὸς αὐτόν. ἐκκεχωρήκει γὰρ ἐκ τῦ δωματίῳ, προφήτου φθεγξομένου. ἡ δὲ γυναικὸς ἐλθόντος, "ὄμνυμί σοι, φησὶ, "τὸν μέγιστον Θεὸν, ἢ μὲν τὸν υἱόν σε Σολομῶνα [m] βασι"λεύσειν, ὡς ἐμὲ πρότερον ὤμοσας, καὶ τῷδε τήμερ καθ' "ἡμᾶς θρόνῳ, καὶ τῦτ' ἔσεσθαι σήμερον." προσκυνησάσης δὲ αὐτὸν τὴν γυναικὸς, καὶ μακρὸν εὐξαμένης αὐτῷ βίον, Σάδωκον μεταπέμπεται τὸν ἀρχιερέα, καὶ Βαναίαν τὸν ὑπὲρ τῶν σωματοφυλάκων. καὶ [o] προσταχθέντων κελεύει προσλαβεῖν Ναθάναν τε τὸν προφήτην, καὶ τοὺς παῖδας τὸν αὐλὸν ὀπαλίπτας ἅπαντας, καὶ ἀναβιβάσαντας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶνα ὑπὲρ τὸν [p] βασιλικὸν ἡμίονον, ἔξω τῆς πόλεως ἀγαγεῖν ὑπὲρ τὴν πηγὴν τὴν λεγομένην [q] Γιών· καὶ θεὶς χέλυσας τὸ ἅγιον ἔλαιον ἀποδεῖξαι βασιλέα. τῦτο δὲ ποιῆσαι προσέταξε Σάδωκον τὸν ἀρχιερέα καὶ Ναθάναν τὸν προφήτην, ἀναλαβόντας τε προσέταξε ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλεως, τοὺς κέρασιν ὑπασαλπίζοντας, βοᾶν, "εἰς αἰῶνα [r] τὸν Σολομῶνα τὸν βα"σιλέα καθίσαι ὑπὲρ τῦ βασιλικῦ θρόνου." ἵνα γνῶ πᾶς [s] ὁ λαὸς ἀποδεδειγμένον αὐτὸν [t] ὑπὸ τῦ πατρὸς βασιλέα. Σολομῶνι δὲ [v] ἐντέταλκε θεῖ τὴν ἀρχὴν, ἵνα εὐσεβῶς καὶ δικαίως θεσῇ [x] τῦ τῶν Ἑβραίων ἔθνους παντὸς καὶ τὴν Ἰούδα Φυλῆς. Βαναίας δὲ εὐξαμένου τὸν Θεὸν Σολομῶνι εὐμενῆ γενέσθαι, μηδὲ μικρὸν ἀφαλιπόντες, ἀναβιβάζουσιν ὑπὲρ τὸν ἡμίονον τὸν Σολομῶνα· καὶ [y] προάγοντες ἔξω τῆς πόλεως ὑπὲρ τὴν πηγὴν, καὶ τῷ ἐλαίῳ χείσαντες, [z] εἰσῆγον εἰς τὴν πάλιν ἐπευφημοῦντες, καὶ τὴν βασιλείαν [a] αὐτῷ γε-

Davide; deditque ei consilium ut suæ filiique Solomonis saluti prospiceret, & sola ad Davidem ingressa ei diceret, "quod ipse quidem juraverit sibi "in regno successurum esse Solomonem, interim "vero Adonias imperium jam susceperit." dum autem hæc ad regem loqueretur, se superventurum esse præterea dicebat vates, verbisque ipsius fidem facturum. Bethsabe paruit Nathanæ & regem adit: & cum eum adorasset veniamque dicendi petiisset, omnia sicuti vates monuerat ordine recenset; facto indicio, ut convivium apparaverat Adonias, & Joabum exercitus ducem vocaverat, & Abiatharum pontificem, & filios ejus absque Solomone ejusque necessariis amicis. addebat etiam *totum* populum *suspensum* exspectare quemnam regem declararet; orabatque ipsum & obsecrabat, ut secum reputaret, quod ille, si post ipsius discessum regnarit, & ipsam & Solomonem filium suum perimet.

5. Muliere autem adhuc cum rege loquente, *regii* cubiculi præfecti ei nunciatum veniunt, Nathanam velle ipsum videre. Rege autem jubente ut illum exciperent, ingressus percontabatur an hodie regem declararit Adoniam, eique imperium tradiderit. ipsum enim splendido convivio adornato filios ejus omnes excepto Solomone invitasse & Joabum imperatorem, qui cum plausu multoque joco epulantes imperium illi æternum apprecantur: cum *interea* neque me, neque Sadocum pontificem, neque Banajam satellitum præfectum evocaverit. Æquum vero esse ut omnibus innotescat, num hæc gerantur ex tua sententia. Postquam hæc dixerat Nathanas, rex Beethsaben acciri jussit. excesserat enim cubiculo ad vatis adventum. Cumque mulier se stitisset, "juro, "inquit, tibi per Deum maximum, filium tuum "Solomonem certe regnaturum esse, ut jam ante "juravi, eumque in solio meo sessurum, idque hac "ipsa die." Ubi autem mulier regem adoraverat, eique longam vitam precata fuerat, Sadocum pontificem ad se accersit *rex* & Banajam satellitum præfectum. ipsisque comparentibus jubet ut assumpto Nathana vate & militibus omnibus qui circa aulam *regiam* essent, impositoque filio ipsius Solomone in mulam regiam, extra urbem illum deducerent ad fontem qui vocatur Gihon, sacroque oleo circumfuso inunctum regem declararent. Hoc autem negotium Sadoco pontifici & Nathanæ vati dari voluit; illisque mandavit, ut eum per mediam urbem comitantes, cornibus inflatis, clamarent, "in *omne* ævum solo regio sedeat Solo"mon rex:" ut pro comperto habeat populus universus regem eum à patre constitutum. Solomoni autem de regno in mandatis dedit, ut pie & juste præsit omni Hebræorum populo & Judæ tribui. Cumque Banajas vota nuncupasset, ut Deus Solomoni propitius adsit, protinus Solomonem mulæ imponunt, deductumque extra urbem ad fontem, oleoque inunctum, rursus in eam cum fastis acclamationibus reducebant, *Deum obtestantes* precantesque ut quam diutissime regnet: dein in

Nathanas etiam Davidem adit, eique consilium dat. 3 Reg. c. 1.

Davides Solomonem fieri regem jubet. 3 Reg. c. 1.

a Σολομῶνα,] Sic *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* Σολομῶνα βασιλεύειν. μεταξὺ δὲ Ἀδωνίας.

b Καθὼς ὁ προφήτης] Ita cum *MSS.* καθὰ in *Editis.*

c Τῦ Ἀδωνία,] Τῷ Ἀδωνίᾳ *Big.* & *Samb.*

d Πάντα τὸν λαὸν] Πάντα inserui ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

e Ὥστε μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν] Ὡς μὴ *Big. Samb.* & *Vat.*

f Ἀναιρήσει.] Ἀναιρήσειν *Vat.*

g Θεσεσῶτες,] Ita lego cum *Big.* & *Samb.* παρεσῶτες in *Editis*, *Aliisque.*

h Ἐκδέξασθαι κελεύσαντος,] Μὴ ἐκδέξασθαι *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* HUDS. Forte εἰσδέξασθαι. COCC.

i Τὸν Ἰωάβον,] Τὸν abest *Vat.*

k Αἰώνιον αὐτῷ] Αἰωνίαν *Vat.*

l Συνευχόμενοι] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* συνεύχων in *Editis.*

m Βασιλεύσειν.] Βασιλεύειν *Big.* & *Samb.*

n Καθίσαι ἐπὶ θρόνου,] Καθεδεῖσθαι in *Iisdem.*

o Παραγγειλάντων κελεύει] Παραγγειλαμένοις *Samb.* & *Vat.* παραγγειλαμένους *Coll. Big.* παραγγειλάμενος *Coll. Voss.*

p Βασιλικὸν ἡμίονον,] Βασιλικῷ αὐτῦ ἡμίονον *Vat.*

q Γιών·] Ita cum LXXII. quòd Γεὼν habeant *Big.* & *Samb.* Verum Γιὼν in *Editis.* Σιὼν *Vat.* Videsis *Villalpand.* in App. P. 1. l. 3. c. 15. p. 190, & 191. & *Annott.* ad p. 406. §. 4.

r Τὸν Σολομῶνα] Τὸν deest *Vat. Big.* & *Samb.*

s Ὁ λαὸς ἀποδεδειγμένον] Articulum ὁ reposui ex *MSS.*

t Ἀπὸ τῦ πατρὸς] Ὑπὸ *Samb.* (quod & *Coccejus* vult) & *Vat.*

v Ἐντέταλκε θεῖ τὴν ἀρχὴν,] Ita juxta *Epiphanium*, favente nonnihil *Vat.* qui ἐντεταλθαι habet. ἐντετάλθαι *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* ἐπιτεταλ in *Editis*, forsan pro ἐπιτέταλ. HUDS. Lege ἐπιτέταλ. COCC.

x Τῦ τῶν Ἑβραίων ἔθνους] Τῦδ' Ἑβρ. *Samb.* τῶνδε Ἑβρ. *Vat.*

y Προάγοντες] Προαγαγόντες *Big.* & *Vat.* συναγαγόντες *Samb.*

z Εἰσῆγον εἰς τὴν πόλιν] Εἰσήγαγον *Vat.*

a Αὐτῷ γενέσθαι] Αὐτῦ *Vat.*

b Οἱ-

in domum regiam adductum ſolio *paterno* collocant. moxque totus populus ad convivia diemque feſtum celebrandum convertebatur, choris tibiiſque ſeſe *adeo* oblectantes; ut ex ingenti inſtrumentorum numero terra ſimul omnis & aër undique circumſonaret.

Solomon rex ſalutatur. 3 *Reg. c.* 1.

6. Ut vero clamorem acceperunt Adonias ejuſque convivæ, animis conſternati erant: & Joabus imperator dicebat, ſibi nec placere ſonitum iſtum nec tubam. Dumque appoſitum eſſet convivium & nemo de eo deguſtaret, ſed omnes cogitatione defixi tenerentur, accurrit ad eos Jonathas pontificis Abiathari filius. Cum vero Adonias juvenem conſpexiſſet libens, bonumque nuncium vocaſſet, *ordine* illis rem totam de Solomone regiſque Davidis voluntate expoſuit. Tum omnes, & Adonias & qui ab eo invitati fuerant, cum propere è convivio ſurrexiſſent, domum quiſque ſuam diffugiebant. Adonias autem, veritus regem ob ea quæ in eum admiſerat, Deo fit ſupplex, cornibus etiam altaris, quæ ſcilicet prominebant, ab eo prehenſis. Nunciatur Solomoni quod hoc fecerit *Adonias*, quodque fidem jurejurando ſibi dari obſecret, "ipſum nec injuriæ memorem fore, nec ma-"li aliquid ſibi illaturum." At ille clementer admodum prudenterque ob iſtud quidem peccatum ei veniam dedit & impunitatem, monito tamen, "ſi poſthac in novis rebus moliendis fuerit depre-"henſus, ſibimet debere pœnam acceptam ferre." Deinde miſit qui illum à ſupplicatione excitarent. Cumque ad eum veniſſet & adoraſſet, domum ſuam juſſit diſcedere, nihil *mali* ſuſpicantem; ac in poſterum ſemet virum bonum præſtare, ut hoc ſibi in emolumentum cederet, volebat.

Hoc audito Adonias ad aram confugit. 3 *Reg. c.* 1.

Davides ſacerdotes & Levitas in claſſes dividit, eiſque munera aſſignat. 1 *Paral. c.* 23. 24. *&c.*

7. Cum autem Davidi in animo eſſet filium totius populi regem declarare, convocat principes *univerſos* Hieroſolyma una cum ſacerdotibus ac Levitis. atque * hiſce primum numeratis, invenit virorum triginta octo millia à trigeſimo ad quinquageſimum annum: ex quibus curatores quidem templi ædificandi conſtituit viginti tria millia, judices vero populi & ſcribas eorum ſex millia, janitores autem domus Dei quatuor millia, totidemque qui Deum laudarent, canentes ad inſtrumenta *muſica* à Davide facta, quemadmodum ante diximus. Illos autem in familias diſtribuit: & ſeparatis à *reliqua* tribu ſacerdotibus, horum viginti quatuor familias invenit: & quidem ex Eleazari domo ſexdecim, ex Ithamari vero octo. inſtituitque ut una familia miniſtraret Deo per dies octo, à Sabbato uſque ad Sabbatum. atque ſic familiæ omnes ſortem *ſuam* acceperunt in præſentia Davidis, & Sadoci & Abiathari pontificum, & omnium principum. Et familia quidem cujus ſors prima exiit, ſcripta eſt prima: ſecunda vero deinceps uſque ad vigeſimam quartam. Atque hæc diviſio manſit in hodiernum diem. Fecit autem & de tribu Levi-

Pag. 401. §. 3.

νέσθαι πολυχρόνιον ὄγκόμενοι· καὶ θορυβούντες εἰς τὸν οἶκον βασιλικὸν, καθίζουσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἐπ' εὐωχίαν ὕθυς ἐτράπη καὶ ἑορτὴν, χορεύων καὶ αὐλοῖς τερπόμενος· ὡς ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὀργάνων ἅπασαν ἠχεῖσθαι τὴν γῆν καὶ ἀέρα.

ς'. Ὡς δ' ἤκουσε τῆς βοῆς Ἀδωνίας τε καὶ οἱ παρόντες ὅτι τὸ δεῖπνον, ἐταράχθησαν· ὅ τε στρατηγὸς Ἰωάβος ἔλεγεν, ὡς οὐκ ἀρέσκεται τοῖς ἤχοις ἅδε τῇ σάλπιγγι. θορυβουμένου δὲ τοῦ δείπνου, καὶ μηδενὸς γνόμένου, πάντων δ' ἐπ' ἐννοίας ὑπαρχόντων, εἰσπτέσχε πρὸς αὐτὸν ὁ τοῦ ἀρχιερέως Ἀβιαθάρου παῖς Ἰωνάθης. τοῦ δ' Ἀδωνία θεασαμένου τὸν νεανίαν ἡδέως, καὶ προσφωνοῦντος ἀγαθὸν ἄγγελον, ἐδήλου πάντ' αὐτοῖς τὰ περὶ τὸν Σολομῶνα καὶ τὴν Δαυΐδου τοῦ βασιλέως γνώμην, ἀναπηδήσαντες δ' ἐκ τοῦ συμποσίου ὅ, τε Ἀδωνίας καὶ οἱ κεκλημένοι πάντες ἔφυγον πρὸς ἑαυτοὺς ἕκαστοι. Φοβηθεὶς δ' Ἀδωνίας τὸν βασιλέα περὶ τῶν γεγονότων ἱκέτης γίνεται τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν τοῦ θυσιαστηρίου κεράτων, ἃ δὴ περιεῖχεν, ἐλλαβόμενος. δηλῶσαι τῷ Σολομῶνι πεποιηκὼς, καὶ πίστεις ἀξιῶν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ὡς μὴ μνησικακῆσαι, μηδ' ἐρχόσασθαι δεινὸν αὐτὸν μηδέν. ὁ δὲ, ἡμέρως πάνυ καὶ σωφρόνως τῆς μὲν τότε ἁμαρτίας αὐτὸν ἀφῆκεν ἀθῷον, εἰπὼν δ' εἰ ληφθείη τι πάλιν καινοποιῶν, ἑαυτῷ αἴτιον τῆς τιμωρίας ἔσεσθαι. καὶ πέμψας αὐτὸν ἀνίσησιν ἀπὸ τῆς ἱκεσίας. ἐλθόντα δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ προσκυνήσαντα, εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἀπελθεῖν ἐκέλευσε, μηδὲν ὑφορώμενον, καὶ τὸ λοιπὸν παρέχειν αὐτὸν ἀγαθὸν ὡς αὐτῷ τὸ συμφέρον ἥξει.

ζ'. Βουλόμενος δὲ Δαυΐδης παντὸς τοῦ λαοῦ ἀποδεῖξαι τὸν ἑὸν βασιλέα, συγκαλεῖ τοὺς ἄρχοντας εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς Λευίτας. ἐξαριθμήσας δὲ τοὺς πρώτους, διέμεινε τὰ ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν ἕως πεντήκοντα τετρακισμύριοι ὀκτακισχίλιοι, ἐξ ὧν ἀπέδειξεν ἐπιμελητὰς μὲν τοῦ οἰκοδομίας τοῦ ναοῦ, δισμυρίους τρισχιλίους· κριτὰς δὲ καὶ γραμματεῖς τούτων ἑξακισχιλίους, πυλωροὺς δὲ τετρακισχιλίους τοῖς οἴκοις τοῦ Θεοῦ, καὶ τοσούτους ὑμνῳδοὺς τοῦ Θεοῦ, ἄδοντας τοῖς ὀργάνοις οἷς Δαυΐδης κατασκεύασε, καθὼς προειρήκαμεν. διεμέρισε δ' αὐτοὺς καὶ πατριάς, καὶ χωρίσας ἐκ τῆς Φυλῆς τοὺς ἱερεῖς εὗρε τούτων εἴκοσι τέσσαρας πατριάς· καὶ ἐκ μὲν τοῦ Ἐλεαζάρου οἰκίας ἐκκαίδεκα, ἐκ δὲ τοῦ Ἰθαμάρου ὀκτώ. διέταξέ τε μίαν πατριὰν λειτουργεῖν τῷ Θεῷ ἀπὸ ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ σαββάτου ἐπὶ σάββατον. καὶ ἔτως αἱ πατριαὶ πᾶσαι διεκληρώσαντο, Δαυΐδου παρόντος, καὶ Σαδώκου καὶ Ἀβιαθάρου τῶν ἀρχιερέων, καὶ πάντων τῶν ἀρχόντων. καὶ ἡ πρώτη μὲν ἀναβᾶσα πατριὰ ἐγράφη πρώτη· ἡ δὲ δευτέρα ἀνελθοῦσα ἄχει τὴν εἰκοστὸν τεσσάρων. καὶ διέμενεν ἕστως ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. ἐποίησε δὲ καὶ

---

b Οἶκον βασιλικὸν,] Οἶκον τὸν βασιλικὸν *Big. Samb. & Vat.*
c Ἐπὶ τοῦ θρόνου.] Ἐπὶ θρόνου *Vat.*
d Ἀέρα.] Καὶ τὸν ἀέρα *Big. Samb. & Vat.*
e Ἐπ' ἐννοίας ὑπαρχόντων,] Ἐννοίας *Samb.*
f Τοῦ βασιλέως γνώμην,] Ita *Baſ. & Samb.* τοῦ deeſt *cæteris.*
g Φοβηθεὶς δ' Ἀδωνίας] Φοβηθεὶς δ' ὁ Ἀδωνίας *Vat.*
h Ἱκέτης γίνεται τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. & Vat.* ἱκέτης γίνεται τοῦ θυσιαστηρίου, ἃ δὴ περιεῖχεν ἐκαθέμην in *Editis.* atque *Epiphanius* ſenſu adhuc magis mutilato, vertit, *ſupplex factus eſt ei. Et dum cornu altaris teneret, hoc feciſſe nunciatum eſt Solomoni.* Ἱκέτης τὸ γυναικὸς apud *Thucydidem*, ubi agit de Themiſtocle ad Admetum confugiente, dein in Sacrarium ſe recipiente.
i Αὐτὸν μηδέν.] Αὐτῷ *Big. & Samb.*
k Καὶ πίμψας αὐτὸν] Καὶ deeſt *Big. Samb. & Vat.* agnoſcit tamen *Epiphan.*
l Ἱκεσίας.] Ita cum *MSS.* ut aliquoties ſupra. ἱκετείας in *Editis.*
* *Hiſce primus numeratus,*] Sc. *Levitis* juxta *S. Literas*, 1 *Paralip. c.* 23. *v.* 3.
m Ἐτῶν ἕως πεντήκοντα] Verba illa ἐτῶν ἕως πεντήκοντα inſerui ex *MSS. & Vet. Interpr.*
n Μὲν τοῦ οἰκοδομίας] Illud μὲ ex *Big. Samb. & Vat.*
o Δισμυρίους τρισχιλίους·] Ita *Baſ. Samb. & Epiphan.* δισμυρίους καὶ τρισχιλίους *Vat.* δισμ. τετρακισχιλίους *Gen. & Big.* cum *S. Literis.*
p Κατασκεύασε,] Sic *Samb. & Vat.* κατασκεύασε in *reliquis.*
q Εὗρε τούτων] Alibi ἦνρε edidi. Sed jam εὗρε retineo, meliora edoctus ab *H. Stephano* in *Animadverſ. ad Dialectum Att.* p. 147.
r Διέταξέ τε] Ita *Big. Samb. & Epiphan.* διέταξε δὴ in *cæteris.*
s Ὀκτὼ,] Vide *Scaligerum* in *Canonibus Iſagog.* p. 297.
t Οὕτως αἱ πατριαὶ] Eo modo *Baſ. Samb. & Vat.* ἔτως ἂν αἱ π. in *reliquis.*
v Ἀβιαθάρου] Παρόντων, quo poſt Ἀβιαθάρου exſtabat in *Editis*; auctoritate *MSS. & Epiphanii* ejectum eſſe volui.
x Ἡ δὲ δευτέρα] Aliquid amplius in *ſuo Codice* habuiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *ſecunda pariter & tertia & conſequenter uſque ad* XXIV.
y Καὶ διέμενεν ἕστως] Ita cum *Vat.* διέμενον in *cæteris.*
z Ἄχει τὴν σήμερον] Ex his verbis quidam colligunt Joſephum hos libros ſcripſiſſe ante excidium templi, quoniam eversio tem-

τ Λευίτ@ Φυλῆς εἴκοσι μέρη Ϛ πεσαρα, ϗ κληρωσαμένων ϗ τ αὐτὸν ἀνέβησαν τρόπον τ τ ἱερέων [a] ἐφήμερίσιν [b] ἀπ' ἡμέρας ὀκτώ. της δ' ἀπογόνης Ϝ Μωϋσέως ἐτίμησεν. ἐπῆρσε γὰ αὐτὰς Φύλακας τ ϗησαυρῶν Ϝ Θεοῦ, ϗ τ ἀναθημάτων ἃ συνέβη τοὺς βασιλεῖς [c] ἀναθῆναι, διέταξε ϗ πᾶσι τοῖς ἐκ τ Λευίτ@ Φυλῆς Ϛ τοῖς ἱερεῦσι δουλεύειν [d] νύκτα Ϛ ἡμέραν τῷ Θεῷ, καθὼς αὐτοῖς ἐπέτειλε Μωϋσῆς.

η'. Μετὰ ταῦτα διεμέρισε πᾶσαν τὴν χαλκὰν εἰς δώδεκα μοίρας, σὺν ἡγεμόσι Ϛ ἑκατοντάρχαις Ϛ τεξιάρχαις. εἶχε δ' ἑκάστη τ μοιρῶν δισμυρίας Ϛ τετρακισχιλίας, [e] οὓς ἐκέλευσε παρεδρεύειν ϗ τριάκοντ' ἡμέρας ἀπὸ τ πρώτης ἕως τ ὑστάτης Σολομῶνι τῷ βασιλεῖ σὺν τοῖς χιλιάρχοις ϗ ἑκατοντάρχοις. κατέστησε γὰ Ϛ ἄρχοντας ἑκάστης μοίρας, ὃν ἀγαθὸν [f] ἤδει καὶ δίκαιον, ὑπηρέτας τε τῶν ϗησαυρῶν, καὶ κωμῶν καὶ ἀγρῶν ἄλλας, καὶ κτηνῶν, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμην μνησθῆναι τῶν ὀνομάτων.

θ'. Ὡς δ' ἕκαστα τούτων κατὰ τὸν [g] προειρημένον διέταξε τρόπον, εἰς ἐκκλησίαν συγκαλέσας τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἑβραίων, καὶ τοὺς φυλάρχας, καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῶν Δωρικῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ πάσης πράξεως ἢ κτήσεως τοῦ βασιλέως πεπαγμένους, στὰς [h] ἐφ' ὑψηλοτάτου βήμαΤ@ ὁ βασιλεὺς, ἔλεξε πρὸς τὸ πλῆθ@· "Ἀδελφοὶ Ϛ ὁμοεθνεῖς, γινώσκειν ὑμᾶς βούλομαι, ὅτι ναὸν οἰκοδομῆσαι τῷ Θεῷ Δαυονῆις, χρυσόν τε πολὺν παρεσκευασάμην, ϗ [i] ἀργυρίου πελάντων μυριάδας δέκα. ὁ "δὴ Θεὸς ἐκώλυσέ με Δαβὶδ τοῦ προφήτου Ναθάνα, Δαβίδ τε "τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν πολέμους [k] καὶ τῷ φόνῳ τ ἐχθρῶν "μεμιάνθαι τὴν δεξίαν· τ ᾗ γὰν ἐκέλευσε τ Δαβδεξόμενον τὴν βασιλείαν καθασκεύασαι τ ναὸν αὐτῷ. νῦν "οὖν ἐπεὶ Ϛ [l] τῷ προγόνῳ ἡμῶν Ιακώβῳ δυοκαίδεκα παῖδων ἡγουμένων, ἴσε τ Ιούδαν ὑποδειχθέντα βασιλέα [m] Ϛ "ἐμὲ τ ἀδελφῶν ἐξ ὄντων προκριθέντα Ϛ τὴν ἡγεμονίαν "λαβόντα [n] παρὰ τοῦ Θεοῦ, ϗ μηδένα τούτων δυσχεράναντα, οὕτως ἀξιῶ κἀγὼ τοὺς ἐμαυτοῦ παῖδας μὴ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους, Σολομῶν@ τὴν βασιλείαν "περιληφότ@· ἀλλ' ὑπείξαντας ὡς ὁ Θεὸς αὐτὸν "ἐξελέξατο, φέρειν ἡδέως αὐτὸν δεσπότην. οὐ δεινὸν γὰ "Θεοῦ θέλοντ@ οὐσὶ ἀλλοτρίῳ κρατοῦντ δουλεύειν· "χαίρειν δ' ἐπ' ἀδελφῷ τούτῳ τυχόντι τ τιμῆς προσῆκεν, ὡς κοινωνοῦντας αὐτῆς. εὔχομαι δὴ τὰς ὑποσχέσεις τοῦ Θεοῦ παρελθεῖν εἰς τέλ@, καὶ τὴν δύναμιν ἀΐδιον τούτῳ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν σωθῆναι, ϗ "τ ἅπαντα τοῦτ@ διαμένειν χρόνον, ἐὰν αὐτὸς ἐπιμελείαν παρέχειν ἐπὶ Σολομῶν@ βασιλέως. ἔσαι [o] ᾗ "ταῦτα βέβαια, καὶ καλὸν ἕξει πέρας, ἂν εὐσεβὴς Ϛ "δίκαιον σαυτὸν καὶ φύλακα τῶν πατρίων παρέχῃς νόμων, ὦ τέκνον. εἰ δὲ μὴ, τὰ χείρω προσδόκα, ταῦτα "διαβαίνων."

ι'. Ο μὲν οὖν βασιλεὺς τούτοις πιθησάμεν@ τοὺς λόταrum classes viginti quatuor: factaque sortitione, illis obtigerunt vices similiter ac sacerdotibus per dies octo. At honore *præcipuo* dignatus est Moysis posteros. constituit enim eos custodes thesaurorum Dei, & donariorum, quæ à regibus fuerint dedicata; sancivitque ut Levitæ omnes & sacerdotes continuato diem noctemque ministerio servirent Deo, prout Moyses ipsis præceperat.

8. Cæterum post hæc exercitum totum in duodecim cohortes distribuit, singulæ *cohorti* ducibus *suis* & centurionibus & tribunis assignatis. Cohors autem unaquæque vicena quaterna millia continebat, quos per triginta dies à prima ad ultimam Solomoni regi præsto esse jussit una cum tribunis *suis* & centurionibus. Quin & viros, quos bonos esse noverat justosque, unicuique cohorti præesse voluit: ærarii etiam quæstores, vicorumque curatores & agrorum alios constituit, nunnullosque rei pecuariæ præfecit; quos nominatim *omnes* recensere haud necessarium esse duxi. *Reliquum etiam populum distribuit. Paral. c. 27.*

9. Postquam autem horum singula modo *jam* dicto ordinaverat, advocatis in concionem Hebræorum magistratibus, & tribuum principibus & cohortum ducibus, ad hæc omnibus qui aut regis negotia illa aut facultates procurabant, cum in tribunali solito celsiori constitisset, multitudinem sic alloquutus est: "Fratres & populares, nolo vos ignorare, quod, cum mihi in animo esset ædem Deo "construere, tum auri multum paravi tum argenti "decem millia talentorum. At Deus per Nathanam "vatem mihi ne facerem interdixit, quod multa pro "vobis bella gesserim & hostium cæde dextram "polluerim: voluit autem ut filius, regni succes"sor, ipsi templum exstrueret. Nunc igitur quan"doquidem scitis Judam, Jacobo licet proavo no"stro essent filii duodecim, regem declaratum fuis"se, meque, cum sex fratres essent, *reliquis* præla"tum, & à Deo imperium accepisse, nec eorum "quenquam id ægre tulisse; ita ego quoque oro "obtestorque liberos meos, ut nolint seditionem "commovere, Solomone imperium consequuto; "sed cognito quod Deus ipsum delegerit, eundem "lubenti animo dominum ferre velint. Haud e"nim grave, Deo ita volente, vel extraneo rerum "potienti servire: æquum vero de fratre ad tantum "honoris fastigium evecto sibimet gratulari, ut "qui ejusdem *fortunæ* socii & participes essent. "Equidem precor ut rata habeantur Dei promis"sa, atque hæc ipsa felicitas, quam Solomone re"gnante se largiturum esse pollicitus est, per re"gionem omnem longe lateque diffundatur, æter"numque in ea duratura sit. Ista autem firma ma"nebunt, & felicem exitum habebunt, si te, ô "fili, pium justumque præstiteris, legumque pa"triarum custodem & vindicem. sin minus, ex"specta omnia tibi male cessura esse dum contra "ista facias." *Davides ad Solomonem & populum verba facit, de Templo exstruendo, & de pace & pietate colendis. 1 Paral. c. 28.*

10. Et quidem rex, cum in hæc verba loquutus, *Solomoni in manus tradit exemplar Templi, suosque exponit apparatus ad Templi ædificationem. 1 Paral. c. 28.*

templo cessarunt functiones sacerdotum sorte distributæ. Sed aliunde liquet Josephum primum scripsisse libros de bello & deinde hos: & certum est μερισμὸν, distributionem Sacerdotum in 24 familias, ætate Josephi in usu fuisse, etiamsi in templo non ministrarent, nam & ipse notat e qua ephemeria fuerit. Hodie norunt Judæi post tot seculorum decursum, quinam sint ex genere sacerdotali, quamvis 24 classes distinguere non possint. Sed ætate utique Josephi sciri potuit ex qua familia sacerdotali aliquis esset, quando ii vivebant, qui vel ipsi vel quorum patres in templo ministraverant. Quod si Josephus ipse novit, e qua ephemeria ortum duceret (quod non puto aliquem esse inficias iturum) an non jure dixit illum μερισμὸν sacerdotum in 24 classes mansisse usque ad sua tempora? REL.

a Εφημερίσιν] Non alibi quod sciam, nisi apud *Josephum* in *Vita sua* occurrit vox ἐφημερὶς pro ἐφημερία, qua utuntur LXXII.

b Ἐπὶ ἡμέρας ὀκτώ.] Ἐπὶ ἡμέρας, *Big. Samb.* & *Vat.*

c Ἀναθῆναι,] Ἀναθεῖναι *Samb.*

d Νύκτα ϗ ἡμέραν] Καθ' νύκτα *Vat.*

e Οὓς ἐκέλευσε] Forte pro οὓς legendum censebat in ora Codicis mei *Coccejus* ὧ vel ᾧς. Vetus, *quos præcepit. Coll. Big.* & *Voss.* aperte ᾧς habent, itaque non dubitavi, ut veram lectionem recipere. HAV.

f Ἤδη ϗ δίκαιον,] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἤδη *Aliis.*

g Προειρημένον διέταξε τρόπον] Sic in *MSS.* & *Vet. Interpr.* εἰρημένον in *Editis.*

h Ἐφ' ὑψηλοτάτου βήματ@] Ἐφ' ὑψηλοῦ *Hen.* & *Busb.*

i Ἀργυρίου ταλάντων] Ita *Vat. Samb.* ἀργύρου *Samb.* ἀργύρεον in *Editis.* HUDS. Lege ἀργυρίου. Vetus, *centum millia talentorum.* Hebr. אלף אלפים 1 Paral. 22. 14. COCC.

k Καὶ τῷ φόνῳ] Καὶ τὸ φ. *Samb.*

l Τῷ προγόνῳ] Ita in omnibus *MSS.* & *Vet. Interp.* τ προγόνων in *Editis.*

m Καὶ ἐμὲ τ ἀδελφῶν] Εμέ τε *Big.* & *Samb.*

n Παρὰ Ϝ Θεοῦ,] Παρὰ θεοῦ *Vat.*

o Δὲ ταῦτα βέβαια,] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἴσαι δ' αὐτὰ in *Editis.*

p Καὶ δίκαιον σαυτὸν] Καὶ δίκαιον αὐτὸν φύλακα τ πατρίων προσήκῃς νόμων *Vat.*

tus, esset orationem finivit. Templi autem ædificandi exemplar ejusque ordinationem omnium in conspectu Solomoni tradidit, *ut* & substructionum & ædicularum inferiorum & superiorum; dein quot numero essent quantaque altitudine & latitudine, & quo pondere quæque vasa tam aurea quam argentea fieri deberent, præfinivit. Ipsum autem verbis hortatus est ut summum studium & alacritatem operi adhiberet: simulque principes & tribum Leviticam, ut ei auxilio esse velint, tum quia nondum ad adultam ætatem pervenerit, tum quia Deus ipsum elegerit & ad templum exstruendum & ad populum imperio regendum. Quin & ostendit ædificium haud fore rem magnæ difficultatis aut immensi laboris: præsertim cum ipse multa quidem auri talenta præparaverit, plura vero argenti, ut & ligna, & fabros quamplurimos & lapicidas, smaragdosque & lapides omne genus pretiosos. Et nunc etiam ex sui imperii reditibus ducenta *talenta*, præterea que tria millia talentorum auri puri se suppeditaturum esse dicebat ad sacrarium, & Dei currum Cherubos *exornandos*, quos arcæ insistere oportebit *alis expansis* eam obtegentes. Postquam autem Davides conticuerat, principes & sacerdotes & tribus Levitica magna cum alacritate *suis de facultatibus in commune* contulerunt, & multa liberaliter & magnifice polliciti sunt. nam in se receperunt *auri* quidem talentorum quinque millia daturos & decies mille stateras, argenti vero talentorum decem millia, ferrique talentorum multas myriadas. Ad hæc si cui lapillus erat pretiosus, attulit eum & in thesauros *reponendum* tradidit; quorum curam agebat Ialus Moysis * nepos.

Israëlitarum divites ad Templi constructionem conferunt. 1 Paral. c. 29.

11. His lætus erat & populus universus, & *maxime* Davides, cum videret quo studio principes & sacerdotes & reliqui omnes certatim *ad opus promovendum* ferebantur: atque Deum elata voce laudare cœpit, patrem atque genitorem mundi universi appellans & effectorem rerum humanarum divinarumque, quibus semet præesse voluit simul & gentis Hebræorum curam suscipere, eorumque felicitatis pariter ac regni quod ipse ab eo acceperat. Deinde & fausta *omnia* precatus populo universo, & Solomoni filio mentem sanam & integram & omni virtute corroboratam, jussit ut populus quoque Deo laudes diceret. Atque illi quidem in terram procidentes *Deum* adorarunt; & præterea Davidi gratias egerunt pro *bonis* omnibus quæ ipso regnante perceperant. Postridie vero ejus diei hostias ad Deum adduxerunt, mille vitulos, totidemque arietes, & mille agnos, quos solidis sacrificiis immolarunt: insuper & victimas pacificas obtulerunt, multis myriadibus hostiarum mactatis. Atque tota *ea* die rex & populus universus epulati sunt: & Solomonem iterum oleo inunxerunt, ipsumque regem creaverunt; & Sadocum pro po-

Davides populusque Deo gratias agunt. 1 Paral. c. 29.

Solomon rex creatur. 1 Paral. c. 29.

γως ἐποίησε. τῷ δ' Δαναφὴν καὶ τὴν Δάταξιν τ οἰκοδομίας τοῦ ναοῦ πάντων ὁρῶν ἔδωκε Σολομῶνι, θεμελίων καὶ οἴκων καὶ ὑπερώων, [q] ὅσοι τε τὸ πλῆθος καὶ πηλίκοι τὸ ὕψος καὶ τὸ εὖρος γενοίατο, ὅσα τε σκεύη [r] χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ τούτων τὸν ἀριθμὸν ὥρισεν. προπαρώρμησε δ' καὶ λόγοις [s] αὐτὸν πάση σπουδάσαι προθυμίᾳ περὶ τὸ ἔργον· καὶ τοὺς ἀρχοντας [t] καὶ τῷ τῶν Λευιτῶν φύλῳ συναγωνίσασθαι, Δάτε τῇ τοῦ ἡλικίᾳ, καὶ Δάτε τὸ τὸν Θεὸν ἐκεῖνον ἐλέσθαι [v] καὶ τῆς οἰκοδομίας τ ναοῦ καὶ τῆς βασιλείας προστάτην. Δύναμιν δ' αὐτοῖς καὶ ὁ σφόδρα ὑπάρχων τῷ οἰκοδομίαν ἀπόφασιν, [x] αὐτὸς μὲν πολλὰ πάλαι χρυσίου, πλείω δ' ἀργυρίου, καὶ ξύλα [y] καὶ τεκτόνων πλῆθος καὶ λατόμων ὕλην [z] παρασκευασάμενος, σμαράγδου τε καὶ παντὸς ἰδέας λίθου πολυτελοῦς. καὶ νῦν δ' ἐπὶ τῆς [a] ἰδίας ἀπ' ἀρχῆς Δάτασία, καὶ ἄλλα τετράλιτα τάλαντα χρυσοῦ καθαροῦ παρέξειν ἔλεγεν εἰς τὸ ἄδυτον, καὶ εἰς τὸ [b] ἅρμα τ Θεοῦ τοὺς [c] Χερουβεῖς, ἃς ἐφεξόμενα δήσειν τῷ κιβωτῷ καλύπτοντας. σιωπήσαντος Δαυίδου, πολλὴ καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἱερέων καὶ τῆς Λευίτου φυλῆς προθυμία συμβαλλομένων καὶ ποιουμένων ἐπαγγελίας λαμπρὰς καὶ μεγαλοψύχους ἐγένετο. [d] χρυσίου μὲν γὰρ ὑπέσχησαν εἰσοίσειν τάλαντα πεντακισχίλια, καὶ [e] δισχίλιας μυριάδας· ἀργυρίου δ' μύρια τάλαντα, καὶ σιδήρου [f] μυριάδας ταλάντων πολλάς. καὶ εἴ τινι λίθος ἦν πολυτελὴς, σκόμισε καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς ταμίας· ὧν ἐπετρόπευσεν ὁ Μωυσέως ἔκγονος Ιαλος.

ια'. Ἐπὶ τούτοις ἤσθη τε ὁ λαὸς ἅπας, καὶ Δαυίδης, τῷ παῤῥησίᾳ τ τῶν φιλοτιμίαν τ ἀρχόντων τ ἱερέων τ τ ἄλλων ἁπάντων ὁρῶν· καὶ τ Θεὸν ὑμνεῖν ἤρξατο μεγάλῃ βοῇ, πατέρα τε τ [h] γενέτορα τ ὅλων ὀνομάζων, καὶ δημιουργὸν ἀνθρωπίνων τ θείων, οἷς [i] αὐτὸν σκόσμησεν προστάτην τε τ κηδεμόνα γῆς τ Ἑβραίων τ τούτων εὐδαιμονίας, ἧς τε αὐτῷ [k] βασιλείας ἔδωκεν. ἐπὶ τούτοις εὐξάμενος τῷ τε παντὶ λαῷ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τῷ παιδὶ Σολομῶνι Δάνοιαν ὑγιᾶ τ δικαίαν, καὶ πᾶσι τοῖς τ ἀρετῆς μέρεσιν ἐρρωμένην, σκέλωσε τ τὸ πλῆθος εὐλογεῖν τ Θεόν. καὶ οἱ μὲν πρόσθεν ἐπὶ τὸν γῆν προσεκύνησαν, ἠυχαρίστησαν δ τ Δαυίδῃ πρὸ πάντων ὧν αὐτὸς τὴν βασιλείαν παῤῥᾳδίως ἀπήλαυσαν. τῇ δ' ὑστέρᾳ, θυσίας τῷ Θεῷ παρέσχαν· μύριας χιλίας, καὶ κριοὺς τοσούτους, καὶ χιλίους ἀμνούς, εἰς ὁλοκαύτωσαν. ἐθυσαν δ τ τὰς εἰρηνικὰς θυσίας, πολλὰς μυριάδας ἱερείων καταφάξαντες. καὶ δι' ὅλης [l] τ ἡμέρας ἑώρτασεν ὁ βασιλεὺς σὺν παντὶ τῷ λαῷ· καὶ Σολομῶνα δεύτερον ἔχρισαν τῷ ἐλαίῳ, καὶ ἀπέδειξαν αὐτὸν βασιλέα, καὶ Σάδωκον ἀρχιερέα τ παντὸς ἁπάσης. εἶτα τὸ βασίλειον ἀγαγόντες

---

q Ὅσοι τε τὸ πλῆθος] Ὅσοι γε *Vat. Hen.* & *Busb.*

r Χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ] In *Editis* χρυσὰ καὶ ἀργυρᾶ.

s Αὐτὸν πάση] Αὐτόν τι *Vat. Hen.* & *Busb.*

t Καὶ τῷ τῶν Λευιτῶν] Καὶ τῷ Λευιτῶν *Vat.*

v Καὶ τ οἰκοδομίας] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* καὶ aberat *Editis.*

x Αὐτὸς πολλὰ] Ita lego *Epiphanium* sequutus, qui vertit *cum ipse multa* &c. ἀπόφασιν αὐτῷ. πολλὰ μὲ τάλ. in *Editis.* ἀπόφασιν αὐτός. πολλὰ μ. τ. *Big.* & *Samb.*

y Καὶ τεκτόνων πλῆθος] Τεκτόνων τε *Big.* & *Samb.*

z Παρασκευασάμενος,] Παρασκευασαμένους *Big.* (& *Coll. Voss.*) παρεσκευασμένους *Samb.* παρεσκευασμένον *Vat.*

a Ἰδίας ἀπ' ἀρχῆς Δάνοια,] Ita ex vestigiis *Codd. MSS.* nam τ ἰδίας ἀπαρχῆς Δάνοιαν habent *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* quibuscum nonnihil facit *Epiphan.* qui ἀπαρχῆς plane agnoscit, dum vertit, *sed & tum oblationis primitias faciens, tria millia talentorum* &c. Τῆς ἰδίας ἀρχῆς Δάνοιαν (aut quod mallem Δάνοίας) in *Editis.* Καὶ νῦν δ' ἐπιτιθεῖσα τοῖς ἤδη συνειλεγμένοις χρυσοῦ καθαροῦ τεσσαράκοντα τάλαντα εἰς τὸ ἄδυτον &c. apud *Zonaram.* Confer 1 *Paralip.* c. 29. v. 3.

b Ἅρμα τ Θεοῦ] Sic 2 *Sam.* c. 22. v. 11. *Cherubo insidebat, superque ventorum alis volabat.* ut & *Ps.* 18, 11. *in Cherubo inequitans volabat, seque alis venti librabat.*

c Χερουβεῖς,] Sic cum *MSS.* Χερουβεῖς in *Editis.*

d Χρυσίου μὲν γὰρ] Χρυσοῦ in *omnibus MSS.*

e Στατῆρας μυρίας·] Ita & *Zonaras.* χρυσᾶς μυρίας LXXII. Vide *Villalpand.* in *App.* Tom. 3. p. 412. & *Budæum* de *Asse*, l. 4. p. 469. *Ed. Lugd.*

f Μυριάδας ταλάντων πολλάς.] In *S. Literis* (1 *Paralip.* c. 29. v. 7) centum millia.

g Ιαλος.] Ιαηλ LXXII. apud *Epiphanium* varie *Ialus, Iabus, Iabis* & *Ialus.*

* *Nepos.*] Sic placuit vocem ἔκγονος interpretari, quo modo & *Politianus* apud *Herodianum*, l. 5, 7. 2. & l. 7, 10, 15. *Epiphanius* reddit *pronepos.* at *Gelenius* est *unus è posteris Moysis.*

h Γενέτορα τ ὅλων] Ita lego, nixus auctoritate *Cod. Vat.* qui habet γενέτορα, & *Epiphanius*, qui vertit, *genitorem omnium.* in *Editis Aliisque* γένεσιν τ ὅλων.

i Αὐτὸν σκόσμησεν] Si quis αὐτὸν malit, per me licet. quod mox sequitur σκόσμησεν est ex *MSS.* pro σκόσμου *Editorum.* utrum horum mavis accipe. *Epiphanius* vertit, *& quibus eum ipse præposuisset præsulem, simul & curatorem fecisset generis Hebræorum* &c.

k Βασιλείας ἔδωκεν.] Βασιλείαν solus *Vat.*

l Τῆς ἡμέρας ἑώρτασεν] Articulum infertum dedi ex *MSS.*

γόνίες Σολομῶνα, καὶ καθίσαντες αὐτὸν [m] ἐπὶ θρόνῳ τοῦ πατρὸς, ἀπ' ἐκείνης τὴν ἡμέρας ὑπήκοον αὐτῷ.

pulo universo sacerdotem. Cumque Solomonem in regiam deduxissent, eumque solio paterno collocassent, ex ea die illi paruerunt.

ΚΕΦ. ιε'.

Οἷα Δαυίδης, ἐγγίζοντος θανάτου, διελέχθη πρὸς τὸν Σολομῶνα· καὶ ὅσα αὐτῷ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ κατέλειπεν.

CAP. XV.

Quibus verbis Davides, morte appropinquante, Solomonem alloquutus est; & quantum ipsi ad structuram Templi reliquit.

XII.

ΜΕΤ' ὀλίγον δὲ χρόνον καὶ Δαυίδης καταπεσὼν εἰς νόσον ὑπὸ γήρως, καὶ [n] σωμάτων ὅπη μέλλοι τελευτᾶν, καλέσας τὸν [o] υἱὸν Σολομῶνα, [p] διελέχθη πρὸς αὐτὸν τοιάδε· "ἐγὼ μὲν, ὦ τέκνον, εἰς τὸ [q] χρεὼν ἤδη καὶ πατέρας τοὺς ἐμοὺς ἀπαλλάσσομαι, κοινὴν ὁδὸν ἁπάντων τῶν τε νῦν ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων πορευόμενος· ἐξ ἧς [r] οὐκέθ' οἷόν τε ἐπανελθόντα γνῶναί τι κατὰ τὸν βίον πράττειν. διὸ ζῶν ἔτι, καὶ πρὸς αὐτῷ γεγονὼς [s] ἄρτι τῷ τελευτᾶν, παραινῶ σοι ταῦτ' ἃ καὶ πρότερον [t] ἔφην συμβουλεύσας, δικαίῳ μὲν εἶναι πρὸς τοὺς ἐγχωμένους, εὐσεβῆ δὲ πρὸς τὸν τῶν βασιλείαν δεδωκότα Θεὸν, φυλάττειν δὲ αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς καὶ τοὺς νόμους, οὓς αὐτὸς ἐκ Μωϋσέως κατέπεμψεν ἡμῖν· καὶ μήτε χάριτι, μήτε [u] θωπείᾳ, μήτ' ἐπιθυμίᾳ, μήτ' ἄλλῳ πάθει [x] προσχθεμένου τούτων ἀμελήσαι. τῶν γὰρ θεῖα πρὸς σαυτὸν εὐνοίαν [y] ὀπολεῖς, παρεκβὰς τὰ νόμιμα· [z] καὶ πρὸς ἅπαντ' αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν ὑποτρέψεις πρόνοιαν. τοιοῦτον δέ [a] σε αὐτὸν παρέχων, οἷόν εἶναί τε δεῖ, [b] κἀγὼ σὲ διδάσκω, καθίζεις ἡμῶν τὴν βασιλείαν τῷ χρῷ· καὶ οἰκήσεις ἄλλῳ ἔθνει οὐκ ἂν δεατόσειεν, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς ἀεὶ τοῦ παντὸς αἰῶνος. μέμνησο δὲ καὶ τὸ Ἰωάβου τοῦ στρατηγοῦ θρασυνομίας, ὑποπλείναντος δύο στρατηγοὺς δικαίους καὶ ἀγαθοὺς, [c] Ἀβενήρου τὸν Νήρου παῖδα, καὶ τὸν Ἀμεσσαὶ υἱὸν [d] Ἰεθράνου. [e] ὧν, ὅπως ἂν σοι δόξῃ, τὸν φόνον ἐκδίκησον· ἐπεὶ καὶ κρείττων ἐμοῦ καὶ δυναλώτερος [f] ὁ Ἰώαβος ὢν, μέχρι νῦν τιμὴν δίκην διέφυγε. [g] παραστήσω δέ σοι, καὶ τοὺς Βερζελαίου τοῦ Γαλαδίτου παῖδας· ὃς ἐν πομπῇ πάσῃ καὶ προνοίᾳ τῆσδ' ἐμοὶ χαριζόμενος ἔχεις. ὃ προκατέρχομαι γὰρ ὑπόσχεσις, ἀλλ' ἀμοιβὴν ὧν ὁ πατὴρ αὐτῶν θεὸς τιμὴν φυγὴν ὑπηρξέ μοι [h] χρεολυτοῦμεν. καὶ τὸν Γηρᾶν ὃν υἱὸν Σεμεΐ, τὸν ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς; ὃς, πολλὰ βλασφημήσας με θεὸν τὴν φυγὴν ὅτ' εἰς [i] Παρεμβολὰς ἐπορευόμην, ἀπήντησεν ἐπὶ Ἰορδάνῃ, καὶ πίστει ἔλαβεν ὡς μηδὲν αὐτὸν πεῖσαι τότε, νῦν ἐπιζητήσας αἰτίαν εὔλογον, [k] ἄμυναι."

β'. Ταῦτα θεσπίσας τῷ παιδὶ θεῖά τε τῶν ὅλων πραγμάτων καὶ θεῖα τὰ φίλων, καὶ ὃς ἤδει πιστοὺς ἀξίως γεγονότας, ἀπέθανεν· ἔτη μὲν βιώσας ἑβδομήκοντα, βασιλεύσας δὲ ἑπτὰ μὲν ἐν Χεβρῶνι τῆς Ἰούδα φυλῆς καὶ μῆνας ἓξ, ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ ἁπάσης τῆς χώρας τρία δέ.

Paulo autem post Davides, cum ex senectute in morbum incidisset, vidissetque jam instare sibi mortem, accito Solomone his verbis illum alloquutus est: "Ego quidem, ô fili, jam in eo sum *Davides moriens Solomoni præcepta dat.* 3 Reg. c. 2. "ut fato concedam & ad patres meos abeam, viamque ingrediar omnibus qui nunc sunt aut futuri "sunt ineundam, quam remetiri nemini licet, ut "quid in hac vita geratur exploratum habeat. "Quapropter vivens adhuc & jam morti proximus ea te moneo, quæ & antea dixeram, tibi "suadendo, ut erga subditos quidem sis justus, erga Deum vero pius, qui tibi regnum dedit, ut"que custodias præcepta ejus & leges, quas nobis "per Moysen mittendas curavit: & cave ne quid "tibi propositum negligas, aut gratiæ cedens, aut "assentatione aut cupiditate *nimia* abreptus, alia"ve animi perturbatione. nam ex Dei erga te be"nevolentia excides, siqua contra legum præscri"pta feceris; atque in omnibus bonam ejus provi"dentiam à te alienabis. Quod si ita te erga illum "gesseris ut te decet, & ipse porro te hortor *suaque* efficies ut regnum in familia nostra ma"neat, & nulla alia domus præter nostram He"bræis imperet in omne ævum. Et præterea fac "memineris iniquitatis Joabi imperatoris, qui in"vidiæ œstro percitus duos exercitus duces, viros "justos bonosque, interemit, Abenerum Neri fi"lium & Amessam filium Jethranæ. quorum mor"tem, ut tibi visum fuerit, ulciscere: quandoqui"dem Joabus, utpote me viribus superior poten"tiorque, hactenus supplicium evasit. Commen"do autem tibi etiam Berzelæi Galaditæ liberos, "quos mei gratia omni honore curaque dignabe"ris. neque enim erit ut primi beneficium confe"ramus, sed illos pro officiis remuneremus, quæ "pater illorum in me contulit, cum in fugam me "dederam. Quin & Semei Geræ filium, è tribu "Benjamitide, qui mihi fugienti diris modis ma"ledixit, tum cum Castra petebam, moxque mi"hi ad Jordanem *progresso* obviam factus fidem in"columitatis tunc à me impetravit, cum justam "causam nactus fueris, noli committere ut impu"nitus abeat."

2. His mandatis filio & de summa rerum & de amicis, deque iis quos noverat pœna dignos, è vita excessit: cum quidem vixisset annos septuaginta, ac regnasset Hebrone quidem in Judæ tribum annos septem & sex menses, Hierosolymis autem in omnem regionem tres & triginta. Hic vir optimus *Davidis moritur.* 3 Reg. c. 2. *Davidis encomium.*

---

m Ἐπὶ θρόνου] Ἐπὶ τοῦ θρόνου *Vat.*

n Σωμάτων] Σωμασῶς *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

o Υἱὸν Σολομῶνα,] Voculam ὑὸν inserui ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

p Διελέχθη] Διειλέχθη *Vat.*

q Χρεὼν ἤδη] Ita cum *Samb.* in cæteris χρέων. & juxta *Epiphanium* πάντων χρεών.

r Οὐκέθ' οἷόν τε] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* οὐκέτ' οἷον in *Editis*, *Aliisque.*

s Ἄρτι τῷ τελευτᾶν,] Iterum cum *MSS.* ὄντως τῷ τελευτᾶν in *Editis.*

t Ἔφην συμβουλεύσας,] Rursus ex *Iisdem.* ἔφθην *Bas.* & *G.*

u Θωπείᾳ,] Ἀπειθείᾳ juxta *Epiphanium.*

x Προσθεμένου] Προσιθέμενον *Vat.*

y Ἀπολεῖς,] Ita cum *Big.* (*Coccejo*) & *Samb.* levicula sane mutatione, pro ἀπωλεῖς, quod in *Editis omnibus* obtinuit; qua tamen auctoritate, alii judicent.

z Καὶ πρὸς ἅπαντ'] Καὶ ἀντικρὺ πρὸς σὲ αὐτὸς τῶν ἀγαθῶν ἐπιτρέψεις πρόνοιαν, τοιοῦτον σαυτὸν παρέχων, οἷόν σε εἶναι δεῖ, κἀγὼ σὲ τοῦ Θεοῦ διδάσκω, καθίξει ἡμῶν τὴν βασιλείαν &c. legisse videtur *Epiphan.*

a Σε αὐτὸν παρέχων,] Σεαυτὸν *Vat.*

b Κἀγὼ σὲ] Κἀγὼ διδάσκω *Vat.*

c Ἀβενήρου τὸν Νήρου] Ἀβενηρόν τε, vel Ἀβέννηρόν τε in *MSS.* quibus non consentit *Epiphan.*

d Ἰεθράνου.] Ἰεθέρου *Vat.* Ἰέθρου *Epiphan.*

e Ὧν, ὅπως] Ita cum *Vet. Interpr.* (& *Coccejo*) ὃν in *Editis.* deest *MSS.*

f Ὁ Ἰώαβος ὢν,] Articulum ὁ acceptum debes *MSS.*

g Παραστήσω δέ σοι,] Παρασθήσομαι σοί τοι καὶ τὴν Βερζέλου τοῦ Γαλααδίτου παῖδας *Vat.*

h Χρεολυτοῦμεν.] Χρεωλυτοῦμεν *Samb.* HUDS. Infr. lib. XVIII. c. 9. §. 9. τὸν μισθὸν χρεωλυτῶν. SPANH.

i Παρεμβολὰς] Conf. sup. c. 9. §. 8. & c. 10. §. 1. SPANH.

k Ἄμυναι.] Ἄμυνε *Samb.*

mus erat, & omnibus virtutibus præditus, quibus regem ornari oportebat, cui tot gentium salus commissa est. nam & omnibus fortitudinis gloria antecellebat: & cum certamina pro subditis iniret, primus *magno impetu* ferebatur in pericula, labores perferendo pugnandoque milites ad res *præclare* gerendas excitans, & non domini more imperando. Optime perspiciebat simul & considerabat tam futura quam rationem expediendi instantia: *ad hæc* modestus, mitis, erga calamitosos benignus, justus, humanus *in omnes*. In his quæ fas est ut reges sibi propria vendicent, ne omnino quidem potestatis magnitudine peccavit, præterquam in eo quod spectat ad Uriæ uxorem. Tantam præterea opum vim reliquit, quantam nemo alius regum, nec Hebræorum, nec aliarum gentium.

Ejusque sepultura & monumentum.

3. Sepelivit autem eum filius Solomon Hierosolymis magnifice, & præter cætera omnia, quæ in regum funeribus fieri solebant, multas etiam ingentesque divitias cum eo sepeliit: quarum magnitudinem facile sit alicui conjectare ex iis quæ dicturus sum. Nam post spatium annorum MCCC. Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio, filio Demetrii, volens pecuniam ei dare, ut obsidione absisteret & exercitum *suum* abduceret, cum aliunde ei *ad largiendum* nihil suppeteret, aperta cella una monumenti Davidis, & inde deportatis tribus talentorum millibus, partem Antiocho dedit: & ita se ab oppugnatione liberavit, sicut & alibi indicavimus. Post hunc autem, multis annis elapsis, iterum Herodes rex, alia cella recluſa, inde magnas opes sustulit. Veruntamen ad loculos *qui* regum *cineres continent* neuter eorum pervenit. singulari enim arte ita erant sub terram conditi, ut ingredientibus in monumentum nihil plane appareret. Sed hæc quidem hactenus nos dixisse sufficiat.

Lib. 13.

Lib. 16.

Finis Libri septimi.

γ'. Ἐθαψε δ' αὐτὸν ὁ παῖς Σολομὼν ἐν Ἱεροσολύμοις λαμπρῶς, τοῖς τε ἄλλοις οἷς ἐπὶ κηδείαν νομίζεται βασιλικὴν ἅπασι, καὶ δὴ καὶ πολὺν αὐτῷ πλοῦτον καὶ ἄφθονον συνεκήδωσεν. ὧν τὸν ὑπερβολὴν [s] τεκμήραιτ' ἂν τις ῥᾳδίως ἐκ τῶν λεχθησομένων. μετὰ γὰρ χρόνου ἐτῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων, Ὑρκανὸς ὁ ἀρχιερεὺς, πολιορκούμενος ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Εὐσεβοῦς ἐπικληθέντος, μὴ ἔχῃ δημοτρίᾳ, βυλόμενος χρήματ' αὐτῷ δοῦναι, ὑπὲρ λύσεως τοῦ πολιορκίου καὶ τοῦ σφᾶς ἀπαγαγεῖν, καὶ ἀλλαχόθεν οὐκ ἐπορῶν, [v] ἀνοίξας ἕνα οἶκον τῶν ἐν τῷ Δαυΐδου μνήματι, καὶ βαστάσας τρισχίλια τάλαντα, μέρος ἔδωκεν Ἀντιόχῳ· καὶ διέλυσεν ἔτως τὸν πολιορκίαν, καθὼς καὶ ἐν ἄλλῳ [y] δεδηλώκαμεν. μετὰ δὲ τοῦτον, ἐτῶν πολλῶν διαγενομένων, πάλιν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ἕτερον ἀνοίξας οἶκον, ἀνεῖλεν [z] χρήματα πολλά. [a] τῶν μέντοιγε ἄλλων τῶν βασιλέων οὐδεὶς αὐτῶν ἐπέτυχεν. ἦσαν γὰρ ὑπὸ τοῦ γοῦ μηχανικῶς κεκηδεμόνες πρὸς τὸ μὴ φανερὰ εἶναι τοῖς εἰς τὸ μνῆμα εἰσιοῦσιν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπόχρη δεδηλῶσθαι.

Τέλος τῆς βιβλίου ἑβδόμης.

---

l Ἀπ' ἐχί] Οὐ τῷ πρωτάτῳ Vat.

m Φιλάνθρωπος.] Ita locum distinxi cum *Epiphanio*, qui vertit, *In his autem quæ regibus præcipue conveniunt, in nullo penitus nisi in uxore Uriæ magnitudine potestatis deliquit.* Sic autem *Gelenius*; φιλάνθρωπος, ἃ μόνοις ἐξαίρετα τοῖς βασιλεῦσιν εἶναι πρέπει. μηδὲν ὅλως &c. *quæ quidem præcipuæ sunt Regum virtutes. nec in tanta potestate &c.*

Ὡς Ναβυζαρδάνης τοῖς Ιουδαίοις καταλειφθεῖσι Γοδολίαν ἐπέστησεν· ὃν μετ' ὀλὺ Ισμαὴλ@ ἀπέκτανε. ⸗ ὡς Ιωάννης, φυγαδευθέν@ Ισμαήλε, μὴ τῶ λαῶ ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον· ὃς Ναβυχοδονόσορ@, στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ἔλαβεν αἰχμαλώτους ⸗ ἀπήγαγε εἰς Βαβυλῶνα.

CAP. IX.

Quomodo Nabuzardanes Judæis relictis Godoliam præfecit; quem non multo post Ismaëlus occidit. Utque Joannes, Ismaëlo in fugam conjecto, cum populo in Ægyptum abiit; quos Nabuchodonosorus, cum expeditionem suscepisset in Ægyptios, captivos fecit, & in Babylonem abduxit.

Ὁ δὲ στρατηγὸς Ναβυζαρδάνης, αἰχμαλωτίσας τὸν τῶν [k] Ιουδαίων λαὸν, τοὺς πένητας καὶ αὐτομόλους σκῆ κατέλιπεν, ὑποδείξας αὐτῶν ἡγεμόνα [l] Γοδολίαν ὄνομα, [m] Αικάμε παῖδα τῶν εὖ γεγονότων, ὀπτικὴν ⸗ δίκαιον. ἐπέταξε δ' αὐτοῖς τὴν χώραν [n] ἐργασομένοις, τῷ βασιλεῖ [o] τελέσην φόρον ὡρισμένον. Ιερεμίαν δὲ τὸν προφήτην λαβὼν ὁπ ⸗ εἰρκτῆς ἔπεμψεν εἰς Βαβυλῶνα σὺν αὐτῷ προαγαγών. κελεύσας γὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως πάντ' αὐτῷ χορηγεῖν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ βούλεῖ, δηλοῦν αὐτῷ ποῦ μένειν διέγνωκεν, ἵνα τοῦτο [p] ὀπτεύσῃ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ προφήτης, οὐδὲ ἑπεσθαι ἤθελεν, οὔτ' ἀλλαχόσε ποῦ μένειν· [q] ἡδέως δ' εἶχεν ὀπὶ τοῖς [r] ἐρειπίοις ⸗ πατρίδ@, ⸗ τοῖς παλαιπώροις αὐτῆς λείψανοις. γνοὺς δ' αὐτὸ τὴν προαίρεσιν ὁ στρατηγὸς, τῷ Γοδολίᾳ προστάξας, ὧν [s] κατέλιπεν, πᾶσαν αὐτὸ πεῖαν προνοιαν [t] ⸗ χορηγίαν ὅσων ἂν δέῃ· δωρησάμεν@ δὲ αὐτὸν δωρεαῖς πολυτελέσιν, ἀπέλυσε. ⸗ Ιερεμίας μὲν [v] κατέμεινεν ἐν πόλῃ ⸗ χώρας [x] Μασφαθᾶ καλεμένῃ, προσκαλέσας τὸν Ναβυζαρδάνην, ἵν' αὐτῷ σωματοφύλακα τὸν μαθητὴν Βαροῦχον, [y] Νήρε δὲ παῖδα, ἐξ ὀπισήμε σφόδρα οἰκίας ὄντα, ⸗ τῇ [z] πατρῴῳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον.

Nabuzardanes autem imperator, cum populum Judaïcum *sortis melioris* captivum abduxisset, pauperes & transfugas ibi reliquit; duce illis præposito, nomine Godolia, Aicami viri nobilis filio, æquo & justo. Illis vero imperavit, ut ex agris, cum eos coluissent, certum tributum regi penderent. Hieremiæ quoque vati, è carcere ad se accito, suasit ut secum Babylonem iret: (regem enim mandavisse ut omnia ei præberet) sin vero nolit, diceret ubinam habitare statuerat, ut regem literis ea de re certiorem faceret. At vates nec eum sequi volebat, nec ullibi terrarum habitare; sed contentus erat vitam agere inter ruinas patriæ & miserrimas ejus reliquias. Imperator autem, cognita ejus voluntate, cum Godoliæ ibi *cum imperio* relicto præcepisset summam ei curam adhibere, & quicquid desideraret *ei* suppeditare, eumque muneribus amplissimis ornasset, quocunque vellet ire permisit. Et quidem Hieremias commoratus est in istius regionis urbe, quæ Masphatha dicitur, Nabuzardane *prius* exorato, ut secum è carcere dimitteretur discipulus *ejus* Baruchus, Neri filio, ex illustri domo, & in patria lingua egregie doctus. *Nabuzardanes iis quos in terra Judæa reliquerat Godoliam præfecit. 4 Regum, c. 25. Jer. c. 39. c. 40. & c. 52. Hieremiam solvit. Jer. c. 40.*

β'. [a] Ναβυζαρδάνης μὲν ταῦτα διαπραξάμεν@, [b] ὥρμησεν εἰς Βαβυλῶνα. οἱ δὲ πολιορκημένων Ιεροσολύμων [c] φυγόντες, διασκεδασθέντες ⸗ τὴν χώραν, ἐπεὶ δὴ τοὺς Βαβυλωνίους ἤκουσαν ἀνακεχωρηκότας, καὶ λείnul-

2. Cum autem ista fecisset Nabuzardanes, Babylonem ire contendit. At illi, qui obsessis Hierosolymis diffugerant, per regionem fusi dispersique, postquam Babylonios discessisse audiverunt, non- *Judæi dispati veniunt ad Godoliam; Jer. c. 40.*

---

sepho ordine inverso respondent *Phideas*, *Sudias*) sequitur *Zedecias*, cujus ne vestigium quidem in *Josepho*, adeo ut hujus series eam quæ est in *Seder Olam* deinceps uno semper anticipet.

c Ιωλ@,] Ita cum *Samb.* & *Gall.* 1. 2. & mox Ιωήλε, quod *Joël* apud *Seder Olam* proximius sit Ιώηλ@ quam Ιωλ@, quod in *Editis Aliisque*, & dein Ιώλε.

d Ωδέας,] Rescribendum Οσέας, quo nomine (inquit *Seldenus*) uti molliori *Hoschajah* satis exprimitur, pro quo in *Jer.* 42. 1. *Osaias* in *vulgata* substituitur.

e Σαλλῦμ@,] Ita & mox Σαλλύμε in *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Σαλλῆμ@ & Σαλλύμε *Gall.* 2. & *Sallum* in *Epiphanii* libris. Σάλδωμ@ & Σαλδύμε in *Editis Aliisque*, errore orto ex similitudine literarum Δ & Λ.

f Ελκίας] Jam post *Elciam* deficit *Azarias*, qui eum sequitur in *Seder Olam*. In *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. *Sareas* abest & locum ejus obtinet Αζαρ@. in *Epiphanii* versione *Aroch.* in *Vat. Hen.* & *Busb.* Αζαρσάκχως. quod forsan conflatum ex duobus nominibus. nam unum hic loci excidisse manifestum est ex *Josephi* lib XX. ubi octodecim fuisse scribit. Vide *Schotanum* in *Hist. S.* p. 2002. & *L. Cappellum* in *Chronol.* S. p. 278. ubi (ex collatione 1 *Chron.* 9. 11. & *Nehem.* 11. 11.) censet *Azariam* & *Serajam* unum eundemque esse.

g Αχρις ἧ ⸗ ἐτελεύτησεν,] De Jechonia è vinculis exempto infr. c. XI. §. 2. SPANH.

h Τῆ Ιεροσολύμων] Ita cum *Big.* & *Samb.* τῶ Ιεροσυλ. ⸗ ναῶ in *Editis Aliisque*.

i Κατῴκισεν ὁπ τῇ] Sic *MSS.* (& *Cocc.*) κατῴκησεν in *Editis*,

k Ιουδαίων λαὸν,] Εβραίων *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

l Γοδολίαν ὄνομα,] Γοδαλίαν *Samb.* & *Gall.* 1.

m Αἰκάμε] Ικάμε *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. Αχικάμε *Vat.* forsan ex LXXII.

n Εργασομένοις,] Εργαζομένοις *Big. Samb. Vat. Hen.* & *Busb.*

o Τελέσειν φόρον ὡρισμένον.] Τελεῖν *Vat. Hen.* & *Busb.*

p Επισταλῇ τῷ βασιλεῖ.] Επισταλῆ *Vat.*

q Ηδέως δ' εἶχεν] Ηδέως δ' ἴσχεν *Vat. Hen.* & *Busb.* Sed libenter haberé dixit, *Epiphan.*

r Ερειπίοις] Ita in *plerisque MSS.* (& *Coccejo*) ἐλπίοις in *Editis Aliisque*.

s Κατέλιπεν,] Κατέλιπεν, αὐτίκα πᾶσαν *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

t Καὶ χορηγίαν] Καὶ χορηγεῖν *Vat.* & forsan *Epiphanius*.

v Κατέμεινεν ἐν πόλῃ] Εἰς Δανὰν post κατέμεινεν inserunt *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. εἰς Αδαιαν *Vat. Manssit apud Godoliam* in versione *Epiphanii*. ⸗ ἦλθε πρὸς Γοδολίαν LXXII. *Jer.* 40. v. 6.

x Μασφαθᾶ καλεμένῃ,] Μασφοθὰ in *plerisque MSS. Masphat* in *Epiphanii* libris. Μασηφὰθ aut Μασηφὰ LXXII. HUDS. Conf. lib. VI. c. 4. §. 4. SPANH.

y Νήρε ὃ παῖδα,] Νηρίου LXXII.

z Πατρῴῳ γλώττῃ] Πατρίῳ *Big. Vat. Hen.* & *Busb.*

a Ναβυζαρδάνης] Ναβυζαρδάνης ὁ ταῦτα *Vat.*

b Ωρμησεν] Ωρμησεν ὡς εἰς *Bas.* & *Big.*

c Φυγόντες,] Ita in *Vet. Interpr.* & omnibus *MSS.* præter *Hen.* & *Busb.* in *Editis*, *φυγόντες· ἐπειδὴ τὰς B. ἤ. ἀνακεχωρηκότας, συλλεχθέντες* &c.

nullosque reliquisse, qui in Hierosolymorum terra supererant, quibusque datum erat ut ei culturam adhiberent, undique Masphatham convenerunt ad Godoliam. Illorum autem duces erant, Joannes Careæ filius, & Jezanias, & Sareas, præterque illos alii. Porro quidam erat Ismaëlus ex stirpe regia, homo improbus & astutissimus; qui dum Hierosolyma obsiderentur fuga dilapsus est ad Baalim Ammanitarum regem, & cum eo per illud tempus habitabat. Illis igitur, qui eò venerant, suasit Godolias ut *ibi* manerent, posito in præsens omni Babyloniorum metu. agriculturæ enim operam dantes nihil mali passuros esse. Ista illis jurejurando confirmavit, adjiciens, eos se pro defensore habere, adeo ut, si cui molestia crearetur, mature ei subveniretur; idque eis consilii dedit ut urbes quascunque vellent habitatum irent, & *aliquot* cum suis mitterent, easque à fundamentis excitarent & incolerent: præmonuitque ut pararent, dum tempus esset, & frumentum & vinum & oleum, ne egerent quo hyeme vescerentur. Hæc ad illos lóquutus, dimisit *eos* ad regionis loca, prout cuique visum fuerit, habitanda.

Godolia Judeis bene consulit. Jer. c. 40.

3. Cum autem ad gentes Judææ finitimas fama perlatum esset, quod Godolias omnes, è fuga ad eum reversos, magna humanitate exceperit, terramque agros colentibus ea lege occupari siverit, ut *certum* Babylonio tributum penderent, ex illis etiam concursus fiunt ad Godoliam, & regionem incoluerunt. Porro Joannes & qui cum eo erant duces, cum animadvertissent terram * *pace regi*, & Godoliæ benignitatem & humanitatem *perspectam habuissent*, valde eum dilexerunt; dicebantque Baalim Ammanitarum regem missurum esse Ismaëlum, qui ei dolo latenterque mortem inferret, ut ipse Israëlitis imperaret. illum enim è genere regio ortum esse. Cæterum ipsum insidiis liberatum iri ajebant, si eis permittat Ismaëlum occidere, utpote nemine præterea consciо futuro. Vereri enim se adjiciebant, ne, ipso ab illo interfecto, funditus pereant populi Israëlitarum reliquiæ. Is vero se illis fidem non habere fatebatur, qui hujusmodi insidias sibi ab homine beneficiis à se affecto paratas detulerunt. haud enim esse verisimile, eum, qui in tanta rerum inopia nihil non eorum, quorum opus habuit, *à se* consecutus est, adeo ingratum in benefactorem suum & impium inveniri, ut, cui scelus foret insidiis ab aliis circumventum non servasse, is studeret quæreretque manu sua illius cædem patrare. At vero si hæc pro veris habenda, satius esse dicebat ut ipse ab illo

Judæorum principes frustra Godoliam monent de insidiis ei paratis ab Ismaëlo. Jer. c. 40.

ψανά τινα καλαλελοιπότας ἐν τῇ τ Ιερουσολύμων γῇ, καὶ τοὺς παῖτιν ἐργασομένους, συλλεχθέντες πανταχόθεν, ἦκον πρὸς τὸν Γοδολίαν εἰς [d] Μασφαθέν. ἦσαν δὲ ἡγεμόνες [e] ἐπ' αὐτοῖς, [f] Ιωάννης ὁ υἱὸς [g] Καρέα, καὶ [h] Ιεζανίας, καὶ Σαρέας, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις. ὁ δὲ [i] βασιλικῆς ἦν γένους ὢν τῆς Ισμαήλου, πονηρὸς ἀνὴρ καὶ δολιώτατος· ὃς, πολιορκουμένων τ Ιεροσολύμων, ἔφυγε πρὸς τ Αμμανιτῶν βασιλέα [k] Βααλεὶμ, καὶ [l] συνδιῆγεν αὐτῷ τὸν χρόνον ἐκεῖνον. τούτοις τοίνυν ἡγουμένοις αὐτῷ Γοδολίας ἔπεισε μένειν αὐτόθι μηδὲν δεδιότας τὰς Βαβυλωνίους. γεωργοῦντας γὰρ τὴν χώραν ἄδειν πείσεσθαι δεινόν. τοῦτ' ὀμνὺς αὐτοῖς διεβεβαιοῦτο· καὶ [m] προστάτην αὐτὸν ἕξειν λέγων, ὥστε, εἴτις ἐνοχλοίη, τεύξεσθαι τ προθυμίας, [n] καὶ συνεβούλευε κατοικεῖν εἰς ἣν ἕκαστος βούλεται πόλιν, [o] ἀποστέλλειν τε μετ' τ ἰδίων, καὶ ἀνασκάζειν τὰ ἐδάφη, καὶ [p] κατοικεῖν· προεῖπέ τε διδασκαλεῖον εἶναι αὐτοῖς, ἕως ἔτι καιρός ἐστι, [q] σῖτόν τε καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ὅπως ἔχωσι λαβόντες χειμῶνος τρέφεσθαι. ταῦτα διαλεχθεὶς πρὸς αὐτοὺς, ἀπέλυσε [r] διάγειν τ χώρας εἰς ὃν ἕκαστος ἐβούλετο τόπον.

γ'. Διασταμένης δὲ φήμης εἰς τὰ πρὸς τὴν Ιουδαίαν ἔθνη, ὅτι τοὺς ἀπὸ τ Φυγῆς παρ' αὐτὸν ἐλθόντας Γοδολίας ἐδέξατο φιλανθρώπως, καὶ τὴν γῆν αὐτοῖς γεωργεῖν κατοικεῖν ἐφῆκεν, [s] ἐφ' ᾧ τελέσειν φόρον τῷ Βαβυλωνίῳ, συνέβαινον [t] καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν Γοδολίαν, καὶ τὴν χώραν καλῴκησαν. καταπονήσαντες δὲ τὴν χώραν, καὶ τὸν δὲ Γοδολίαν θεραπεύοντα ἐπὶ φιλανθρωπίαν, Ιωάννης καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἡγεμόνες, ὑπερηχθέσθησαν αὐτὸν, καὶ [v] Βααλεὶμ τ τ Αμμανιτῶν βασιλέα ἔλεγον [x] πέμψειν Ισμαήλον [y] ἀποκτενοῦντα αὐτὸν δόλῳ [z] καὶ κρυφίως, ὅπως αὐτὸς ἄρχῃ τῶν Ισραηλιτῶν· εἶναι γὰρ [a] αὐτὸν ἐκ βασιλικοῦ γένους τὸ βασιλικόν. ῥᾳδίαν γε μὴν ἔλεγον αὐτὸν τ ἐπιβουλὴν, ἂν αὐτοῖς [b] ἐφῇ κτεῖναι τὸν Ισμαήλου, ὡς ἀδεὲς γνωσομένου. δεδιέναι γὰρ ἔφασκον μὴ φονεύσῃς αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου, παντελῆς ἀπώλεια γένηται τῶν [c] ὑπολειπομένων τ τῶν Ισραηλιτῶν ἰσχύος. ὁ δὲ [d] ἀπιστεῖν αὐτοῖς ὡμολόγει, καὶ ἀνδρὸς εὖ πεπονθότος ἐπιβουλὴν τοιαύτην [e] ἐμφανίσαιεν. ἀ γὰρ [f] εἰκὸς εἶναι, ταῦτα πιθανώτατα ἐρημίαν ὧν [g] ἔχρῃσε μὴ ἁμαρτάνειν, ἅτε πονηρὸν εἰς τ δυσγενῆ καὶ ἀνόσιον διαφθεῖραι, [h] ὥστ' ᾧ μὲν ἀδίκημα τὸ μὴ ὑπ' ἄλλων [i] ἐπιβουλευόμενον σῶσαι, [k] ἀγαθάζειν δὲ αὐτὸν αὐτόχειρα ζητεῖν αὐτὸ γένεσθαι. ὁ μὲν ἀλλ' εἰ ταῦτα ἀληθῆ [l] δεῖ δοκεῖν, ἄμεινον ἔφασκεν ὑποφαγεῖν αὐτὸν [m] ὑπ' ἐκεί-

νου

---

d Μασφαθάν.] Μασφάτῳ *Big.* Μασαφάτῳ *Samb.* Μασαράθῳ *Gall.* 1. 2.

e Επ' αὐτοῖς,] Εν αὐτοῖς *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

f Ιωάννης] Ita in *Editis* & *Aliis.* Ιωάδης *Big. Samb.* & *Gall.* 1. In quibusdam *Epiphanii* libris *Joad.* Ιωαὰν aut Ιωάναν aut Ιωάνας LXXII. *Johanan* in *Verit. Hebr.*

g Καρέα,] Καρέᾳ *Big.* & *Samb.* Καρεᾶ aut Καρεὶ aut Καρεὲ LXXII.

h Ιεζανίας,] Ita & LXXII. Ιωαζανίας *Big. Samb.* & *Vat.* ut & Σαρείας καὶ Ιωαζανίας *Big.* & *Samb.* inverso ordine.

i Ιερουσολύμων,] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* Ιερουσολυμιτῶν in *Editis.*

k Βααλεὶμ,] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. favente *Epiphanio*, qui habet *Bachalim* aut *Vachalim.* Βαάλλω in *Editis Aliisque.* Βελεισὰ aut Βελισὰ LXXII. *Bahalis* in *Verit. Hebr.*

l Συνδιῆγεν αὐτῷ] Συνδιήγαγεν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

m Προστάτην αὐτὸν ἕξειν λέγων,] Ita *Samb.* & *Gall.* 1. (*Coccejus*) atque ita forsan legerit *Epiphan.* qui vertit, *& hæc quoque juramento firmavit, adjiciens quia & solatium cunctis præberet, & si quis ab alio gravaretur, illius mereretur auxilium: suasitque* &c. καὶ πρὸς ταῦτα λέγων αὐτὸν ἕξειν ὡς εἴτις in *Editis Aliisque.*

n Καὶ συνεβούλευε] Illud καὶ ex *Big. Samb. Vet. Interpr.*

o Αποστέλλειν] Αποστελεῖν *Big.* & *Samb. à prima manu.*

p Κατοικεῖν·] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. κατοικεῖν προεῖπε. διδασκαλεῖον δὲ αὐτοῖς in *Editis Aliisque.*

q Σῖτόν τε καὶ οἶνον] Ita *Big.* & *Samb.* σῖτον καὶ in *cæteris.*

r Διάγειν τ χώρας] Διάγειν ἀφ' τ χώρας *Vat.* in *Editis* ita distinguitur, ἀφῆγεν τ χώρας, εἰς ὃν &c.

s Εφ' ᾧ τελέσειν φόρῳ] Εφ' ᾧ τελέσουσι *Vat.*

t Καὶ αὐτοὶ πρὸς τ Γοδολίαν,] Illud καὶ è *Big.* & *Samb.*

* Pace regi,] Illa *pace regi* ex *Epiphanio* adjeci.

v Βααλεὶμ] Βαάλμων *Big. Samb.* & *Gall* 1. 2. in *Editis* Βαάλλω. Vide p. præced. §. 2.

x Πέμψειν Ισμαῆλον] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. πίμπειν in *Editis.* πέμψαι *Hen.* & *Busb.*

y Αποκτενοῦντα αὐτὸν] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. δόλῳ ἀποκτενοῦντα αὐτὸν *Hen.* & *Busb.* ἀποκτενοῦντα δόλῳ κρυφίως in *Editis Aliisque.*

z Καὶ κρυφίως,] Illud καὶ inserunt *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

a Αὐτὸν ὂν δὲ γένους,] Αὐτὸν ex *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

b Εφῇ κτεῖναι] Ita *Samb.* (*Cocc.*) & *Busb.* ἐφ' ᾗ *Hen.* ἔφη in *Editis Aliisque.*

c Υπολειπομένων] Υπολελειμμένων *Big.* & *Samb.*

d Απιστεῖν αὐτοῖς] Illud ἀπιστεῖν ex *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. ὁ δὲ ἠπίστει αὐτοῖς κατ' ἄνδρα *Hen.* & *Busb.*

e Εμφανίσαιεν.] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. ἐμφανίσειν in *cæteris.*

f Εἰκὸς εἶναι,] Εἰκὼς εἶναι λέγων *Hen.* & *Busb.*

g Εχρησε μὴ ἁμαρτάνειν,] Εχρηζε *Big.* (*Cocc.*) *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

h Ωστ' ᾧ μὲν ἀδίκημα] Ος τὸ μὲν ἀδίκημα, τὸ μὴ in *Edit. Bas.* ὡς τὸ μὲν in *Edit. Gen.* ὡς τῷ μὲν in *MSS.* unde ex conjectura feci ὥστ' ᾧ μὲν. HUDS. ὡς ὑπὲρ τὸ. COCC.

i Επιβουλευόμενον σῶσαι,] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb. vat.* επιβουλεύσαμενον *Vat.* ἐπιβουλεύσαμεν *Editis.*

k Αγαθάζειν δὲ αὐτὸν] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. ἀγαθάσαι in *cæteris.*

l Δεῖ δοκεῖν,] Sic *MSS.* vel δεῖν δοκεῖν. in *Editis* δεῖν δοκεῖ.

m Υπ' ἐκείνου μᾶλλον,] Ita *Big. Samb. Hen.* (*Cocc.*) & *Busb.* ἀπ' ἐκείνου in *reliquis.*

n Δια-

μᾶλλον, ἢ καταφυγόντα πρὸς αὐτὸν ἄνθρωπον, καὶ πιστεύσαντα τῷ ἰδίαν σωτηρίαν, καὶ παρακαταθέμενον αὐτῷ, [n] Διαφθεῖραι.

δ'. Καὶ ὁ μὲν [o] Ιωάννης [p] καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, μὴ δυνηθέντες πεῖσαι τ Γοδολίαν, ἀπῆλθον. χρόνῳ δ' διελθόντων ἡμερῶν τριάκοντα, παραγίνεται πρὸς Γοδολίαν εἰς Μασφαθὰν πόλιν Ισμαὴλος, μετ' ἀνδρῶν δέκα, ὡς λαμπρᾶ τραπέζῃ καὶ ξενίοις ὑποδεξάμενον, εἰς μέθην προηχθη, φιλοφρονούμενον τ Ισμαὴλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. θεασάμενον δ' ἤτοι αὐτὸν ἔχοντα, καὶ βεβαπτισμένον εἰς ἀναισθησίαν καὶ ὕπνον ὑπὸ τ μέθης, ὁ Ισμαὴλος, ἀναπηδήσας μετὰ τῶν δέκα φίλων, ἀποσφάττει τ Γοδολίαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ καθακειμένους ἐν [q] τῷ συμποσίῳ. καὶ μετὰ τοῦτον τὸν ἀναίρεσιν, ἐξελθὼν νυκτὸς, ἅπαντας φονεύει τοὺς ἐν τῇ πόλει Ιουδαίους, καὶ τοὺς ὑπὸ τ Βαβυλωνίων καταλειφθέντας [r] ἐν αὐτῇ τ στρατιώτας. τῇ δ' ὑστεραίᾳ μὲν δώρων ἦκον [s] πρὸς Γοδολίαν τ ἀπὸ τ χώρας ὀγδοήκοντα, μηδενὸς τὰ περὶ αὐτὸν ἐγνωκότος. ἰδὼν δ' αὐτοὺς Ισμαὴλος, εἰσω τε καλεῖ πρὸς Γοδολίαν, καὶ παρελθόντων, ἀποκλείσας τὴν αὐλὴν, ἐφόνευσε, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς λάκκον τινὰ βαθὺν, ὡς ἂν ἀφανῆ [t] γένοιτο, κατέπομπεσε. διεσώθησαν δὲ τ ὀγδοήκοντα τούτων ἀνδρῶν, οἱ μὴ πρότερον ἀνευρεθῆναι παρεκάλεσαν πρὶν ἢ τὰ κεκρυμμένα ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐτῷ [u] παραδῶσι, ἔπιπλά τε καὶ ἐσθῆτας καὶ σῖτον· ταῦτα ἀκούσας, ἐφείσατο τῶν ἀνδρῶν τούτων Ισμαὴλος. τὴν δ' ἐν τῇ Μασφαθᾷ λαὸν σὺν γυναιξὶ καὶ νηπίοις ἠχμαλώτισεν· ἐν οἷς καὶ θυγατέρας βασιλέως Σεδεκίου, ἃς Ναβουζαρδάνης ὁ τῶν Βαβυλωνίων στρατηγὸς, παρὰ Γοδολίᾳ καταλελοίπει. ταύτας ἀφαιρεθεὶς, ἀφικνεῖται πρὸς τ Αμμανιτῶν βασιλέα.

ε'. Ακούσας δ' Ιωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες τὰ ἐν [x] τῇ Μασφαθᾷ πεπραγμένα ὑπὸ Ισμαήλου, καὶ τ Γοδολίου θάνατον, ἠγανάκτησαν· καὶ τοὺς ἰδίους ἵππους θεασάμενοι ὀπλίτας, ὥρμησαν πολεμήσοντες τ Ισμαὴλον, καταλαμβάνουσιν αὐτὸν πρὸς τῇ πηγῇ ἐν [y] Χεβρῶνι. οἱ δ' αἰχμαλωτισθέντες ὑπὸ Ισμαήλου, τ Ιωάννου ἰδόντες καὶ τοὺς ἡγεμόνας, θύμωσε διετέθησαν, βοήθειαν αὐτοῖς ἥκειν ὑπολαμβάνοντες, καὶ καταλιπόντες τ αἰχμαλωτίσαντα, πρὸς τ Ιωάννου ἀνεχώρησαν. Ισμαὴλος μὲν οὖν μετ' ἀνδρῶν ὀκτὼ φεύγει πρὸς τ Αμμανιτῶν βασιλέα. ὁ δ' Ιωάννης παραλαβὼν ἃς ἀνέσωσεν ἐκ τῶν Ισμαήλου χειρῶν, καὶ τοὺς δυνάστας καὶ γυναῖκας καὶ [z] τὰ νήπια, εἰς τινα τόπον [a] Μάνδραν λεγόμενον παραγίνεται. καὶ τῷ μὲν ἡμέραν ἐκείνῳ [b] ἐπέμεινεν αὐτόθι. διεγνωκόσαν δ' ἐκεῖθεν ἄραντες εἰς Αἴγυπτον ἐλθεῖν, φοβούμενοι μὴ κτείνωσιν αὐτοὺς οἱ Βαβυλώνιοι [c] μείναντας ἐν τῇ χώρᾳ, [d] ὑπὲρ Γοδολίου ὃν καταστήσαντες ὑπ' αὐτῶν ἡγεμόνα ὀργισθέντες πεφονεύμενον.

ς'. Οὕτως δ' ἔτι τούτης τ βουλῆς, προσίασιν Ιερεμίᾳ τῷ προφήτῃ, Ιωάννης ὁ τ Καρέου, [e] καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, παρακαλοῦντες δεηθῆναι τ Θεοῦ, ὅπως ἀμηχανῶσιν αὐτοῖς [f] περὶ τῶν τί χρὴ ποιεῖν, [g] ταῦτ' αὐτοῖς ὑποδείξῃ, ὁμόσαντες ποιήσειν ὅ, τι ἂν αὐτοῖς ὁ [h] Ιερεμίας εἴπῃ. ὑποχομένου δὲ τῷ προφήτῃ παρακινδυνεύσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν Θεὸν, συνέβη μετὰ δέκα ἡμέρας αὐτῷ φανέντα τὸν Θεὸν εἰπεῖν δηλῶσαι Ιωάννῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι καὶ τῷ

perimeretur, quam ut hominem occideret, qui ad ipsum confugerat, suamque salutem ejus fidei commiserat & apud eum quasi sequestrem depositam esset.

4. Et quidem Joannes & qui cum eo erant duces, cum hoc Godoliæ persuadere non potuissent, *ab eo* discesserunt. at triginta post diebus in urbem Masphatham ad Godoliam venit Ismaëlus, & cum eo viri decem, quos cum splendidæ mensæ adhibuisset, eisque lautia dedisset, ebrius factus est, dum Ismaëlum ejusque comites magna hilaritate excipit. Ismaëlus autem, eum ita se habentem conspicatus, vinoque gravem in stuporem & somnum immersum, ipse cum amicis suis derepente a mensa surrexit, & Godoliam interficit, & quotquot ei in convivio accumbebant. Et statim ab hac illorum cæde nocte egressus, Judæos omnes qui in urbe erant occidit, simulque milites in ea à Babyloniis relictos. Sequenti vero die viri è regione octoginta munera secum ferentes ad Godoliam venerunt, nemine id quod ei acciderat sciente. Ismaëlus autem ubi eos conspexerat, jubet introire ad Godoliam: cumque ingressi essent, clauso *protinus* atrio, eos trucidavit, atque corpora illorum, ne amplius conspicerentur, in fossam quandam profundam demersit. Ex his autem octoginta viris illi servati sunt, qui eum obsecrarant, ne prius occiderentur quam in agris occultata ei traderent; supellectilem & vestes atque frumentum. Ubi hæc audierat, viris istis pepercit Ismaëlus. populum vero Masphathensem cum uxoribus & liberis in captivitatem abduxit; & in his Sedeciæ filias, quas Nabuzardanes Babyloniorum imperator apud Godoliam reliquerat. Quibus factis, ad Ammanitarum regem se confert.

Godoliæ & eorumque cædes nefaria. Jer. c. 41.

Ismaeli fraus impia. Jer. c. 41.

5. At Joannes & qui cum eo erant duces, ubi fama acceperant scelus ab Ismaëlo Masphathæ patratum, & Godoliæ necem, graviter *ea* tulerunt: & adhibitis suis quisque militibus profecti sunt ad inferendum Ismaëlo bellum, eumque offenderunt apud fontem Chebronensem. Qui vero ab Ismaëlo abducebantur, cum Joannem ducesque vidissent, lætitia affecti erant, rati auxilium sibi venire; eoque qui eos ceperat relicto, ad Joannem reverterunt. At enim Ismaëlus cum octo viris *Joanni* elapsis ad Ammanitarum regem se contulit. Cæterum Joannes, assumptis quos de manibus eripuerat Ismaëli, ut & eunuchis & mulieribus & infantibus, ad locum quendam pervenit qui * Mandra dicitur, & ibi quidem ea die moratus est. Statuerant autem *omnes* ut inde digressi Ægyptum peterent, metuentes ne eos, si in regione manserint, Babylonii perimerent, irati ob cædem Godoliæ, quem illi summæ rerum præfecerant.

Joannes Ismaëlum persequitur. Jer. c. 41.

6. Dum id consilii agitarent, ad Hieremiam vatem accedunt, Joannes Careæ filius, ejusque comites militiæ duces, ut Deum oraret obsecrantes, ut illis, præ consilii inopia quid agendum esset dubitantibus, id ipsum ostenderet, juratis facturos se quicquid illis Hieremias jusserit. Cum autem vates promisisset, se pro illis apud Deum interfessurum esse, accidit, ut, peractis decem diebus, Deus ei appareret, præciperetque dicere Joanni, & cæteris

Judæi Hieremiam, quid sibi faciendum sit consulunt. Jer. c. 42.

n Διαφθεῖραι.] *Al.* φθεῖραι.
o Ιωάνης.] Ιωανας *Big.* & *Gall.* 1. Ιωανὰς *Samb.* Vide supr. §. 2.
p Καὶ οἱ σὺν] Οἱ σὺν αὐτῷ τ ἡγεμόνων *Big.* & *Samb.*
q Τῷ συμποσίῳ.] Illud τῷ ex *MSS.*
r Ἐν αὐτῇ τ στρατιώτας.] Ἐν αὐτοῖς στρατιώτας *Hen.* & *Busb.*
s Παρὰ Γοδολίαν] Πρὸς τ Γοδολίαν *Big. Samb. Hen.* & *Busb.*
t Γένοιτο.] Γένοιτο in *iisdem MSS.*
u Παραδῶσι,] Παραδώσειν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
x Τῇ Μασφαθᾷ] Φασμαθὴ *Big. Samb* & *Gall.* 1. 2.
y Χεβρῶνι.] Ἐν Γαβαὼν legendum conjicit Cl. *Lowthius* ex *Jer.* c. 41. v. 12. Vide lib. 8. p. 417. v. 2. Ἐν Νιβαὼν *Hen.* & *Busb.*
z Τὰ νήπια,] Illud τὰ ex *MSS.*
a Μάνδραν λεγόμενον παραγίνεται.] Μάνδρα *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
b Ἐπέμεινεν αὐτόθι.] Ὑπέμειναν *Big.* & *Samb.*
* *Mandra dicitur,*] Caule in versione *Epiphanii.*
c Μείναντας ἐν τῇ χώρᾳ.] Μείναντες *Big.* & *Samb.*
d Ὑπὲρ Γοδολίου] Ita *Big. Samb. Gall.* 1. 2. & *Epiphan.* ὑπὸ in *Editis Aliisque.*
e Καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες,] Καὶ οἱ ἡγεμόνες οἱ σὺν αὐτῷ *Big.* & *Samb.*
f Περὶ τῶν τί χρὴ ποιεῖν,] Περὶ τούτου τί χρὴ *Big.* & *Samb.*
g Ταῦτ' αὐτοῖς ὑποδείξῃ,] Τοῦτ' αὐτοῖς *Big.* & *Samb.*
h Ιερεμίας εἴπῃ.] Articulum non agnoscunt *Big.* & *Samb.*

Eis consilium dedit ut in Judæa manerent. Jer. c. 42.

teris ducibus, populoque, se quidem illis, si in ista terra remanserint, adfuturum, curamque illorum gesturum, & à Babyloniis quos metuunt illæsos servaturum; in Ægyptum verò proficiscentes relicturum esse, foreque ut ira incensus vos iisdem malis afficiat, quæ patres vestros jam ante perpessos esse sciviſtis. Cum Joanni populoque dixisset, Deum eos ista præmonere, ei parum creditum est: quasi illos suo ex imperio manere jubeat in regione: atque, ut gratiam iniret à Barucho discipulo suo, Deo quidem mendacium affingere, illis verò ne discedant persuadere, ut à Babyloniis morte mulctentur. Populus itaque & Joannes, Dei consilio, quod eis vatis ministerio dederat, haud obsequuti, in Ægyptum concesserunt, secum ducentes Hieremiam & Baruchum.

In Ægyptum proficiscuntur Judæorum reliquiæ. Jer. c. 43.

Hieremiæ in Ægypto vaticinium de Babyloniorum rege. Jer. c. 44.

7. Cum autem eò perveniſsent, vatem certiorem facit Deus de expeditione quam in Ægyptum facturus erat Babyloniorum rex; jussitque ei ut populo prædiceret captum iri Ægyptum, foreque ut alios quidem illorum occidat, alios vero Babylonem in captivitatem abducat. Atque hæc *ita* evenerunt. Nam quinto post Hierosolymorum vastationem anno, qui vicesimus tertius regni Nabuchodonosori, exercitum ipse eduxit in Cœlen-Syriam; eaque occupata & Ammanitis & Moabitis bellum intulit. Iſtis autem gentibus in potestatem suam redactis, impetum fecit in Ægyptum, ut ipsam debellaret. ac regem quidem, qui tunc regnabat, occidit; alio vero constituto, Judæos, qui illic erant, iterum cepit & Babylonem traduxit. Et quidem Hebræos, quibus tam male res ceciderunt, bis ultra Euphratem traductos accepimus. Nam decem tribus Samaria exciderunt ab Assyriis abducti, regnante Osea: deinde à Nabuchodonosoro, Babyloniorum & Chaldæorum rege, quotquot è duabus tribubus supererant, captis Hierosolymis. At enim Salmanasares, cum Israëlitas sedibus suis exciviſset, in easdem gentem Chuthæorum transtulit: qui prius interiora Persidis & Mediæ habitarunt, tunc vero Samaritæ vocati sunt, appellatione tracta è regione in quam demigraverant. At Babyloniorum rex, cum duas tribus abduxisset, nullam gentem in *eam* regionem reposuit. Quo factum est, ut tota Judæa cum Hierosolymis & templo annos septuaginta deserta permanserit. Accidit autem ut tempus omne, quod inter decem tribuum captivitatem & duarum tribuum *in Babylonem* deportationem intercessit, annorum esset centum & triginta, mensium sex, & dierum decem.

Chuthæorum in Samariam migratio post decem tribuum deportationem.

Anni quot inter decem & duarum tribuum captivitatem.

λαῷ παντὶ, ὅτι [i] μενοῦσι μὲν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ παρέσεσθαι, καὶ πρόνοιαν [k] ἕξειν, καὶ τηρήσειν σῶα τῶν Βαβυλωνίων ὡς δεδίασιν ἀπαθῆ, [l] πορευομένους δὲ εἰς Αἴγυπτον [m] ἀπολείψειν, καὶ ταῦτα [n] ἀφθήσειν ὀργισθεὶς ἃ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ἐμπροσθεν οἴδατε παθόντας. ταῦτα εἰπὼν τῷ Ἰωάννῃ καὶ τῷ λαῷ τὸ Θεὸν αὐτοῖς προλέγειν ὁ προφήτης, οὐκ ἐπίστευον, ὡς κατ' ἐντολὴν τὴν ἐκείνου μένειν αὐτοὺς ἐν τῇ χώρᾳ κελεύοντος· χαριζόμενον δὲ Βαρούχῳ τῷ ἰδίῳ μαθητῇ, καταψεύδεσθαι μὲν τοῦ Θεοῦ, πεῖσαι δὲ μένειν αὐτόθι, ὡς ἂν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἀφθαρῶσι. προσκύσας οὖν ὁ, τε λαὸς [o] καὶ ὁ Ἰωάννης τὸ τοῦ Θεοῦ συμβούλιον, ἵν' αὐτοῖς ἀφ' οὗ προφήτης παρῆν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἄγων [p] τὸν Ἱερεμίαν καὶ τὸν Βαροῦχον.

ζ. Γενομένων δὲ αὐτῶν ἐκεῖ, σημαίνει τὸ θεῖον τῷ προφήτῃ, μέλλοντα στρατεύειν ὑπὲρ τὴν Αἰγυπτίων [q] Βαβυλωνίων βασιλέα, καὶ προεπεῖν [r] ἐκέλευσε τῷ λαῷ, τὴν τε ἅλωσιν [s] Αἰγύπτου, καὶ ὅτι τοὺς μὲν αὐτῶν [t] ἀποκτενεῖ, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους λαβὼν εἰς Βαβυλῶνα ἄξει. καὶ ταῦτα συνέβη. [s] τῷ γὰρ πέμπτῳ [u] Ἰερουσολύμων πορθήσεως ἔτει, ὃ ἐστι τρίτον καὶ εἰκοστὸν [v] τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας, στρατεύει [w] ὁ αὐτὸς ὑπὲρ τὴν Κοίλην Συρίαν· καὶ κατασχὼν αὐτὴν, ἐπολέμησε καὶ Ἀμμανίταις καὶ Μωαβίταις. ποιησάμενος δὲ ὑπήκοα ταῦτα τὰ ἔθνη, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Αἴγυπτον καταισχυνόμενος αὐτήν. καὶ τὸν μὲν τότε [x] βασιλέα κτείνει, κατασήσας δὲ ἕτερον, τοὺς ἐν αὐτῇ πάλιν Ἰουδαίους αἰχμαλωτίσας ἦγαγε εἰς Βαβυλῶνα. καὶ τὸ μὲν Ἑβραίων γένος ἐν τούτῳ τελευτῶν ἐλεύθερον παρελήφαμεν, ὃς ἐλθὼν [y] πέρσαι Εὐφράτην. ὑπὲρ Λουδίων μὲν γὰρ ἐξέπεσεν ὁ τὰ δέκα φυλῶν λαὸς ὑπὸ Σαμαρείας, βασιλευομένου [z] Ὡσήε· ἕπεται [a] τὰ δύο φυλῶν, ὑπὸ Ναβουχοδονοσόρου τοῦ Βαβυλωνίων καὶ Χαλδαίων βασιλέως, [b] ὃς ὑπελείφθη τῶν Ἱεροσολύμων ἀλόντων. Σαλμαναασάρης μὲν οὖν, ἀναστήσας τοὺς Ἰσραηλίτας, [c] κατῴκισεν ἀντ' αὐτῶν [d] τὸ Χουθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν, τότε μέντοι [e] Σαμαρεῖς ἐκλήθησαν, διὰ τὴν χώρας εἰς ἣν κατῳκίσθησαν προσηγορίαν ἀναλαβόντες. ὁ δὲ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, τὰς δύο φυλὰς ἐξαναγών, ᾠδέν ἔθνος εἰς τὴν χώραν [f] αὐτῶν κατῴκισε. καὶ ἀφ' τοῦτ' [g] ἔρημος ἡ Ἰουδαία πᾶσα, καὶ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς διέμεινεν ἔτεσιν [h] ἑβδομήκοντα. τὸ γὰρ σύμπαντα χρόνον, [i] ὃς ἀπὸ τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν αἰχμαλωσίας ἐπὶ τὸν τῶν δύο φυλῶν ἀνάστασιν ἐλήλυθε, [k] ἑκατὸν ἔτη καὶ τριάκοντα, [l] μῆνας ἓξ, ἡμέρας δέκα, συνέβη γενέσθαι.

i Μενοῦσι μὲν αὐτοῖς] Μένουσι *Samb. Busb.* & *Hen.*

k Ἕξειν,] Παρέξειν *Big.* παρέξειν *Samb.* & mox τηρήσειν.

l Πορευομένους δὲ] Πορευομένοις *Samb.* & *Busb.*

m Ἀπολείψειν,] Ἀπολείψει *Big. Hen. Busb.* & *Gall. 1. à manu secunda.*

n Διαθήσειν ὀργισθεὶς] Διαθήσει *Big.* & *Gall. 1.*

o Καὶ ὁ Ἰωάννης] Καὶ Ἰωάννης τοῦ Θεοῦ συμμαχίας *Big. Samb.* & *Gall. 1.*

p Βαροῦχον.] *Al.* Βάρουχον.

q Ἐκέλευσε τῷ λαῷ,] Ἐκέλευσι *Big. Samb. Hen.* & *Gall. 2.* κελεύει *Gall. 1.*

r Ἀποκτενεῖ,] Ita cum plerisque *MSS.* ἀποκτείνῃ in *Editis Aliisque.*

s Τῷ γὰρ πέμπτῳ] Vide *Usserii* Chronol. S. p. 39. & *Conringii* Adversaria Chronol. c. 15.

t Τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας,] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* τοῦ Ναβουχοδονοσόρου in *cæteris.*

v Ὁ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κοίλην] Illa ὁ αὐτὸς desiderant *Big.* & *Samb.* in suo tamen codice habuisse videtur *Epiphan.*

x Βασιλέα κτείνει,] *Jer.* c. 44. v. 30. vocatur *Pharaoh Ephree.* Οὐαφρῆ LXXII. & *Clem. Alex.* Si idem sit qui Ἀπρίης *Herodoto* in *Euterpe*, vereor ne *Josephus* falsi redarguatur, qui à Nabuchodonosoro occisum scribit.

y Πέρσαι Εὐφράτην.] Ita *Big. Samb.* & *Zonar.* πέρσαν τοῦ Εὐφράτου in *cæteris.*

z Ὡσήε·] Ita *MSS.* prout supra, p. 504. §. 1. & alibi. Ὡσέε in *Editis.*

a Τῶν δύο] Ο τοῦ δ. φ. COCC.

b Ὃς ὑπελείφθη] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ἧς ὃς ὑπελιφθη in *Editis.*

c Κατῴκισεν ἀντ' αὐτῶν] Ita in plerisque *MSS.* (& Cocc.) κατῴκησεν in *Editis Aliisque.*

d Τὸ Χουθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν,] Τὸ τῶν Χουθαίων *Big.* & *Samb.* Vide lib. IX. sub finem. HUDS. Conf. supr. lib. 9. c. 14. §. 3. SPANH.

e Σαμαρεῖς ἐκλήθησαν,] Rursus locum eundem consulas velim.

f Αὐτῶν κατῴκισε.] Illud αὐτῶν è *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.*

g Ἔρημος ἡ Ἰουδαία πᾶσα,] Sic *MSS.* ἔρημος Ἰουδαία in *Editis.*

h Ἑβδομήκοντα.] Aperte loquitur de his annis desolationis, quorum fit mentio in *Zacharia*, c. 1. v. 12. *Simsonus* in *Chron. Cathol.* ad ann. 3486.

i Ὃς ἀπὸ τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν] Ὃς ἀπὸ *Big.* & *Samb.* ὅτις ἀπὸ *Hen.* & *Busb.*

k Ἑκατὸν ἔτη] Imo CXXXIII. Vide *Is. Vossium* in *Chron. S.* c. 9. p. 128. *Schotanus* (in *Bibl. Hist. S.* p. 1107.) scribendum ait, ἔτη ρλγ'. μῆνας ἓξ, ἡμέρας εἴκοσι.

l Μῆνας ἓξ,] Καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα *Big.* & *Samb.*

ΚΕΦ. ι'.

·Περὶ Δανιήλε· καὶ οἷα αὐτῷ συνέβη ἐν τῇ Βαβυλῶνι.

Ὁ δὲ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς Ναβυχοδονόσορ ὁ τοὺς [m] εὐγενεστάτους λαῶν τῶν Ἰουδαίων παῖδας, καὶ τοὺς Σεδεκίου τοῦ βασιλέως αὐτῶν συγγενεῖς, οἳ δὲ τὴν ἀκμὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν εὐμορφίαν τῶν ὄψεων ἦσαν κάλλιστοι, παιδαγωγοῖς δὲ τῇ δι' αὐτῶν ἀγωγῇ χρωμένοις, μείσας τινὰς αὐτῶν ἐκτομίας, τὸ μὲν αὐτὸ δὲ τοὺς [n] ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσα κατεπρέψαν ληφθέντας ἐν ὥρᾳ τῆς ἡλικίας ἀγαθεὶς, ἐχορήγει μὲν αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς δαῖτα, ἐπαίδευε δὲ τὰ ἐπιχώρια, καὶ τὰ τῶν Χαλδαίων ἐξεδίδασκε γράμματα. [o] ἦσαν δ' ἔτι σοφίαν ἱκανοὶ, πρὸς ἃ [p] σκέλλε ἀγωγίζειν· ἦσαν δ' ἐν τούτοις τῶν ἐκ τοῦ Σεδεκίου ἥβης πέντε, καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ τὰς φύσεις. ὧν ὁ μὲν Δανιὴλος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Ἀνανίας, ὁ δὲ Μισαὴλος, ὁ δὲ τέταρτος Ἀζαρίας. τούτους ὁ Βαβυλώνιος μετωνόμασε, καὶ χρῆσθαι προσέταξεν ἑτέροις ὀνόμασι. καὶ τὸν μὲν [q] Δανιήλου ἐκάλεσε Βαλτάσαρον, τὸν δὲ Ἀνανίαν Σεδράχῳ, Μισαὴλον δὲ Μισάχῳ, τὸν δὲ Ἀζαρίαν Ἀβδεναγώ. τούτους ὁ βασιλεὺς, δι' ὑπερβολὴν εὐφυΐας καὶ ἀγχινοίας τοῦ πρὸς τὴν παίδευσιν τῶν γραμμάτων, καὶ σοφίας ἐν προκοπῇ γιγνομένους, εἶχεν ἐν πολλῇ τέρψει διετέλει.

β'. Δόξαν δὲ Δανιήλῳ μὴ τῶν συγγενῶν συνεισαγωγεῖν [r] αὐτὸν, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἐδεσμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ [s] καθόλου πάντων τῶν ἐμψύχων, προσελθὼν [t] Ἀσχάνῃ τῷ τῆς Ἀπιμελείας αὐτῶν [v] ἐπιτεταγμένῳ εὐνούχῳ, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς βασιλέως αὐτοῖς κομιζόμενα παρεκάλεσεν αὐτὸν ἀναλίσκειν λαμβάνοντα, παρέχειν δὲ αὐτοῖς ὄσπρια καὶ Φοίνικας εἰς ἀγωγοφὴν, καὶ εἴ τι τῶν ἀψύχων ἕτερον βέλοιτο· πρὸς γὰρ τὴν τοιαύτην δίαιταν αὐτὸς [x] κεκινῆσθαι, τὸν δὲ ἐπέρασι φειδόμενον. ὁ δὲ, εἶναι μὲν ἑτοίμως ὑπηρετεῖν ἔλεγεν αὐτῶν τῇ προαιρέσει. ὑφορᾶσθαι δὲ μὴ καταδηλοι τῷ βασιλεῖ γενηθέντες, ἐκ τοῦ τῶν σωμάτων ἰσχνότητος, καὶ τοῦ τροπῆς τοῦ χαρακτῆρος· [y] συμμεταβαλεῖν γὰρ αὐτοῖς ἀναγκαῖον τὰ σώματα, καὶ τὰς χρόας ἅμα τῇ διαίτῃ· καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων ὑπηδυτῶν ἐλεγχθέντες, ἄπιστοι κινδυνεύσειν καὶ τιμωρίας αὐτῷ κατασχεῖν. ἔχοντα δὴ νῦν πρὸς τὸν ὑλακῶς τοῦ Ἀσχάνου πεῖθεσθαι δέκα ἡμέρας ταύτας προσέχειν αὐτοῖς πείρας ἕνεκα, καὶ μὴ μεταβαλλόντων μὲν αὐτοῖς τὰ τῶν σωμάτων ἕξεως, ἀπιμένειν τοῖς αὐτοῖς, ὡς ἴδοι ἔπι εἰς αὐτὸν βλαθησομένων· εἰ δὲ μειωθέντας ἴδοι καὶ κάκιον τῶν ἄλλων ἔχοντας, ἀπὸ τοῦ προτέρου αὐτοὺς δίαιταν ἄγειν. ὡς δὲ, ὁ μόνον ἴδεν αὐτοὺς ἐλύπει τὴν τροφὴν σπείρων προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων διαφέροντα τὰ σώματα [z] καὶ μείζονες ἐγίνοντο, ὡς τοὺς μὲν ἐνδεεστέρους [a] ὑπολαμβάνειν, οἷς τοῦ βασιλικοῦ σιτεῖσθαι εἶναι χορηγίαν, τοὺς δὲ μὴ δὴ Δανιήλου δοκεῖν ἐν ἀφθονίᾳ καὶ τρυφῇ τῇ πάσῃ βιοῦν, ἔκτοτε μετὰ ἀδείας ὁ Ἀσχάνης [b] τὰ μὲν ἀπὸ τῆς δείπνου καθημέραν συνήθως ἔπεμπε τοῖς παισὶν ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς ἐλάμβανεν, ἐχορήγει δὲ αὐτοῖς τὰ προφρημένα. οἱ δ' ὡς καὶ τῶν ψυχῶν αὐτοῖς δοκοῦ τῆς καθαρᾶς καὶ πρὸς τοῦ

CAP. X.

De Danielo: & quænam ei acciderunt in Babylone.

CÆterum Nabuchodonosorus Babyloniorum rex, cum *sibi* sumpsisset nobilissimos Judæorum pueros & regis eorum Sedeciæ cognatos, qui & corporum vigore & oris pulchritudine erant conspicui, pædagogis tradidit ut illis cultum adhiberent: quibusdam illorum * exsectis (id quod solitus est facere aliarum quoque gentium devictarum pubi) victum quidem illis de sua mensa præbebat, curabatque ut regionis istius instituta & literas Chaldæas docerentur. Isti autem satis magnam consequuti erant sapientiam, ad quam eos exerceri jubebat: inque his erant & quatuor de genere Sedeciæ, forma præstantes bonoque ingenio prædíti. quorum unus quidem Danielus, alter vero Ananias, atque alius Misaëlus, quartus vero Azarias vocabatur. His Babylonius mutavit nomina, aliisque nominibus uti jussit. Et Danielum quidem Baltasarum appellavit, Ananiam vero Sedrachen, & Misaëlum Misachen, Azariam vero Abdenago. Istos ob egregiam indolem, & diligentiam literarum studiis adhibitam, & quod in sapientia valde profecerant, in honore habebat rex & amore prosequebatur.

Nabuchodonosorus Judæorum pueros nobiliores formaque elegantioris liberaliter instituí jubet.

De Danielo ejusque cognatis. Dan. c. 1.

2. Cum autem visum fuisset Danielo, ut ipse cum cognatis suis durius victitaret, & à mensæ regiæ eduliis abstineret, atque adeo ab universis vitali spiritu animatis, Aschanem adiit spadonem cui cura illorum demandata erat, & ab eo contendit, ut quæ illis à rege afferebantur sibi caperet & absumeret, illis vero legumina & dactylos in alimoniam daret, & si quid aliud præterea vellet inanime. ad hujusmodi enim victum se magno desiderio ferri, aliumque *quemcunque* vili pendere. Ille vero se paratum esse dicebat voluntati illorum obsequi: sed nonnihil vereri, ne, si hoc resciverit rex corporum ex gracilitate orisque lineamentis subinde mutatis (necesse enim esse corporis habitum coloremque illis ex victu immutari) fuerintque ex pueris aliis bene pastis *hujusce rei* manifesti, sibi auctores fiant periculi suppliciique. Aschani itaque ad hoc faciendum timido persuadent, ut decem diebus ad rem experiendam ita vescerentur: quod si corpora illorum nihilo deterius se inde habuerint, eodem deinceps cibo uti *licere*, ut qui ex eo nihil detrimenti capturi sint; sin autem eos macie attenuatos *forte* viderit, aliisque pejus se habentes, ad priorem victus consuetudinem redire faceret. Cum autem ex cibo istiusmodi suppeditato non modo nihil eis decesserit, sed corpore magis quam alii bene curato esse & pinguiores apparuerint; adeo ut illos quidem, quibus regia munificentia vesci contigit, ex pauperioribus esse quis suspicaretur, Danielum vero & qui cum eo erant, videri in magna rerum abundantia summaque luxuria vixisse; exinde Aschanes, absque omni metu, quæ pueris quotidie de mensa sua rex mittere consuevit, sibi habebat, & jam ante memorata illis apponebat. Illi vero, quasi propterea mentes eis es-

Eorum vitus & sapientia. Dan. c. 1.

m Εὐγενεστάτους] Ita cum *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* Εὐγενεστάτων in *reliquis*.

* *Exsectis*] Judæos εὐνουχίζειν prædixerat *Hieremias*.

n Ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν] Illud ἐκ non agnoscunt *Big.* & *Samb.*

o Ἦσαν δ' ἔτι] Ita *Big.* & *Samb.* αὐτοὶ in *Editis Aliisque*.

p Ἐκέλλε ἀγωγίζειν·] Ita cum *MSS.* σκέλλουσι in *Editis*.

q Δανιήλου ἐκάλεσε Βαλτάσαρον,] Δανιήλου (ut & *supra* Δανιὴλος) *Samb.* & mox ἐκάλεσε *Big.* & *Samb.*

r Αὐτὸν,] Ita *Samb. Gall.* 2. αὐτὸν in *reliquis*.

s Καθόλου πάντων] Sic *MSS.* καθόλως in *Editis*.

t Ἀσχάνῃ] Ἀσφάνῃ malit *Schotanus*. Apud *Chrysostomum* sub initium *Interpretationis* in *Danielem* Ἀσφανὶζ pro Ἀσφανὶς ex LXXII. reponi suadet *Cotelerius*: qui *Josephum* Ἀσχάνης pro Ἀσφάνης dixisse existimat, ob similitudinem literarum Hebraïcarum.

v Ἐπιτεταμμένῳ εὐνούχῳ,] Ἐμπιστευμένῳ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

x Κεκινῆσθαι,] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. σκεκινεῖσθαι in *Editis Aliisque*.

y Συμμεταβαλεῖν] Συμμεταβάλλειν *Big.* & *Samb.* & infra mox ead. §. συμμεταβαλόντος.

z Καὶ μείζονες ἐγίνοντο,] Ita *MSS.* καὶ σύτιῦθεν μείζονες γίνονται in *Editis*.

a Ὑπολαμβάνειν,] Ὑπολαμβάνοντας malit Cl. *Lowthius*.

b Ἀ μὲν ἀπὸ τῆς δείπνου] Ὅσα μὲν *Big.* & *Samb.*

essent puræ, & defœcatæ adeo ut optime possent disciplinis imbui, & corpora firmiora evaderent ad labores perferendos (neque enim illas lædebant & prægravabant ciborum varietate, neque ista eadem ex causa molliora reddebant) facile instituti erant in omni Hebræorum & Chaldæorum doctrina. Danielus vero, præ cæteris satis jam ad sapientiam peritus, somniis interpretandis animum adjecit: numenque ei manifesto aderat.

Nabuchodonosorus somnium videt mirabile. Dan. c. 2.

3. Biennio autem post Ægypti populationem, rex Nabuchodonosorus, cum somnium mirabile vidisset, cujus etiam eventum Deus ei per quietem declaraverat, ejus quidem mox ut è stratis surrexit oblivisci tur. Accersitis igitur Chaldæis & magis atque divinis, narravit ipsis, se forte somnium vidisse: illisque indicans quòd ei acciderat visorum oblivione capi, jussit illis ut ipsi dicerent, quale esset somnium & quid sibi velit. Cum autem illi responderent, ab hominibus fieri non posse ut hoc reperiretur, veruntamen, somnii visionem si illis eloqueretur, interpretationem dare pollicerentur; mortem illis comminatus est, nisi somnium ei expedirent. illosque omnes *statim* ad necem trahi imperavit, qui pronunciaverant se quod jussum erat facere non posse. Tum Danielus, audito quod rex omnes sapientes occidi jusserat, & inter hos se quoque cum cognatis suis esse in periculo, adiit Ariochum, cui datum erat imperium in regis satellites. Cumque ab eo supplex quæsivisset, quam ob rem rex in mandatis dederat, ut sapientes omnes morte multarentur & Chaldæi & magi; atque intellexisset somnii negotium, & quod jussi à rege id quod ei exciderat in mentem revocare, dicendoque se non posse, regem ad iram commovissent: obsecravit Ariochum, ut ad regem ingressus unam noctem *ad comminiscendum* magis peteret, atque hac *nocte illos* non interficeret: spem enim sibi esse, si eâ Deum precatus fuerit, fore ut somnium exploratum haberet. Tum Ariochus regi nunciatum ivit, ista postulare Danielum. atque ille cædem magorum differri jussit, tantisper dum certior fieret de promisso Danieli. Cæterum puer, ubi se cum cognatis *suis* domum receperat, supplex Deum per totam noctem obsecrat ut *somnium* declararet, & magos & Chaldæos, cum quibus & ipsis pereundum est, ab ira regis eriperet, visionem sibi sistendo eamque patefaciendo, quæ nocte præterita regi per quietem oblata ex memoria elapsa est. Deus autem, & periclitantes miseratus & Danieli sapientia delectatus, somnium ei notum fecit simulque ejus interpretationem, ut quid significaret ex ipso rex intelligeret. Jamque Danielus cum ista à Deo accepisset, gaudio perfusus surgit, reque cum fratribus communicata, illos quidem postquam de vita jam desperarint & *cum solicitudine* de morte cogitarint, animi terrore liberavit & in spem vitæ erexit. Cumque illis actis Deo gratiis, *teneræ* illorum ætatis miserto, prima luce Ariochum adit, & ab eo petebat ut se ad regem ingressus unam noctem *ad comminiscendum* magis peteret, atque hac *nocte illos* non interficeret: spem enim sibi esse, si eâ Deum precatus fuerit, fore ut somnium exploratum haberet. Tum Ariochus regi nunciatum ivit, ista postulare Danielum. atque ille cædem magorum differri jussit, tantisper dum certior fieret de promisso Danieli. Cæterum puer, ubi se cum cognatis *suis* domum receperat, supplex Deum per totam noctem obsecrat ut *somnium* declararet, & magos & Chaldæos, cum quibus & ipsis pereundum est, ab ira regis eriperet, visionem sibi sistendo eamque patefaciendo, quæ nocte præterita regi per quietem oblata ex memoria elapsa est. Deus autem, & periclitantes miseratus & Danieli sapientia delectatus, somnium ei notum fecit simulque ejus interpretationem, ut quid significaret ex ipso rex intelligeret. Jamque Danielus cum ista à Deo accepisset, gaudio perfusus surgit, reque cum fratribus communicata, illos quidem postquam de vita jam desperarint & *cum solicitudine* de morte cogitarint, animi terrore liberavit & in spem vitæ erexit. Cumque illis actis Deo gratiis, *teneræ* illorum ætatis miserto, prima luce Ariochum adit, & ab eo petebat ut se ad regem introducat, ut ad comminiscendum

δηλῶσαι γὰρ αὐτῷ βάλεσαν τὸ ἐνύπνιον, ὃ φησὶν ἰδεῖν [c] περὶ τῆς παρελθούσης νυκτός.

δ'. Εἰσελθὼν οὖν πρὸς τὸν βασιλέα Δανιήλης, παρητεῖτο πρῶτον, μὴ σοφώτερον αὐτὸν δόξαι τῶν ἄλλων Χαλδαίων ἐν μάγων, ὅτι μηδενὸς ἐκείνων τὸ ὄναρ δύνηθέντος, [d] αὐτὸς αὐτῷ μέλλοι λέγειν. "ἃ γὰρ κατ' ἐμπει-"ρίαν, μᾶλλον ἢ [e] ὅτι τῷ θείαν αὐτῶν μᾶλλον ἐκπεπονῆσθαι, "τοῦτο [e] γίνεται· ἀλλ' ἐλεήσας ἡμᾶς, [f] φησὶν, ὁ Θεὸς κιν-"δυνευούσας ἀποθανεῖν, δεηθέντι σοῦ τε τὸν [g] ἐμαυτῆς ψυ-"χῆς ἐν τοῖς ὁμοεθνῶν, καὶ τὸ ὄναρ ἐν τῷ κρίσιν αὐτοῦ φα-"νερὸν ἐποίησεν. ἐκ ἦσαν γὰρ τὸ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς καταδι-"καθεῖσι τὸ σὲ μὴ ζῆν λύπης, σοῦ τὸ σῆς αὐτοῦ δόξης "ἐφρόντιζον, ἀδίκως ὅτως ἄνδρας ἐν τούτους [h] καλοὺς κἀ-"γαθοὺς ἀποθανεῖν κελεύσαντος, οἷς μὲν ἀνθρωπί-"νης σοφίας ἐχόμενον προσέταξας, ὃ δὲ [i] τῷ ἔργον Θεοῦ "τοῦτ' ἀπήτεις παρ' αὐτῶν. σοὶ τοίνυν φροντίζοντι σοῦ τὸ "τίς ἀρξεῖ τοῦ κόσμου παντὸς μετὰ σὲ, καθαγιαμένῳ βαλό-"μενος δηλῶσαι πάντας ὁ Θεὸς τοὺς [i] βασιλεύσοντας, "ὄναρ ἔδειξε τοιοῦτον. ἔδοξας ὁρᾶν ἀνδριάντα μέγαν ἐστῶ-"τα, οὗ τῷ μὲν κεφαλῷ συνέβαινεν εἶναι [k] χρυσῷ, "τοὺς δὲ ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας ἀργυροῦς, τῷ δὲ γαστέρα "καὶ τοὺς μηροὺς χαλκοῦς, κνήμας δὲ καὶ πόδας σιδηροῦς. "ἐπὶ τοῖς λίθον εἶδες [l] ἀπὸ ὄρους ἀποῤῥαγέντα ἐμπεσεῖν τῷ "ἀνδριάντι, καὶ τοῦτον καταβαλόντα συντρίψαι, καὶ μηδὲν "αὐτοῦ μέρος ὁλόκληρον ἀφεῖναι, τὸν δὲ χρυσὸν καὶ τὸ ἄργυ-"ρον καὶ τὸ σίδηρον καὶ τὸ χαλκὸν ἀλεύρου λεπτότερον γενέσθαι· "καὶ τὸ μὲν ἀνέμου πνεύσαντος σφοδροτέρου τοσοῦτον ὡς "ἁρπαγῆναι ἀφανισθῆναι, τὸ δὲ λίθον αὐξῆσαι τοσοῦτον ὡς "ἅπασαν ἀπὸ αὐτοῦ τὴν γῆν δοκεῖν πεπληρῶσθαι. τὸ μὲν "οὖν ὄναρ, ὅπερ εἶδες, τοῦτ' ἔστιν· ἡ δὲ κρίσις αὐτοῦ τοῦτον "ἔχει τὸν τρόπον. ἡ μὲν χρυσῆ κεφαλὴ σέ τε εἰδήλωσε καὶ τοὺς "περὶ σοῦ βασιλεῖς Βαβυλωνίους ὄντας, αἱ δὲ δύο χεῖρες καὶ "οἱ ὦμοι σημαίνουσιν ὑπὸ δύο καταλυθήσεσθαι βασιλέων "τὴν ἡγεμονίαν ὑμῶν· τὴν δὲ ἐκείνων ἕτερός τις [m] ἀπὸ "δύσεως καθαιρήσει χαλκῆν ἡμφιεσμένος, καὶ ταύτην ἀλ-"λῃ παύσει τὴν ἰσχὺν ὁμοίᾳ σιδήρῳ, καὶ κρατήσει [n] εἰς "ἅπαν ἀεὶ τὴν τοῦ σιδήρου φύσιν, εἶναι γὰρ αὐτὴν "στερροτέραν τῆς χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου καὶ τοῦ χαλκοῦ. " ἐδή-"λωσε δὲ καὶ τοῦ λίθου Δανιήλης τῷ βασιλεῖ· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔδοξε τοῦτο ἱστορεῖν, τὰ παρελθόντα καὶ τὰ γεγενημέ-να συγγράφειν ἃ τὰ μέλλοντα ὀφείλοντι. εἰ δέ τις τῆς [o] ἀληθείας ζηλωτὴς [p] περιέργως ἀκριβοῦσθαι βούλεται, "ὡς δὲ καὶ τὰ ἀδήλων [q] εἰ γνώσεσθαι βάλεσαν μαθεῖν, παρ-"δασάτω τὸ βιβλίον ἀναγνῶναι [r] τοῦ Δανιήλου· εὑρήσει δὲ "τοῦτο ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν.

ε'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορος, [s] ἀκούσας ταῦτα καὶ ἐπιγνοὺς τὸ ὄναρ, ἐξεπλάγη τὴν τοῦ Δανιήλου φύ-σιν, καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ὥσπερ τὸν τρόπον τὸν Θεὸν προσ-κυνοῦσι, τοῦτον τὸν Δανιήλον ἠπείγετο, καὶ [t] θύσειν ἐκέλευε ὡς Θεῷ προσέταξεν. ἀ μὲν ἀλλὰ καὶ τὴν προσηγορίαν αὐ-τοῦ τοῦ ἰδίου Θεοῦ ἡμέραν, ἀπάσης ἐπέτρεπον τῆς βασι-λείας ἐποίησε, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ· οὓς ἐπὶ φθόνῳ καὶ βασκανίᾳ εἰς κίνδυνον ἐμπεσεῖν σπεύδει, τῷ βα-σιλεῖ προσκρούσαντας ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ὁ βασιλεὺς κατεσκεύασε χρύσεον ἀνδριάντα, πηχῶν τὸ μὲν ὕψος ἑξήκοντα, [v] πλάτος δὲ ἓξ, ἔστησε αὐτὸν ἐν τῷ μεγά-

gem duceret: velle enim ipsi effari id quod in somniis *se* vidisse dicit, proxima ante hanc nocte.

4. Danielus autem ad regem ingressus, primum illud *ab eo* deprecatus est, ne ipsum aliis Chaldæis & magis sapientia præstare existimaret, quod, cum nemo illorum somnium invenire potuisset, ipse *id* ei indicaturus esset. "non enim *sua* peritia, vel "quod mentem quam alii magis exercuisset, id fe-"ri: sed Deus, inquit, nostrûm misertus qui in "mortis periculum adducti eramus, oranti mihi "pro mea popularium vita & somnium & ejus in-"terpretationem declaravit. non enim tam me so-"licitum habuit ea tristitia, quod nos ipsi à te fue-"rimus morti adjudicati, quam metus de tuæ exi-"stimationis gloria, ut qui inique viros bonos & "honestos necari jusseris, quibus nihil, quod hu-"mana sapientia efficere potuit, imperasti, sed id "quod facere Dei solius est ab illis exegisti. Tibi "itaque, cogitanti, qui homo post te potiturus "esset totius orbis imperio, in lecto cubiculari vo-"lens Deus omnes regnaturos ostendere, ejusmo-"di immisit somnium. Spectare tibi videbaris in-"gentem statuam *ante oculos* tuos stantem cujus "caput forte aureum erat, humeri & brachia ar-"gentea, venter & femora ex ære, crura ac pedes "ferrei. Deinde saxum ingens vidisti à monte a-"vulsum, quod in statuam incidit, eamque deje-"ctam adeo contrivit, ut nulla ejus pars integra "fuerit relicta; sed aurum & argentum & ferrum "& æs in pulverem abierint farina minutiorem: "atque illum, venti vehementioris flatu abreptum, "longe lateque dispersum esse; saxum vero adeo "crevisse ut tota terra ab eo occupata videretur. "Et somnium quidem quod vidisti hujusmodi est: "illud vero hoc modo, ut arbitror, interpretan-"dum. Caput quidem aureum te significat, & "alios ante te reges Babylonios; duæ vero manus "& humeri indicant imperium vestrum à duobus "regibus eversum iri: illorum autem imperium "alius quidam ab occidente *veniens* destruet, ære "*totus* obductus; atque hujus vires alia vis debel-"labit ferro similis, easque in universum imperio "premet propter ferri naturam, quod ea sit auro "& argento & ære validior." Quin & Danielus regi ostendit omnia de saxo: sed mihi ista narrare non libuit, cui id negotii datum est ut præterita non futura literis consignarem. Si quis autem veritatis avidus nolit ab iis paulo curiosius inquirendis desistere, ut qui de incertis, an futura sint, scire desiderat, det operam ut Danieli librum perlegat, quem in sacrorum librorum codice inveniet.

Danielus Nabucho-donosoro somnium in memoriam revocat, & interpreta-tur. Dan. c. 2.

De statua quam vidit in somnis Nabucho-donosorus. Dan. c. 2.

Somnii ex-planatio. Dan. c. 2.

5. Rex autem Nabuchodonosorus, his auditis, suoque somnio agnito, Danieli indolis admiratione perculsus est, & in faciem procidens, haud aliter quam Deum solent adorare, Danielum veneratus est, eique ut Deo sacrificari jussit. Nec hoc contentus, impositio ei Dei sui nomine, universæ ditionis suæ imperio eum præfecit, cognatosque suos: quos ex *aliorum* invidia & livore in periculum incidisse contigit, ut qui regem hujusmodi de causa offenderint. Rex, facto aureo colosso altitudine cubitorum sexaginta, latitudine sex, cum eum in magna planitie Babylonis erexisset, ipsumque mo-

Danielum magnis honoribus au-get rex cumulatque. Dan. c. 2.

Nabuchode-nosorus statuam sibi auream, immensæ magnitudi-nis, posuit, adorarique eam præce-pit. Dan. c. 3.

c Περὶ τὴν παρελθοῦσης νυκτός.] Περὶ τὴν *Big.* & *Samb.*
d Αὐτὸς αὐτῷ] Ita *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* αὐτὸς αὐτὸ in *Editis Aliisque.*
e Γίνεσθαι] Γίνει *Big.* & *Savib.* γνώσεσθαι legisse videtur *Epiphan.*
f Φησὶν,] Φησὶν deest *Big.* & *Samb.*
g Ἐμαυτῆς ψυχῆς] Ἐμῆς *Big.* & *Samb.*
h Καλοὺς κἀγαθοὺς] Καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς *Big.* & *Samb.*
i Βασιλεύσοντας] Βασιλεύοντας *Gall.* & *Samb.* 1.
k Χρυσῷ,] *Al.* (ut & *Cocc.*) χρυσίου.
l Ἀπὸ ὄρους ἀποῤῥαγέντα] Ἐξ ὄρους *Big. Samb.* & LXXII.
m Ἀπὸ δύσεως καθαιρήσει] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* ἀπὸ δύσεως in *Editis Aliisque.*
n Εἰς ἅπαν] Ita *Big. Samb. Busb.* & *Hen.* εἰς ἅπασαν in *Editis Aliisque.*
o Ἀληθείας] Ἀκριβείας *Samb.*
p Περιέργως] πολυπραγμονεῖν,] De voce ἀκριβοῦσθαι videsis *Gatakerum* ad *Antoninum*, pag. 92.
q Εἰ γνώσεσθαι βάλεσαν μαθεῖν,] Τί γνώσεσθαι *Big.* & *Samb.*
r Τοῦ Δανιήλου·] Τὸ Δανιήλου *Big.* & *Samb.*
s Ἀκούσας ταῦτα] Ἀκηκοὼς *Big.* & *Samb.*
t Θύσειν ὡς Θεῷ] Ita cum *MSS.* in *Editis* Θύειν.
v Πλάτος δὲ ἓξ,] Τὸ πλάτος *Big.* & *Samb.*

more solenni dedicaturus esset, principes ex omni sua ditione convocavit, eisque in primis mandavit, ut quandocunque tubæ sonitum audiverint, tunc *interram* procumberent & colossum venerarentur: iis vero qui *ita* non fecerint minatus est se illos conjecturum esse in fornacem igne ardentem. cum igitur omnes, simul ac audiverunt tubæ vocem, colossum venerarentur, Danieli cognatos hoc itidem non feciſſe dicunt, nolentes patria instituta violare. Atque illi criminis manifesti & statim in ignem conjecti divina servantur providentia, & præter omnium opinionem ex mortis periculo evadunt. Ignis enim eos non attigit: sed, quasi sensisset viros *sceleris* puros in flammas suas præcipitatos esse, illos non afflavit; vique ad urendum debili esse videbatur, quamdiu juvenes in eo manerent, Deo illorum corpora ita muniente ut ab igne nihil paterentur. Quæ res illis, ut viris probis Deoque charis, regis gratiam conciliavit: adeo ut postea semper in maximo apud eum honore haberentur.

Danieli cognati, quod statuam non adorarint, in medias flammas conjiciuntur, & illæsi per ea ambulant. Dan. c. 3.

6. Non multo autem post in somnis rex aliam videt visionem; quòd imperio excidens inter bestias versabitur, & post exactos in solitudine septem annos denuo regnum recuperabit. Hac visione ipsi in somnio oblata, cum magos rursus convocasset, illos ea de re percontabatur, & quid significaret sibi dicere jubebat. Et aliorum quidem nemo potuit somnii sententiam invenire, regique explicare: solus vero Danielus ista exploravit; atque ita evenerunt prout ipse ei prædixit. Cum enim in solitudine tempus jam ante memoratum exegisset, nemine per septennium auso rerum gubernaculo sese admovere, *tandem* Deum precatus ut regnum recipiat, rursus ei restituitur. Nemo autem mihi vitio vertat, quod horum singula ita ut in antiquis libris ea reperio in scriptis meis referam. nam statim ab initio hujus historiæ contra eos qui in rebus *narratis* desiderabunt quidpiam, vel expostulabunt, à me præcautum est, asseverando quod Hebræorum solum libros Græce reddam, pollicendoque futurum ut in rebus istis exponendis nihil illis de meo addam vel detraham.

Nabuchodonosorus, potestate regia abjecta, cum bestiis agrestibus degit: & post septennium in regnum repositus est & dignitate auctus. Dan. c. 4.

CAP. XI.

De Nabuchodonosoro ejusque successoribus, & quomodo eorum imperium eversum erat à Persis: quæque Danielo acciderunt in Media, & qualia illic prædixit.

Nabuchodonosori mors.

PER idem vero tempus habitabat in Modim, *Mattathias Macchabæorum pater.* vico Judææ, quidam nomine Mattathias, filius Joannis, filii Symeonis, filii Asamonæi, sacerdos ex vice Joaribi, Hierosolymita. Huic autem erant filii quinque, Joannes cognomine Gaddes, & Simon Matthes appellatus, & Judas vocatus Maccabæus, & Eleazarus qui Auran dicebatur, & Jonathas cognomento Apphus. Iste ergo Mattathias deflebat apud filios *miserum* rerum statum, & urbis direptionem, & templi spoliationem, populique calamitates; ajebatque præstare mori eos pro patriis legibus, quam vivere tanto cum dedecore. *1 Maccab. c. 2.*

β'. Ελθόντων δὲ εἰς τὴν [k] Μωδεΐμ κώμην τῶν ὑπὸ τοῦ
βασιλέως [l] καθεσταμένων [m] ἐπὶ τῷ ποιεῖν ἀναγκάζειν
τοὺς Ιουδαίους ἃ διετάκτο, καὶ θύειν τοῖς ἐκεῖ κελεύόν-
των ὡς ὁ βασιλεὺς κελεύσαι· πολὺ δὴ τὴν δόξαν, τήν τε
πολὺ πᾶσαν καὶ πολὺ [n] τὴν εὐπαιδίαν, ἀξιουμένων τὴν Ματτα-
θίαν πρωτοπατρεύειν τῶν θυσιῶν, καταλαλήσειν γὰρ αὐτοῦ
καὶ τοὺς πολίτας, καὶ πολὺ τέρπειν τιμηθήσεσθαι πρὸς τοῦ βα-
σιλέως. ὁ Ματταθίας οὐκ ἔφασκε ποιήσειν, εἰ[δ]ὲ εἰ πᾶλ-
λα πάντα ἔθνη τοῖς Αντίοχου πειθήσειαν ἢ διὰ φόβον
ἢ δι' [o] ὑπαρέσκειαν ὑπακούοι, πεισθήσεσθαί [p] που αὐτοὺς

2. Cum autem in Modim vicum venissent, qui à Rege *in hoc* constituti erant ut Judæos ad mandata ejus exsequenda cogerent, juberentque eos, qui illic aderant, rem divinam facere prout Rex jusserit; atque Mattathiam rogassent, qui gloriam cum ex aliis tum ex doctrina assequutus fuerat, ut præiret immolando, sequuturos enim eum cives, & id ipsi honori fore apud Regem: Mattathias, se non ita facturum esse, dicebat, nec, si aliæ gentes omnes Antiochi mandatis, sive ob metum sive placendi studio, obsequerentur,

[r] Επίστειλεν ἔτ[ους]] Ita *Hen.* & *Vet. Interpr.* in *Editis Aliisque* ἐπέστελλε. mallem sane ἐπιστείλαμεν, si illa ταῦτα ϛ' καὶ, &c. pars essent Epistolæ Antiochi.

[s] Ἕκτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ,] Anno XLVI. sed nescio à qua Epocha deducto. *Usserius.* Samaritani supplicationis ad Antiochum missæ responsum non anno XLVI. (ut est apud *Josephum*) sed CXLVI. mensis *Hecatombæi*, i. e. *Julii* XI. pergratum acceperunt. *Foy-Vaillant* in *Historia Regum Syriæ*, p. 180. Nullus dubito, quin pro μϛ'. legendum sit εμϛ'. secundum æram *Seleucidarum.* Vide infr. c. 7. §. 2.

[t] Εκατομβαιῶνος] Quod Antiochus ita tempus notarit, ingenue fateor me non intelligere: nisi, quod credo, fuerit is Εκατομβαιὼν Calippicus Lunaris. & sane non dubito, quin verum sit. SCALIG. lib. 1. *de Emend. Temp.* p. 49. Nomen Εκατομβαιῶνος hic ferri non potest. Asiæ enim reges non utuntur mensium Atticorum appellationibus. in uno *Regis Galliarum* codice, μηνὸς Υπερβερεταίου ιή'. [μηνὸς Εκατομβαιῶνος Υπερβερεταίου ιή'. (ἐκτῷ καὶ δεκάτῃ *Lugd. Bat.*) *Vat.* & *Hen.*] Quæ scriptura nihil nos juvat. nullus enim apud Syro-Macedonas Υπερβερεταῖος appellatur. Propius accedit ad verum *Epiphanii* versio, *mense Echato* [*mense Echate* in aliis *Codd.*] unde reponendum conjicio μηνὸς ἐχάτου *mensis ultimi*, id est, *Gorpiæi.* qua voce sciolus aliquis nomen proprium mensis Syro-Macedonici mendosum latere existimans, Εκατομβαιῶνος rescripsit; quod ad ἐχάτου ex omnibus mensium nominibus proxime accedit. PETITUS in *Animadvers. ἀπενδότοις*, tom. 3. p. 673.

[v] Οκτωκαιδεκάτῃ.] Id est, *Julii* XIV. ut dicit *Cappellus* ad A. M. 3833.

[x] Μωδεΐμ] Μωδεὶν l. 1. *de Bello Jud.* Μωδεῖν *Busb.* Μωδαεῖ (*Lugd. Bat.*) *Hen.* Μωδαεὶμ *Suid.* ex *Josepho.* Varie Μωδεὶμ, Μωδεὶν, Μωδεῖν, Μωδεὶν in *Maccabaïcis.* Μωδεῖμ *Eusebio.* Dicitur *Modim* apud *Hieronymum*, & *Modim* vel *Modin* in *Epiphanii* libris. Videsis *Drusium* ad *Sulpicium* l. 2. c. 12. *Grotium* ad 1 *Maccab.* c. 2. v. 1. & *Relandum* in *Palæstina Sacra*, p. 901. HUDS. Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 1. §. 3. item infr. c. 21. §. 2. SPANH.

[y] Οὐομα] Οὐόματι *Hen.*

[z] Ματθαίας,] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) *Busb. Epiphan.* & *Zonar.* Ματθίας in *Editis Aliisque.* HUDS. Ματθαΐας 1 Maccab. 1. conf. infr. lib. 14. c. 10. §. 4. SPANH.

[a] Ασαμωναίου,] Eo modo *Busb. Hen. Zonar.* & meliores *Epiphanii* libri, Ασαμωναΐου in *reliquis.* Videsis *Simsonum* ad *A. M.* 3837. & *Usserium* ad *A. M.* 3837.

[b] Ιωαρείβου,] Perperam Ιωαρὶβ *Hen.* atque *Jobab* apud *Epiphanium.* nam Joaribi familia inter XXIV. ἐφημερίας prima est 1 *Chron.* c. 24. v. 7.

[c] Γαδδῆς,] Ita etiam *Zonaras.* Rectius forsan Γαδδὶς 1 *Maccab.* c. 2. v. 2. quo modo etiam legisse videtur *Epiphan.* HUDS. Καδδὶς 1 Macc. II. 3. Conf. infr. lib. 13 c. 1. §. 2. SPANH.

[d] Ματθῆς,] Θαθῆς *Busb.* Θαθὶς *Hen.* & *Zonar.* Parum refert (inquit *Grotius*) an Θαθὶ cum *Maccabæico* legas an Ματθὶ cum *Josepho.* utrumvis enim dicas, Syriace *ferventem* significat. HUDS. Pro Ματθῆς 1 Macc. II. v. 3. Θασὶ *Rufin.* Thasi. SPANH.

[e] Μακκαβαῖος,] Ideo Judas dictus est *Maccabæus*, quod in vexillis scriptum habuerit per sigla (ut *Justinianus* loquitur) sententiam eam quæ exstat *Exod.* 15. v. 11. *Mi Camoca Baelohim Jehovah, Quis similis tui inter Deos, Domine* Solent enim Hebræi primas literas nominum colligere, & ex eis collectis vocem fingere compendii causa, ut *MaCHaI* ex vocibus modo allatis.

[f] Αὐρὰν,] Non aliter *Zonaras.* Αὐαρὰν 1 *Maccab.* c. 2. v. 5. HUDS. Αὐαρὰν 1 Macc. 1. 5. Confer infr. c. 9. §. 4. ὁ Σαυαρὰν 1 Maccab. VI. 43. SPANH.

[g] Ιωνάθης] *Al.* Ιωνάθαν & Ιωνάβας.

[h] Απφοῦς.] In Græcis *Josephi* Απφοῦς vel Αφοῦς, in *Latinis*, inverso ordine, *Eleazarus qui Apphus*, *Jonathan qui Abaron.*

[i] Ἀδόξως.] *Lugd. Bat.* ἀτιμῶς.

[k] Μωδεΐμ] Μωδαεὶ *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) vide *Annott.* ad super. §. 1.

[l] Καθισταμένων] Ita ex *Lugd. Bat.* Reliqui καθισαμένων. HAV.

[m] Επὶ τῷ ποιεῖν ἀναγκάζειν,] Επὶ τὸ ποιεῖν *Hen.*

[n] Τὴν εὐπαιδίαν,] Male vertitur *doctrina.* De Mattathiæ enim doctrina nihil, de liberis multum habet Josephus: neque unquam εὐπαιδία ad doctrinam, ad liberos semper refertur. Ευτεκνίαν certe (id enim εὐπαιδία) in magna parte felicitatis ponit *Aristoteles*; & apud Judæos potissimum honorifica fæcunditas, infamis sterilitas. Non numerum autem solummodo, sed & indolem liberorum complectitur εὐπαιδία, sive εὐτεκνία, τέκνων (*Sc.*) ἐν ἠθικῇ καὶ ἀγαθῇ, ut ait *Aristoteles* Rhetor. 1. 22. Ed. *Sturm.* IBBETSON.

[o] Ευαρέσκειαν] Ευαρεσίαν solus *Busb.* HUDS. Ευαρέστησις in Schol. Græc. ad Exod. XXIV. 18. & ἀρέσκησις LXX. Gen. v. 23. VI. 9. &c. SPANH.

[p] Που' αὐτοὺς] Ποτ' αὐτοῖς *Hen.* & *Busb.*

tur, *eoque* obsequuturum se cum filiis ut patrium cultum relinquerent. Ubi vero ille conticuit, accessit homo Judæus in oculis omnium & ex mandato Regis sacrificavit. id quod videns Mattathias indignatus, ipse cum filiis suis gladios gerentibus in eum irruit, illumque ipsum *ad aram* obtruncavit, & Apellem præfectum regium, qui *sacrificare* cogebat, interfecit una cum paucis militibus: dirutaque ara exclamavit, dicens, "si "quis patrii ritus studiosus est Deique cultus, "exeat post me." Atque hæc loquutus cum filiis in solitudinem contendit, relictis in oppido suis omnibus facultatibus. Idque multi imitati, & ipsi cum liberis & uxoribus in desertum profugerunt, & in speluncis habitarunt. Ista cum audissent duces regii, assumptis quotquot in arce Hierosolymitana erant militibus, Judæos in solitudinem insequuti sunt: eosque assequuti, primum quidem illis persuadere conabantur, ut pœnitentia ducti eligerent quæ in rem suam essent, neque eam sibi necessitatem imponerent, ut belli lege cum illis agerent. Cum vero dictis non parerent, sed in diversam irent sententiam, pugna cum illis commissa est die Sabbati: & ita ut erant in speluncis combusti sunt, nihil repugnantes, & ne obsepto quidem *specu* aditu. Etenim propter religionem diei à vi arcenda abstinuerunt, nolentes Sabbatum, etiam cum in malis essent, profanare. Lege enim sancitum est, ut illa die otium ageremus. Interierunt itaque una cum *suis* uxoribus & liberis in speluncis suffocati, ad homines mille. Multi autem è periculo evaserunt, &, cum Mattathiæ sese adjunxissent, eum sibi ducem constituerunt. Ille vero eos etiam Sabbatis pugnare docebat, dicens, "si hoc non fecerint, "legem etiam servantes, sibi ipsis hostes fore, "quandoquidem fiet ut inimici illos eo die ag"grederentur, cum vim non propulsarent, adeo"que nihil prohibiturum esse, quin omnes hoc "pacto absque pugna pereant & tollantur." Ista loquutus *hoc ipsum* eis persuasit: atque hactenus nobis mansit *consuetudo*, ut Sabbatis etiam, urgente necessitate, pugnaremus. Mattathias igitur, cum magnam circa se manum collegisset, & aras evertit, & defectores occidit, quotquot deprehendere potuit (nam multi *illius* metu ad gentes in circuitu dispersi fuere) puerosque nondum recutitos circumcidi jussit, pulsis illinc, quibus id negotii datum erat ut prohiberent.

Mattathias Judæum deastris sacrificantem obtruncat. 1 Maccab. c. 2.

Judæi Sabbati pugnare nolentes occiduntur. 1 Maccab. c. 2.

Mattathias persuadetur etiam Sabbato pugnare. 1 Maccab. c. 2.

3. Cum autem annum imperasset & in morbum incidisset, advocatis filiis, ubi illos circa se stitisset, "Equidem ego, inquit, filii, viam o"mnibus calcandam ingredior. At vobis consi"lium meum commendo, oroque & obsecro ne "male id custodiatis, sed, illius qui vos genuit "nutrivitque voluntatis non immemores, serva"te ritus patrios, veteremque reipublicæ for"mam, in discrimen adductam, ite restitutum, "non seducti ab iis, qui, aut sponte aut necessi"tate coacti, *eam *hostibus* produnt: sed vosmet

Mattathias filios suos ad legis defensionem animat. 1 Maccab. c. 2.

μὴ τ τέκνων τὴν πάτριον θρησκείαν καταλιπεῖν. ὡς ἢ σιωπήσαντι αὐτῷ, προσελθών τις τ Ιουδαίων εἰς μέσον ἔθυσεν κατ' ἃ προσέταξεν Αντίοχος, ζηλωθεὶς ὁ Ματταθίας ὥρμησεν ἐπ' αὐτὸν μὴ τ παίδων, ἐχόντων καὶ πάδας· καὶ αὐτόν τε σκεῦνον διέφθειρε, καὶ τ στρατηγὸν ξ βασιλέως Απελλῆν, ὃς q ἐπηνάγκαζε, διεχρήσατο μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, καὶ τ βωμὸν καθεῖλεν ἀνέκραγέν, εἴπερ ζηλωτὴς ἐστὶ τ πατρίων ἐθῶν, καὶ τ ξ Θεοῦ θρησκείας, ἑπέσθω, φησὶν, ἐμοί. καὶ ταῦτα εἰπὼν μὴ τῶν τέκνων εἰς τὴν ἔρημον ἐξώρμησε, καταλιπὼν ἅπασιν τοῖς αὐτοῦ κτήσιν ἐν τῇ κώμῃ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ r πολλοὶ ποιήσαντες s μὴ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐν ταῖς σπηλαίοις διῆγον. ἀκούσαντες δ' ταῦτα οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ, καὶ τὴν δύναμιν ὅτι εἶναι συνέβαινεν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ιεροσολύμων ἀναλαβόντες ἐδίωξαν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς Ιουδαίους. καὶ καταλαβόντες, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἐπεχείρουν πείθειν μεταγνόντας αἱρεῖσθαι τὰ συμφέροντα, καὶ μὴ προσέχειν αὐτοῖς ἀναίτιον ὡς αὐτοῖς t βλάβην u πολέμῳ νόμῳ. μὴ προσδεχομένων δ' τοὺς λόγους, ἀλλὰ πανταπᾶσι φρονοῦντων, συμβάλλειν αὐτοῖς εἰς μάχην Σαββάτων ἡμέρᾳ· καὶ ὡς εἶχον οὕτως ἐν τοῖς σπηλαίοις αὐτοὺς κατέφλεξαν, οὐδὲν ἀμυνομένους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς εἰσόδους ἐμφράξαντας. ξ δ' ἀμύνεσθαι διὰ τὴν ἡμέραν ἀπέχοντο, μηδὲ ἐν κακοῖς προδοθῆναι τὴν ξ Σαββάτου τιμὴν θελήσαντες. λέγειν γὰρ ἡμῖν ἐν αὐτῷ νόμιμόν ἐστιν. ἀπέθανον μὲν οὖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις x συμπνιγέντες τοῖς σπηλαίοις, ὡς χίλιοι. πολλοὶ δ' καὶ διασωθέντες, τῷ Ματταθίᾳ προσέθεντο, καθ' ἡγεμόνα ἄρχοντα ἀποδείξαν. ὁ δ' y καὶ Σαββάτοις αὐτοὺς ἐδίδασκε μάχεσθαι, λέγων, "ὡς εἰ μὴ ποιήσουσι τοῦτο, z φυ"λαξόμενοι τὸ νόμιμον, ἑαυτοῖς ἔσονται πολέμιοι, τῶν "μὲν ἐχθρῶν κατ' ἐκεῖνο τὴν ἡμέραν αὐτοῖς προσ"βαλλόντων, αὐτῶν δ' οὐκ ἀμυνομένων· a κωλύσει τε "μηδὲν, οὕτως ἀμαχητὶ πάντας ἀπολέσαι." ταῦτ' εἰπὼν, ἔπεισεν αὐτούς· καὶ b ἄχει δεῦρο μένῃ παρ' ἡμῖν, καὶ Σαββάτοις, εἴποτε δέησθε, μάχεσθε. ποιήσας οὖν δύναμιν πολλὴν περὶ αὐτὸν Ματταθίας, τούς τε βωμοὺς καθεῖλε, καὶ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἀπέκτεινεν, ὅσους λαβεῖν ὑποχωρήσαντας ἐδυνήθη. πολλοὶ γὰρ δι' ἀλλοδαπὴν διεσπάρησαν εἰς τὰ περιὲξ ἔθνη. τῶν τε παίδων τοὺς οὐ περιτετμημένους ἐκέλευσε περιτέμνεσθαι, τοὺς c ὅτι τῷ κωλύσῃ καθισταμένους ἐκόλασεν.

γ'. Ἄρξας δ' ἐνιαυτὸν καὶ καταπεσὼν εἰς νόσον, προσκαλεῖται τοὺς παῖδας, καὶ προεισπάμενος αὐτοὺς, "ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὦ παῖδες, ἄπειμι d τὴν τῆς "εἱμαρμένης πορείαν. e παραθήσομαι δ' ὑμῖν τοῦτον "φρόνημα, καὶ παραλαβὼν μὴ ψεύσεσθαι κακοὺς αὐτοὺς "φύλακας, ἀλλὰ μεμνημένους τῆς τοῦ φύσαντος ὑ"μᾶς καὶ θρεψαμένου προαιρέσεως, ἔχειν τε σώζειν τὰ "πάτρια, καὶ κινδυνεύουσιν οἴχεσθαι τὴν f ἀρχαίαν "πολιτείαν ἀνακτᾶσθαι· μὴ συμφερομένους τοῖς ἢ διὰ "βί-

q Επηνάγκαζε,] Επεινάγκαστε *Hen.*

r Πολλοὶ ποιήσαντες] Ita *Hen. Busb.* & *Epiphan.* ἄλλοι in *ceteris.*

s Μετὰ τ τέκνων κ γυναικῶν] Μετὰ τέκνων *Busb.*

t Χρῆσαι πολέμῳ νόμῳ.] Χρήσεσθε *Hen.*

u Πολέμῳ] *Lugd. Bat.* πολεμεμένοις.

x Συμπνιγέντες τοῖς σπηλαίοις] Εμπνιγέντες *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

y Καὶ Σαββάτοις αὐτὸς ἐδίδασκε μάχεσθαι,] Vid. infr. lib. 13. c. 1. §. 3. Hic de pugna Judæorum die Sabbati ante omissa; ibi vero Sabbatis, ut contra hostes pugnarent Judæi, auctor Mattathias. Confer infr. lib 14. c. 4. §. 2. SPANH. An vitæ discrimen pellat Sabbatum olim ambigebatur. REL.

z Φυλαξόμενοι τὸ νόμιμον,] Id est Legem de Sabbato non violantes, quod vitæ periculum amovet Sabbati observandi obligationem. Nam cum tacitæ exceptiones plerisque insint legibus, nulla est aut receptior aut justior quam ea quæ fluit ex necessitate. Vide *Grotium* ad 1 *Maccab.* 2, 41. & ad *Matth.* c. 12.

a Κωλύσει τε μηδὲν,] Κωλύσειν μηδὲν τὸ ἀμαχητὶ πάντας ἀπολέσθαι *Busb.*

b Ἄχει —— μάχεσθε.] Vid. *alsor.* lib. 1. c. 7. §. 3. & infr. lib. 13. c. 1. §. 3. Ita apud Synesium Epist. IV. p. 162. C. Navis gubernator Judæos, omisso navis gubernaculo Paraseeves tempore, in summa etiam tempestate, media nocte ad illud redit: τῶν γὰρ, φησιν, ὁ νόμος ἐρίσιν, ἐπειδὰν τῶν σαρῶς τ ὑγιὲς τ ψυχῆς θίσμαι. Ita Thalmudici de Sabbato, & Ramban in Jad. adde Petav. in Not. ad Synes. p. 47. SPANH.

c Επὶ τῷ κωλύσει] Επὶ τὸ κωλύειν *Hen.*

d Τὴν τ εἱμαρμένης πορείαν.] Τὴν εἱμαρμένην πορείαν *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

e Παραθήσομαι ὑμῖν] Παρέθημι *Hen.*

f Ἀρχαίαν πολιτείαν ἀνακτᾶσθαι·] Ita *Hen. Busb.* (*L. B.*) & *Epiphan.* πατρῴαν in *Editis Aliisque.*

* *Eam* hostibus *produnt:*] Ea aut perdunt aut produnt, *Epiphan.*

"βλησιν ἢ δι' ἀνάγκλυ προδιδῶσιν αὐτλ, [g] ἀλλ' "ἀξίως παῖδας ὄντας ἐμοῦ, καὶ βίας πάσης καὶ ἀναγ- "κης ἐπάνω ψυχὰς ἄτως [h] παρεσκδιασ- "μένυς, ὥςε ἀποθανεῖν ἀντὶ τῶν νόμων, ἂν δέῃ, λα- "μβάνυσιν τῦθ' ὅτι τὸ θεῖον, παίτως ὑμᾶς ὁρῶν, ἀχ "ἁπερόψεται, τὸ δὲ αἱρετῆς [i] ἀγαπώμενον ἀποδώσ "πάλιν ὑμῖν [k] αὐτὸ, καὶ τλὶ ἐλθυθερίαν ἐν ᾗ [l] ζήσετε "μετ' ἀδείας τῶν ἰδίων ἀπολαύοντες ἐθῶν ἀποκαταςήσ. "θνητὰ μὲν γὰρ τὰ σώματα ὑμῶν ἐ ἀπίκηρα, τῆ δὲ τῶν "ἔργων μνήμη τάξιν ἀθανασίας λαμβάνῃ· ἧς ἐρασθέν- "τας ὑμᾶς βάλομαι διώκειν τλὶ εὐκλειαν· καὶ τὸ μέγιςα "ὑφιςαμένυς, μὴ ἐκνεῖν ἁπερ αὐτῶν ἀπολιπεῖν τὸ βίον. "μάλιςα δὲ ὑμῖν ὁμονοεῖν ἀξιῶ, καὶ [m] πρὸς ὃ τὶς "ὑμῶν πέφυκεν ἀμείνων ἦτορ, πρὸς τῦτ' εἴκοντας "ἀλλήλοις οἰκείως χρῆσθαι τῇ ἀρετῇς. καὶ Σίμωνα μὲν "τὸν ἀδελφὸν, σωφρονέςατον πρὸς ἅπαντα, πατέρα [n] ἡγεῖσθε, καὶ "οἷς ἂν ἔτι συμβυλεύῃ πείθεσθε· Μακκαβαῖον δὲ τῆς "ῥαλιᾶς, δι' ἀνδρείαν ἐ ἰσχύν, ῥατηγὸν ἕξετε. τὸ γὰρ "ἔθνος ἔτι ἐκδικήσει, καὶ ἀμυνεῖται τὺς πολεμίυς. "[o] πρσίεσθε δὲ ἐ τὺς δικαίυς ἐ θεοσεβῆς, καὶ τλὶ δυνα- "μιν αὐτῶν αὔξετε.

δ'. Ταῦτα Ἀμαλεχθεὶς τοῖς παισὶ, καὶ τὸν Θεὸν ἐξάμε- νος σύμμαχον αὐτοῖς γλέσθαι, καὶ τῷ λαῷ τλὶ ἰδίαν ἀνα- σῶσαι πάλιν ἔ βίᾳ σωτηρίαν, μετ' [p] ὀ πολὺ πλάνα, καὶ ἀφθίετο μὲν ἐν [q] Μωδεΐμ. πάνδημος δὲ ἐπ' αὐτῷ μέγας ἔ λαὸς πένθος πεποιημένος, διεδέξατο τλὶ πρσασίαν τὸν πραγμάτων ὁ παῖς αὐτὸ Ἰούδας, ὁ καὶ Μακκαβαῖος, ἐκατοςῷ ἔτι ἐ πεντηκοςῷ [r] ἑκτῷ. σωαγαμένων δὲ αὐτῷ πάντων τὸν ἀδελφῶν ἐ τὸν ἄλλων, τὺς τε πολε- μίυς ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας, καὶ τὺς αὐτομολήσαντας εἰς τὰ πάτρια τὸν ὁμοφύλων διεχρήσατο, καὶ ἐκαθάρισεν ἀπὸ πάντας μιάσματος τλὶ γλῆ.

"liberos me dignos præſtantes & vi omni & ne- "ceſſitate ſuperiores eſtote, paratis animis, ut "pro lege, ſi ita res ferat, moriamini, cogitan- "tes Deum vos ipſos, ſi tales videat, non ne- "glecturum, † ſed æſtimatione virtutis reddidu- "rum vobis quod amiſiſtis, eamque vivendi li- "bertatem reſtituturum, ut cum ſecuritate mori- "bus veſtris perfruamini. Corpora enim vobis "mortalia & caduca, ſed *præclare* geſtorum me- "moriâ immortalitatem conſequuntur; cujus a- "more inflammatos vos aſpirare volo ad gloriam, "& ut maxima aggredientes non gravemini illis "exſequendis immori. Præcipue autem vos ad "concordiam hortor; & qua præſtantiorem na- "tura quemque fecerit, eatenus alii aliis cedatis, "virtutem quiſque ſuam exercentes. Et Simo- "nem quidem fratrem, prudentia præcellentem, "patris loco habete, ejuſque conſiliis *ſemper* ob- "temperate: Maccabæum vero, fortitudine & "robore egregium, in bello gerendo militiæ du- "cem habebitis. ille enim popularium injurias "perſequetur, atque ulciſcetur hoſtes. Denique "conciliate vobis juſtitiæ & pietatis cultores, & "*hoc pacto* vires illorum augebitis.

IX. *Mattathia defuncto Judas Maccabæus principatum occupat.* 1 *Maccab.* c. 3.

4. Iſta filiis loquutus, Deumque precatus ut eis auxilio eſſe dignaretur, & populo priſtinum ſuum vivendi morem reſtitueret, non multo poſt diem ſupremum obit, & in Modim ſepelitur. Poſtquam autem à populo univerſo planctu magno deploratus eſt, rerum adminiſtrationem in ſe ſuſcepit filius ejus Judas, cognomine Maccabæus, anno centeſimo quadrageſimo ſexto. Cumque ei opem alacriter tuliſſent ipſius fratres aliique, & hoſtes è regione expulit, & populares ſuos patria inſtituta violantes ferro peremit, terramque *ſuam* ab omni inquinamento expiavit.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὡς Ἰούδας τὰς Ἀπολλωνίυ & Σήρωνος δυνάμεις κατίσρεψεν, αὐτύς τε ῥατηγὺς ἀπίκτινεν· καὶ, μετ' οὐ πολὺ Λυσίυ & Γοργίυ ἡττηθέντων, εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνα- βὰς τὸν ναὸν ἐκάθηρε.

Ταῦτ' ἀκύσας Ἀπολλώνιος ὁ τῆς Σαμαρειάς ῥατη- γὺς, ἀναλαβὼν τλὶ δυναμιν, ὡρμησεν ἐπὶ τὸν Ἰού- δαν. ὁ δὲ ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ συμβαλὼν μεχρὶ τῆ μάχῃ, καὶ πολλὺς μὲν αὐτῶν ἀπίκτινεν· ἐν οἷς καὶ τὸν ῥατηγὸν Ἀπολλώνιον, ὃ καὶ τλὶ μάχαιραν, ἣ [s] χρῆ- σασθαι σωέβαινεν ἐκεῖνον, σκυλεύσας [t] εἶχε· πολείας δὲ ῥαυματίας ἐπίησε, καὶ πολλὴν λείαν ἐκ ῥατο- πέδυ λαβὼν τῶν πολεμίων ἀνεχώρησε. Σήρων δὲ, ὁ τῆς [v] Κοίλης Συρίας ῥατηγὸς, ἀκύσας ὅτι πολλὶ πρσκε- χωρήκασι τῷ Ἰούδᾳ, καὶ δυνάμιν ἤδη ἱκανὴν πρὸς ἀγῶνας καὶ πολέμυς ἀξιόλογον, ἐπ' αὐτὸν ἔγνω ῥατεύσασθαι· πρσήκειν ὑπολαμβάνων τὺς εἰς τὸ βασιλέως πρστάγματα ἀθετοῦντας πειρᾶσθαι κολά- ζειν. σωαγαγὼν οὖν δυνάμιν, ὅσην παρλῦν αὐτῷ, πρσ- καταλέξας δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τὺς φυγάδας καὶ ἀσε- βεῖς, ὅτι τὸν Ἰούδαν παρεγίνετο. πρσελθὼν δὲ

CAP. VII.

X.

Quomodo Judas Apollonii & Seronis exercitus profligavit, ipſoſque duces occidit: & non multo poſt Lyſia & Gorgia ſuperatis, Hieroſolyma aſcendit, templumque repurgavit.

HÆC cum audiſſet Apollonius, Samariæ præfectus, coacto exercitu, contra Judam egreſſus eſt. Ille vero ei obviam ivit & conſertis manibus prælio ſuperat, atque hoſtium multos quidem interfecit, (in quibus & Apollonium imperatorem, cujus armis exuti enſem, quo tum forte uſus eſt, *poſtea ſemper* gerebat) plures vero vulneravit, & cum ingenti præda ex hoſtium caſtris direpta receſſit. Seron autem, Cœles-Syriæ exercitus dux, audito quod multi ſeſe Judæ adjunxerant, atque *is* ſatis copiarum ad prælia bellumque gerendum jam comparaverat, ſtatuit exercitum contra eum educere, ſuâ intereſſe putans pro virili in eos animadvertere, qui contra Regis mandata facerent. Contractis igitur quos penes ſe habuit militibus, adjunctiſque Judæorum etiam perfugis & impiis contra Judam profectus eſt. Cumque Bethoron uſque Judææ vi-

Judas Apollonium vincit. 1 *Maccab.* c. 3.

Seron Judam adoritur. 1 *Maccab.* c. 3.

cum

[g] Ἀλλ' ἀξίως παῖδας ὄντας ἐμοῦ, καὶ βίας πάσης] Ἀλλ' ἀξιῶσαι παῖ- δας ὄντας ἐμοὺς ἐμμένειν καὶ βίας ἁπάσης *Hen.* (ἀλλ' ἀξίους παῖδας ὄν- τας ἐμοῦ ἐμμένειν, καὶ β. π. *Lugd. Bat.*) ἀλλὰ παῖδας ὄντας ἐμοῦ ἀ- ξιῶ βίας τι πάσης *Busb.*

[h] Παρεσκδιασμένυς,] Παρεσκδιασμένους *Hen.* & *Busb.* Παρεσκδι- ασμένους in *Editis Aliiſque.*

† *Sed eſtimatione virtutis reddiderum vobis quod amiſiſtis*,] Sed veſtram virtutem inſpiciens reddet vobis libertatem, & retri- buet quandoque ut cum ſecuritate veſtris moribus perfruami- ni. *Epiphan.*

[i] Ἀγαπώμενον,] Ἀπογδυνάμενον ſolus *Hen.*

[k] Αὐτὸ,] *L. B.* αὐτὰς.

[l] Ζήσετε μετ' ἀδείας] Ita in Cod. *Gall.* (& *L. B.*) ζήσεσθαι in *reliquis.*

[m] Πρὸς ὃ τὶς ὑμῶν πέφυκεν] Πρὸς ἃ τὶς, dein πρὸς ταῦτα *Busb.*

[n] Ἡγεῖσθε,] Ita *Busb.* & mox πείθεσθε. quo modo legiſſe vi- detur *Epiphan.* ἡγεῖσθαι & πείθεσθαι in *reliquis.*

[o] Προσίεσθε δὲ] Προσίεσθαι *Hen.* & *Gall.* προσέχετε πρὸς ὑμᾶς πάντας τὺς ποιητὰς ἔ νόμυ 1 *Maccab.* c. 2. v. 67.

[p] Οὐ πολὺ τελάτα,] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 1. §. 3. SPANH.

[q] Μωδεΐμ.] Ita legit & diſtinguit *Hen.* Μωδαεῖ, πάνδημος ἐπ' αὐτῷ μ. τ. λ. π. ποιησαμένυ. Ἀφθέγξαθ δὲ τλὶ πᾶ.

[r] Ἑκτῳ.] καὶ ἑκτῷ *L. B.*

[s] Χρήσασθ] *L. B.* χρῆσθ.

[t] Εἶχε·] Αὐτὸς εἶχε *Busb.* & *Hen.*

[v] Κοίλης Συρίας ῥατηγὸς] Συρίας 1 *Maccab.* c. 3. v. 13.

cum processisset, illic castra metatur. Judas autem ei obviam factus, idque congrediendi animo, ubi vidit suos, tum quia pauci & inedia confecti essent, (nam *eo die* jejunaverant) ad pugnam *ineundam* parum alacres, animum audaciamque illis addebat, dicens, "non in multitudine *militum* sitam esse victoriam, triumphumque ex hostibus reportatum, sed in pietate erga Deum: idque compertissimum haberi *plurimis* majorum exemplis, qui cum ex jure & pro legibus suis & liberis dimicassent, multas "sæpe hostium myriadas fuderunt. nemini enim "injuriam facere magnas dat vires." Hæc ubi dixit, suis persuasit, ut, contempta hostium multitudine, cum Serone manus consererent; congressusque fugavit Syros. prostrato enim duce universi sese in fugam conjiciunt, quasi omnis in eo posita esset salutis spes. Illos vero in campum usque persequutus, ex hostibus occidit ad octingentos: reliqui evaserunt in regionem maritimam.

Judas suos animat. 1 *Maccab.* c. 3.

Seron à Juda ceditur. 1 *Maccab.* c. 3.

XI. 2. Quibus rebus auditis Antiochus rex, istis vehementer iratus, copias suas omnes coëgit, multisque ex insulis mercenariis militibus assumptis, paravit primo vere in Judæam irrumpere. Verum cum, stipendio illis *in annum* numerato, vidisset thesauros deficere pecuniæque inopiam esse (nam neque tributa omnia reddebantur propter seditiones in gentibus *conflatas*, & ipse, vir magni animi & largitor, iis quæ habuerat non contentus erat) statuit primum in Persidem proficisci, & regionis istius tributa colligere. Cum itaque reliquisset Lysiam quendam, negotiorum procuratorem, apud ipsum auctoritatem habentem, & provincias à flumine Euphrate usque ad fines Ægypti & inferioris Asiæ, atque copiarum & elephantorum partem, jussit ut Antiochum filium suum usque ad reditum suum diligenter educaret, utque Judæa eversa, ejusque incolis in servitutem abductis, deleret Hierosolyma, & genus Hebræorum exstingueret. Et ista quidem cum Lysiæ in mandatis dedisset rex Antiochus, profectus est in Persidem, anno centesimo quadragesimo septimo, & Euphrate trajecto ascendit ad superiores provincias.

Antiochus Epiphanes in Persidem proficiscitur. 1 *Maccab.* c. 3.

Antiochus relinquit Lysiam, qui Judæos ulciscatur. 1 *Maccab.* c. 3.

3. Lysias autem, delectis *ad hoc negotium* Ptolemæo Dorymenis filio & Nicanore & Gorgia, hominibus amicorum Regis potentissimis, eos cum quadraginta peditum millibus & septem equitum millibus dimisit in Judæam. Illi vero, ad urbem usque Emmauntem progressi, in loco campestri castra metantur. Illisque accedunt auxilia ex Syria & regione finitima, multique perfugæ Judæi: necnon & mercatores quidam, veluti illos empturi qui in servitutem redigendi erant, compedibus quibus captivos vincirent secum allatis, argentoque & auro in pretium illorum numerando. Judas autem, castris conspectis & adversariorum multitudine animadversa, milites suos hortabatur ut forti essent animo, suade-

Lysias milites colligit, ut cum Judæis congrederetur. 1 *Maccab.* c. 3.

Judas suos hortatur & rem militarem ordinat. 1 *Maccab.* c. 3.

---

x Ἄχελ Βαιθωρὼν] Ita in *Editis Aliisque.* Βαιθωρῶν *Hen.* ἴως ἐκβάσεως Βαιθωρῶν, vel Βαιθωρῶν in 1 *Maccab.* c. 3. v. 6.

y Βαιθωρὼν] *Gen.* Βαιθώρων. 1 Macc. III. 16. Βαιθωρῶν. SPANH.

z Οὐκ ἐν —— *δίστεγεν.*] Victoria scil. non est in multitudine, sed infiducia in Deum & alacritate bellatorum posita. vid. lib. I. Antt. cap. XI. §... τὸ νικᾶν οὐκ ἐν τῷ πλήθει καὶ τῇ πολυχειρίᾳ &c. SPANH.

a Ἄχελ δὲ πεδίου,] Ἐν τῇ καταβάσει Βαιθωρῶν ἴως δὲ πεδίου 1 *Maccab.* c. 3. v. 24.

b Εἰς τὴν Ἰδουμαίαν.] Εἰς γῆν Φυλιστιείμ 2 *Maccab.* 3. v. 24.

c Τῶν νήσων] Αἱ νῆσοι, Græcia. ☞ REL.

d Ἀναλαβῶν,] Παραλαβὼν *Hen.*

e Ὀρῶν] *Gen.* ὁρῶν.

f Διήκουσε ποταμοῦ,] Ex *Epiphanio* aliquis suspicaretur eum *διέπουσα* legisse.

g Καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως] Καὶ τὰς ἡμίσους τῆς δυνάμεων 1 *Maccab.* c. 3. v. 34.

h Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ] Ita ex *MSS.* τὸν Ἀντίοχον in *Editis.*

x ἄχελ y Βεθωρὸν κώμης τῆς Ἰδουμαίας, αὐτὸθι στρατοπεδεύεται. ὁ δὲ Ἰούδας ἀπαντήσας αὐτῷ, καὶ συμβαλεῖν προαιρούμενος, ἐπεὶ τοὺς στρατιώτας ἑώρα ὑπὸ τῷ μάχῃ δεῖ τε τῷ ὀλιγότητι καὶ δι' ἀσιτίαν; νενηστεύκεσαν γὰρ ὀκτωκαίτας, παρεθάρσυνε λέγων· "z οὐκ ἐν "τῷ πλήθει τὸ νικᾶν εἶναι καὶ τῶν πολεμίων κρατεῖν, "ἀλλ' ἐν τῷ παρὰ τὸ θεῖον εὐσεβεῖν· καὶ τοῦτο παρέ- "στατον ἔχειν παράδειγμα τοὺς προγόνους, οἳ δι' εὐ- "σεβοῦντες καὶ τὸ παρὰ τῶν ἰδίων νόμων καὶ πίστεων ἀ- "γωνίζεσθαι, πολλὰς πολλάκις ἥττησαν μυριάδας. τὸ "γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἰσχυρὰ δύναμις." ταῦτ' εἰπὼν πεί- θει τοὺς σὺν αὐτῷ, καταφρονήσαντας δὲ πλήθους τῶν ἐναντίων, ὁμόσε χωρῆσαι τῷ Σήρωνι· καὶ συμβαλὼν, τρέπει τοὺς Σύρους. πεσόντος γὰρ τοῦ στρατηγοῦ, πάντες φεύγειν ὥρμησαν, ὡς ἐν τούτῳ τὸ σωτήριον αὐτοῖς ἀπο- κειμένης. ὀπιδιώκων δ' a ἄχελ τοῦ πεδίου, κτείνει τῶν πολεμίων εἰς ὀκτακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν b εἰς τὴν Φιλιστίαν.

XI. β'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, μεγάλως ὠργίσθη τοῖς γεγενημένοις, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν ἀθροίσας, καὶ πολλοὺς ἐκ c τῶν νήσων μισθοφόρους d ἀναλα- βών, ἡτοιμάζετο ὡς τὴν ἀρχὴν ἔαρος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ τὸ στρατιωτικὸν ἀθροίσας, ἑώρα τοὺς ἱππεῖς ὀλιγοστοὺς ὄντας, καὶ χρημάτων ἔνδειαν οὔσαν· οὔτε γὰρ οἱ φόροι πάντες ἐτελοῦντο διὰ τὰς τῶν ἐθνῶν στά- σεις, μεγαλόψυχός τε ὢν καὶ φιλόδωρος οὐκ ἠρκεῖτο τοῖς οὖσιν· ἔγνω πρῶτον εἰς τὴν Περσίδα πορευθεὶς, τοὺς φόρους τῆς χώρας συναγαγεῖν. καταλιπὼν οὖν ὀπὶ τῶν πραγμάτων Λυσίαν τινὰ, δόξαν ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καὶ τὰ μέχρι e ὁρίων Αἰγύπτου f διήκοντα πόταμοῦ, g καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐλεφάντων, τρέφειν μὲν h Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ μέχρι πάσης φροντίδος ἐπετίλατο ἕως ἂν παραγένηται, καταπρεσ- ψάμενον δὲ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν ἐξανδρα- ποδισάμενον, ἀφανίσαι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸ γένος αὐ- τῶν ἐκτελέσαι. καὶ τούτων μὲν ὀπισταλέντων τῷ Λυσίᾳ ὁ βα- σιλεὺς Ἀντίοχος, ἐξήλασεν εἰς τὴν Περσίδα i τῷ ἑκατοστῷ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει, καὶ περαιωσάμενος τὸν Εὐ- φράτην ἀνέβαινε k ἐπὶ τοὺς ἄνω σατράπας.

γ'. Ὁ δὲ Λυσίας ὀπισταξάμενος Πτολεμαῖον τὸν Δορυ- μένους καὶ Νικάνορα καὶ Γοργίαν, ἄνδρας δυνατοὺς l τῶν βασιλέως φίλων, καὶ προφανῶς αὐτοῖς πεζῆς μὲν δυνάμεως μυριάδας τεσσαρας, ἱππεῖς δὲ ἑπτακισχιλίους, ἐξέπεμψεν ὀπὶ τὴν Ἰουδαίαν. οἱ δέ, ἄχελ m Ἐμμαοῦς πόλεως ἐλθόν- τες, ἐν τῇ πεδινῇ καταστρατοπεδεύουσι. προσγίνονται δὲ αὐ- τοῖς σύμμαχοι n ἀπὸ τῆς Συρίας καὶ τῆς περιχώρας, καὶ πολ- λοὶ τῶν πρόσφυγόντων Ἰουδαίων· ἔτι γε μὴν καὶ τῶν ἐμπόρων τινὲς, ὡς ὠνησόμενοι τοὺς αἰχμαλωτισθησομένους, o παῖδας μὲν νομίζοντες αἷς θήσουσι τοὺς ληφθησομένους, ἀργυρὸν δὲ καὶ χρυσὸν τιμὴν αὐτῶν καταβησομένοι. τὸ δὲ στρατόπεδον καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων ὁ Ἰούδας καταμαθὼν, ἐπῆρε τοὺς οἰκείους προθύμους θαρρεῖν· καὶ παρεκελεύετο τὰς ἐλπίδας

---

i Τῷ ἑκατοστῷ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει,] Æra Seleucidarum CXLVII. sic 1 Macc. III. 37. SPANH.

k Πρὸς τὰς ἄνω σατραπείας.] Id est, πρὸς τὰς ἄνω σατραπείας. atque ita verba accipit *Epiphanius*, qui vertit, *ad superiores provincias*: nisi forsan πρὸς τὰς ἄνω σατραπείας legerit. πρὸς τὰς ἐπάνω χώρας 1 *Maccab.* c. 3. v. 27.

l Τῶν δὲ βασιλέως φίλων,] Τῶν φίλων τὸν δὲ βασιλέως *Hen.* τὸν φίλων δὲ βασιλέως 1 *Maccab.* c. 3. v. 38.

m Ἐμμαοῦς πόλεως] Alibi apud *Josephum* Ἀμμαοῦς. Juxta Emmaus quæ nunc Nicopolis dicitur, *Hieron.* ad *Dan.* c. 8. πλησίον Ἐμμαοῦς aut Ἐμμαοῦν (1 *Macc.* c. 3. v. 40.) quod malit *Grotius*, qui censet ultimas literas vocis Ἐμμαοῦς debere mutationem recipere. Vide *Relandum* in *Palæstina S.* p. 758.

n Ἀπὸ τῆς Συρίας] Ἀπό τε Συρίας *Hen.* & *Bush.*

o Παῖδας μὲ νομίζοντες] Πάϊδας δὲ νομίσαντες *Hen.* Ex hoc loco constat, παῖδας pro παῦδας reponendum esse 1 *Maccab.* c. 3. v. 41. quod notatum Cl. *Lowthio.*

τ νίκης ἔχοντας ἐν τῷ Θεῷ, τὸν ἱκετεύειν τῷ πατρίῳ νόμῳ, σύκκυς ϖεριβεβλημένους, καὶ τὸ σύνηθες αὐτοῖς σχῆμα τ P ἱκετείας ϖοιᾶσθαι τὰς μεγάλας κινδύνους ὑπιδειξάντας, τοῦτο δυσωπῆσαι ϖοιῆσαι αὐτοῖς τὸ καθ' τ ἐχθρῶν κράτος. Διατάξας δὲ τ λοχαῖον αὐτοῖς τρόπον καὶ πάτριον καθ' χιλιάρχας καὶ ταξιάρχας, καὶ q τὰς νεογάμους ἀπολύσας, καὶ τὰς τὰς κτήσεις νεωστὶ πεποιημένας, ὅπως μὴ διὰ τὴν τούτων ἀπόλαυσιν φιλοζωοῦντες ἀπολεμότερον μάχωνται, καταστὰς τοιούτοις r παρορμᾶ λόγοις ϖρὸς τ ἀγῶνα τὰς αὑτοῦ στρατιώτας. "καιρὸς μὲν s ὑμῖν, "ὦ ἑταῖροι, οὐκ ἄλλος ἀναγκαιότερος καθ' παρόν, ὃν ἐπιτήδειον "λέλειπται. νῦν γὰρ ἔστιν, ἀνδρείως v ἀγωνισαμένοις τὴν "ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, ἢν δ' αὐτὴν ἅπασιν ἀγαπητὸν "εἶναι, ἡμῖν x ὑπὲρ ἐξουσίας καθ' θρησκείας τὸ θεῖον "ἔτι ποθουμενεστέραν εἶναι συμβέβηκεν. ὡς ἂν οὖν ἐν τῷ πα- "ρόντι κειμένων ὑμῶν, y ταύτην ἀπολαβεῖν, καὶ τ δι- "αιμονα καὶ μακάριον ἀνακτήσασθαι βίον· ἔστω δὴ "καὶ ὁ κ τοῖς νόμοις καὶ τὴν πάτριον σωτηρίαν· ἢ τὰ "αἴσχιστα παθεῖν, καὶ μηδὲ σπέρμα καθ' γένος ὑμῶν z ἀπο- "λειφθῆναι, κακῶν ἐν τῇ μάχῃ γινομένων, ἕτως ἀγω- "νίζεσθε. τὸ μὲν ἂν ἀποθανεῖν ἐμὲ μὴ πολεμοῦσιν ὑμῖν "ὑπάρξειν ἡγούμενοι· τὸ δ' ὑπὲρ τηλικούτων ἐπάθλων, "ἐλευθερίας, πατρίδος, νόμων, εὐσεβείας, αἰώνιον τὴν "εὐκλείαν καταδικάζειν πεπισώκοτες, ἑτοιμάζεσθε τοι- "γαροῦν, ἕτως τὰς ψυχὰς b ἠυλαβημένοι ὡς ἄγγελον "ἀμὴ ἡμέρᾳ συμβαλοῦσι τοῖς πολεμίοις.

δ'. Καὶ ὁ μὲν Ἰούδας τοιοῦτα ϖροθαρσύνων τὴν στρατιὰν c ἔλεγε. τ δὲ πολεμίων πεμψάντων Γοργίαν μ πεντακισχιλίων πεζῶν καὶ χιλίων ἱππέων, ὅπως διὰ τ νυκτὸς ἐπιπέσῃ τῷ Ἰούδᾳ, καὶ ϖοῖς τῶν ὀδηγῶν ἔχουσιν αὐτοῦ τινας τ πεφυγότων Ἰουδαίων, αἰσθόμενος ὁ μὲν Ματταθίου πᾶς, ἔγνω καὶ αὐτὸς τοῖς ἐν τῇ παρεμβολῇ τ πολεμίων ἐπιπεσεῖν, καὶ τοῦτο διηρημένης αὐτῶν τ δυνάμεως. καθ' ὥραν δὲ δειπνοποιησάμενος, καὶ πολλὰ πυρὰ καταλιπὼν ἐπὶ τ στρατοπέδου, δι' ὅλης d ὤδευε τ νυκτὸς ἐπὶ τοὺς ἐν e Ἐμμαοῦς τ πολεμίων. ἐκ δρυμῶν δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοὺς ἐχθροὺς ὁ Γοργίας, ἀλλ' ὑπονοήσας ἀναχωρήσαντας αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι κεκρύφθαι, πορευθεὶς ἔγνω ζητεῖν ὅπου ποτ' εἶεν. ὡς δὲ τ ὄρθρου ἐπιφαίνεται τοῖς ἐν Ἐμμαοῦς πολεμίοις ὁ Ἰούδας μ τρισχιλίων φαύλως ὡπλισμένων διὰ πενίαν. καὶ θεασάμενος τοὺς ἐχθροὺς ἄριστα πεφραγμένους καὶ μετ' ἐμπειρίας πολλῆς ἐστρατοπεδευμένους, ϖροτρεψάμενος f τοὺς Ἰουδαίους, ὡς ἐ γυμνοῖς τοῖς σώμασι μάχεσθαι g δέοι, καὶ τὸ θεῖον ἤδη πολλοῖς ἐν τοῖς οὕπω ἔχοντι τὸ κ τ πλῆθος ἐν ὡπλισμένων κράτος ἔδωκεν, ἀγασάμενον αὐτοὺς τ δυψυχίας, σκέλαυσε σημῆναι τοὺς σαλπιγκτάς. h ἐπιπεσὼν δὲ ἀπροσδοκήτως τοῖς πολεμίοις, καὶ συγκλείσας αὐτῶν τὴν διάνοιαν καὶ παράξας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν ἀνθισταμένους, τοὺς δὲ λοιποὺς διώκων ἦλθεν i μέχρι k Γαδάρων, καὶ τ πεδίων τ l Ἰδουμαίας καὶ m Ἀζώτου καὶ n Ἰαμνείας. ἔπεσον δὲ αὐτῶν ὡς ϖερὶ τρισχι-

batque ut ſpem victoriæ in Deo collocantes ei more patrio ſupplicarent, centone amicti, atque eum cui in magnis periculis * conſueverant ſupplicum habitum præ ſe ferentes, ad eum hoc modo exorandum ut vires illis contra hoſtes ſuppeditaret. Diſtributis deinde more antiquo patrioque in tribunos ac centuriones ordinibus, & dimiſſis novis maritis, quique poſſeſſiones nuper acquiſiverant, ne illis fruendi deſiderio vitæ amantes timidius dimicarent, poſthæc milites ſuos ad pugnam excitat hujuſmodi oratione. "Non "aliud quidem tempus, ô ſocii, magis neceſſa- "rium vobis relictum eſt ad fortitudinem & pe- "riculorum contemptum, quam quod in mani- "bus habetis. Nunc enim fortiter dimicantibus "licet libertatem aſſequi, quæ ſuapte natura o- "mnibus deſiderabilis, nobis adhuc deſiderabilior "eſſe contigit, inde poteſtatem habituris Deum "*rite* colendi. Quaſi itaque res veſtræ in eo eſ- "ſent loco, ut *vel* eam recipiatis, & vitam bea- "tam felicemque renovetis (ex legibus ſcilicet "patriaque conſuetudine inſtitutam) vel turpiſſi- "ma patiamini, & cum omni ſtirpe veſtra perea- "tis, minus ſtrenue voſmet in pugna gerentes, "cum hac cogitatione inite prælium. Et quidem "vobis, etiamſi non pugnetis, moriendum eſſe "exiſtimantes, perſuaſique præter tanta præmia, "libertatem, patriam, leges, pietatem, vos æter- "nam manere gloriam, vos igitur accingite, ita "animis parati ac ſi cras prima luce cum hoſtibus "congreſſuri.

Cum hoſtibus congreſſurus ſuos oratione confirmat. 1 Maccab. c. 4.

4. Et iſta quidem Judas, ut ſuis militibus animos adderet, verba faciebat. At hoſtes Gorgiam miſerunt cum quinque peditum millibus & mille *delectis* equitibus, ut noctu Judæorum caſtra *derepente* adoriretur, perfugarum quorundam Judæorum ductu utens: quod ubi intellexit Mattathiæ filius, ipſe etiam ſtatuit in hoſtes caſtra tenentes impetum facere, idque *magis* quod diviſæ eſſent illorum copiæ. Cœna itaque tempeſtive ſumpta, multiſque in caſtris ignibus relictis, tota nocte iter faciebat ad hoſtes qui circa Emmauntem conſederant. Gorgias autem cum hoſtium neminem in caſtris offendiſſet, eoſque ſuſpicaretur metu ceſſiſſe & in montes ſeſe abdidiſſe, *inde* profectus ſtatuit ubinam eſſent quærere. At Juda ſub diluculum in hoſtium, qui ad Emmauntem erant, conſpectum venit, cum tribus hominum millibus, male armatis ob inopiam. Cumque vidiſſet hoſtes valide loricatos periteque admodum caſtra metatos, Judæos hortatus ut nudis etiam corporibus non vererentur prælio congredi, memoria repetentes quod Deus jam olim ita ſe habentes fecerit ſuperare multitudinem majorem armatamque, eorum fortitudine mirifice delectatus; juſſit tubicines ſigna dare. Hoſtes diende ex improviſo adortus, injectoque illorum animis terrore & perturbatione, multos quidem *ſibi* reſiſtentes occidit, reliquos vero perſequutus eſt uſque ad Gadara, & Idumææ Azotique & Jamniæ campos. Ceciderunt autem

Judas ſtratagemate hoſtes ſuperat. 1 Maccab. c. 4.

il-

p Ἱκετείας] *L. B.* ἱκετίας.

* *Conſueverat ſuppliçum habitum præ ſe ferentes,*] Sc. *Deus.* At malim *conſueverant*: ita ut in textu αὐτοῖς pro αὐτῷ reponatur.

q Τὰς νεογάμους ἀπολύσας, καὶ τὰς τὰς κτήσεις] Vid. 1 Macc. III. v. 56. SPANH.

r Παρορμᾶ λόγοις] Παρόρμα *Hen.*

s Ὑμῖν οὐκ ἄλλος ἀναγκαιότερος καθ' παρόντος,] Ita *Hen.* & *Vet. Interpr.* ἡμῖν in *Editis Aliisque.*

t Καταλέλειπται.] *L. B.* καταλείπει.

v Ἀγωνισαμένοις] Ἀγωνισαμένους *Hen.*

x Ὑπ' ἐξουσίας] Ὑπὲρ ἐξουσίας *Hen.* & *Lugd. Bat.*

y Ταύτην ἀπολαβεῖν,] Ταύτην τι ἀπολαβεῖν *Hen.*

z Ἀπολιφθῶσι,] Ὑπολιφθῶσι *Hen.* ἀπολιφθῶσι perperam in *Editis.*

a Ὑπάρξειν ἡγούμενοι·] Ὑπάρξον *Hen.*

b Ἠυλαβημένοι] Ita cum *Cod. Hen.* (& *Lugd. Bat.*) nec aliter legiſſe videtur *Epiphan.* cæteris deëſt vox ἠυλαβημένοι.

c Ἔλεγε.] *L. B.* ἔλεξε.

d Ὤδευε τ νυκτὸς] Ita *Hen.* ὤδευσε in *reliquis.*

e Ἐμμαοῦς τ πολεμίων.] Ἐμμαοῖ *Busb.* Ἐμμαοῦ *Hen.*

f Τοὺς Ἰουδαίους,] Τοὺς ἰδίους *Busb.* atque ita in nonnullis *Epiphanii* libris.

g Δέοι,] *L. B.* δοῖ.

h Ἐπιπεσὼν δὲ ἀπροσδοκήτως] Εἶτα ἐμπεσὼν ἀπροσδοκ. *Busb.* ἔπειτ' ἐμπεσὼν *Hen.*

i Μέχρι] Ἄχρι Γαζαίων *Busb.* ἄχρι Γαζάρων *Hen.* Urbem hanc modo Γάζαρα modo Γάδαρα appellari notavit Cl. *Relandus* in *Palæſtina S.* p. 679.

k Γαδάρων,] Γαζηρῶν in aliis MSS. SPANH.

l Ἰδουμαίας] Ἰουδαίας malit *Relandus*, tam hîc loci quam 1 *Maccab.* c. 4. v. 15. HUDS. Confer Relandi Palæſtinam p. 68. 371. 598. 606. 759. 825. HAV.

m Ἀζώτου] Ἀσσαρημῶθ. 1 Macc. IV. 15. SPANH.

n Ἰαμνείας.] Ἰαμνίας *Hen.* & 2 *Maccab.* c. 4. v. 15. Videſis *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 13. p. 369. & *Relandum* p. 833.

* Tu-

illorum quasi ad tria millia. Judas vero suos milites hortatus est, ut spolia non concupiscerent: adhuc enim illis superesse certamen & prælium cum Gorgia ejusque exercitu. illis autem debellatis tum securos spolia lecturos esse dicebat, ut qui hoc solum faciendum haberent, & nihil aliud exspectarent. At hæc adhuc ad milites loquente Juda, Gorgiani *è monte* eminentes prospiciunt exercitum, quem in castris reliquerunt, fusum fugatumque, & castra incensa. nam fumus *qui ab* illis eminus *conspiciebatur* indicabat quod acciderat. Igitur ubi ista ita se habere intellexerunt Gorgiani, & Judæ agmen ad conflictum paratum animadverterunt, ipsi etiam territi in fugam versi sunt. Judas vero, quasi devictis absque pugna Gorgianis militibus, reversus, spolia diripiebat: captoque plurimo auro & argento, hyacinthoque & purpura, domum se recepit, lætus laudansque Deum ob res prospere gestas. ad libertatem enim *illorum* haud parum contulit *ejus diei* victoria.

Gorgiani in fugam conjecti. 1 *Maccab.* c. 4.

Lysias bellum redintegrare parat. 1 *Maccab.* c. 4.

5. Lysias autem, clade illorum qui missi erant confusus, sequenti anno contractis delectorum hominum millibus sexaginta, & equitum quinque millibus assumptis, impetum in Judæam fecit; &, cum montana ascendisset, apud Bethsura Judææ vicum castra posuit. *Illi* obviam profectus est Judas cum decem *hominum* millibus; animadversaque hostium multitudine, Deum precatus ut sibi auxilio esset, præcursores hostium aggreditur, illosque superat; cumque ex iis ad quinque millia cecidissent, reliquis terrorem incussit. Lysias scilicet secum reputans quo animo essent Judæi, ad moriendum quidem parati, nisi cum libertate vitam agere liceret; eorumque desperationem, ut vim *insuperabilem* veritus, collectis quæ supererant copiis Antiochiam reversus est: atque ibi commoratus peregrinorum delectum habuit, & cum majori exercitu cogitabat iterum in Judæam impressionem facere.

Judas cum Lysiæ exercitu inferior pugnatu rus, Deum implorat. 1 *Maccab.* c. 4.

Judas, hostibus toties profligatis, ad fanum lustrandum se confert. 1 *Maccab.* c. 4.

6. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Judas, advocata concione, dicebat, oportere illos, post tot victorias eis à Deo concessas, Hierosolyma ascendere, & templum purificare, atque consuetas hostias offerre. Ubi vero cum tota multitudine Hierosolyma accessit, & fanum desertum inveniebat, & portas exustas, & sponte enata in templo ob solitudinem virgulta, lamentari cum suis cœpit, templi spectaculo confusus. Deinde quibusdam è suis militibus delectis negotium dedit, ut eos qui custodiebant arcem oppugnarent, donec ipse fanum lustrasset. Cum autem illud summa cura repurgasset, *ei* intulit nova vasa, candelabrum, mensam, altare, ex auro facta omnia: ac præterea ad ostia vela appendit, foresque ipsas adjiciendas curavit. Quin & aram demolitus, novam ex lapidibus undique collectis, non ferro accisis, exstruxit. Vigesima autem & quinta die mensis

λίης. Ἰούδας ὁ τ μὲν σκύλων παρεκελεύετο μὴ ἐπιθυμεῖν τὰς αὐτῶν ἁρπαγάς· ἔτι γὰρ αὐτοῖς ἀγῶνά τινα & μάχλω εἶναι πρὸς Γοργίαν & τὴν σὺν αὐτῷ δύναμιν. κρατήσαντας ὧν & τούτων, τότε σκυλεύσειν ἐπ' ἀδείας ἔλεγεν, ὡς τοῦτο μόνον ἔχοντας, καὶ μηδὲν ἕτερον ἐκδεχομένους. ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος πρὸς τὰς ἁρπαγάς, [p] ὑποκύψαντες οἱ & Γοργίου τὴν μὲν ἁρπαγὴν, ὡς ἐν τῇ παρεμβολῇ καταλιπόν, ὁρῶσι τετραμμένην, τὸ δὲ πραιτώριον ἐμπεπρησμένον. ὁ γὰρ καπνὸς αὐτοῖς πρόρρωθεν οὔσι & συμβεβηκότος δήλωσιν ἔφερεν. ὡς οὖν ταῦθ' ἅπας ἔσχον & ἔμαθον οἱ σὺν Γοργίᾳ, καὶ τὰς μὴ Ἰούδα πρὸς φιλοπαξίαν ἐπιμιξ κατενόησαν, καὶ αὐτοὶ δείσαντες εἰς φυγὴν ἐτράποντο. ὁ δὲ Ἰούδας, ὡς ἀμαχητὶ [q] τῶν Γοργίου στρατιωτῶν ἡττημένων, [r] ἀποστρέψας [s] ἀνῃρεῖτο τὰ σκῦλα· πολλὰ δὲ καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πορφύραν καὶ ὑάκινθον λαβών, εἰς τὴν οἰκείαν [t] ὑπέστρεψε, χαίρων, καὶ ὑμνῶν τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις. ἐ μικρὰ γὰρ αὐτοῖς ἡ νίκη πρὸς τὴν ἐλευθερίαν συνεβάλετο.

ε'. Λυσίας δὲ συγχυθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν σκεπτομένων ἥττῃ, τῷ ἑχομένῳ ἔτει μυριάδας ἀνδρῶν ἐπιλέκτων συναθροίσας ἓξ, καὶ πεντακισχιλίους λαβὼν ἱππεῖς, ἐξέβαλεν εἰς τὴν [v] Ἰουδαίαν· καὶ ἀναβὰς εἰς τὴν ὀρεινὴν ἐν [x] Βεθσούροις κώμῃ τῆς Ἰουδαίας ἐστρατοπεδεύσατο. ἀπέντησε δὲ μετὰ μυρίων Ἰούδας· καὶ τὸ πλῆθος ἰδὼν τῶν πολεμίων, [y] σύμμαχον ἐποιεῖτο τὸν Θεὸν δεξάμενος, συμβαλὼν τοῖς προδρόμοις τῶν πολεμίων, νικᾷ τούτους, καὶ φονεύσας αὐτῶν ὡς πεντακισχιλίους, τοῖς λοιποῖς ἐπιφορὰν. ἀμέλει κατανοήσας ὁ Λυσίας τὸ φρόνημα τῶν Ἰουδαίων, ὡς ἕτοιμοί εἰσι πολεμεῖν, εἰ μὴ ζήσουσιν ἐλεύθεροι, καὶ δείσας αὐτῶν τὴν [z] ἀπόγνωσιν ὡς [a] ἰσχὺν, ἀναλαβὼν τὴν λοιπὴν δύναμιν ὑπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ διέτριβεν ἐκεῖ ξενολογῶν, καὶ προσκαλούμενος μείζονα στρατὸν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν.

ς'. Τοσουτάκις δὲ ἡττημένων ἤδη τ Ἀντιόχου & βασιλέως στρατηγῶν, ὁ Ἰούδας συνκαλέσας, ἔλεγε, μὴ πολὰς νίκας, ἃς ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἔδωκεν, ἀναβαίνειν δεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τ ναὸν καθαρίσαι, καὶ τὰς νενομισμένας θυσίας προσφέρειν. ὡς δὲ προσελθόμενος [b] μετὰ παντὸς & πλήθους εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τ ναὸν ἔρημον εὗρε, καὶ καταπεπρησμένας τὰς πύλας, καὶ φυτὰ ἀφ' ἑαυτῶν ἐρημίαν αὐτόματα ἐν τῷ ἱερῷ [c] βεβλασηκότα, θρηνεῖν ἤρξατο μετ' τ ἰδίων, ἐπὶ τῇ ὄψει & ναοῦ συγχυθείς. ἐπιλεξάμενος δέ τινας τ αὐτοῦ στρατιωτῶν, προσέταξε τούτοις συκπολεμῆσαι [d] τοῖς τὴν ἄκραν φυλάττουσι, ἕως ἂν αὐτὸς [e] τ ναὸν ἁγνίσῃ. καθαρὰς δ' ἐπιμελῶς αὐτὸν, [f] εἰσεκόμισε καινὰ σκεύη, λυχνίαν, τράπεζαν, βωμὸν, [g] ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα, [h] ἀπήρτησε δὲ & τὴν προσπετάσματα τ θυρῶν, καὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐπέθηκε. καθελὼν δὲ & τὸ θυσιαστήριον, καινὸν ἐκ λίθων συμμίκτων ᾠκοδόμησεν, [k] ἃ λελατομημένων ἐκ σιδήρου. πέμπτῃ δὲ & εἰκάδι & Χασ-

o Τοῦτο μόνον ἔχοντας,] Ita *Hen.* (ut & *Lugd. Bat.* jubebat quoque ita vel μηδένα scribere *Coccejus*) τοῦτον in *Editis Aliisque.* quo admisso μηδένα ἕτερον reponendum censeo.

p Ὑποκύψαντες] Ἐκκύψαντες juxta 1 *Maccab.* c. 4. v. 19. HUDS. Μέρος τι σκηνῆς ἐκ & ὄρους 1 Macc. IV. v. 19. SPANH.

q Τῶν Γοργίου στρατιωτῶν ἡττημένων,] Τῶν μὲν Γοργίου *Hen.*

r Ἀποστρέψας] Ὑποστρέψας *Busb.* (*L. B.*) & *Hen.*

s Ἀνῃρεῖτο τὰ σκῦλα·] Sic *Busb.* (*L. B.*) & *Hen.* ἀνῃρεῖ) perperam in *Editis.* Si quis ἀναιρεῖ) malit, per me licet.

t Ὑπέστρεψε, χαίρων,] Ὑπέστρεψε χαίρων, χαίρων *Hen.* & *Lugd. Bat.*

v Ἰουδαίαν·] Ita etiam *Epiphan.* & *Zonar.* Ἰδουμαίαν *Hen.* & 1 *Maccab.* c. 4. v. 29 Verum cum munimentum fuerit Judæorum πρὸ προσώπου τ Ἰδουμαίας (ut 1 *Macc.* c. 4. v. 61. 2 *Macc.* c. 13. v. 19.) & urbs sita in finibus Judææ, ut 1 *Macc.* c. 14. v. 33. adscribi potest tam Idumææ quam Judææ.

x Βιθσούροις κώμῃ] Βαιθώροις *Hen.* Βαιθσώροις 1 *Macc.* 4. 29. & alibi. Vide Cl. *Relandum* in *Palæstina S.* p. 658. HUDS. Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

y Σύμμαχον ἐποιεῖτο τ Θεὸν] Σύμμαχον ἐπ' αὐτὸν ἐποιεῖτο *Hen.* HUDS. Ἐπ' αὐτὸν *L. B.* quod forsan non est contemnendum. HAV.

z Ἀπόγνωσιν] Conf. supr. lib. 11. c. 3. §. ..... τὸν ἀπόγνωσιν & τόλμαν &c. ἀπόγνωσις, ἀπελπισία *Hesychius*, malè ibi ἀπιστία, quod jam viderunt alii: hîc *desperationem* dicit. SPANH.

a Ἰσχὺν,] Ἰσχυρὰν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

b Μετὰ παντὸς & πλήθους] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* σὺν τῷ πλήθει *Busb.* μεταστὰς & πλήθους perperam in *Editis.*

c Βεβλασηκότα,] Ἀναβεβλασηκότα *Hen.* & *Busb.*

d Τοῖς τὴν ἄκραν φυλάττουσι] *Lugd. Bat.* τὰς. Rectior tamen videtur *vulg.* lectio, opponitur enim mox ἄκρα. HAV.

e Τὸν ναὸν ἁγνίσει.] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* τ ναὸν αὐτῶν ἁγνίσει in *Editis.*

f Εἰσεκόμισε καινὰ σκεύη,] Iterum cum *MSS.* & *Epiphan.* εἰσεκόμισε τὰ καινὰ σκ. in *Editis.*

g Ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα,] Ex ligno fuisse hunc lychnuchum in Gemara legitur; ex sententia nempe R. Jose. REL.

h Ἀπήρτησε] *L. B.* ἀπαρτῶν.

i Περιπετάσματα τ θυρῶν,] Ἐκπετάσματα *Busb.* (*L. B.*) & *Hen.* HUDS. Vela januarum ἐκπετάσματα, non καταπετάσματα. REL.

k Οὐ λελατομημένων ἐκ σιδήρου] *L. B.* λελατομημένων ὑπὸ σιδήρου.

l Χασ-

[l] Χασλεὺ μηνὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Ἀπελλαῖον καλοῦσι, ἧψάν τε φῶτα ἐπὶ τῶν λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ ἄρτους [m] ἐπὶ τὴν τραπέζαν [n] ἐπέθηκαν, καὶ ὁλοκαύτωσαν ἐπὶ τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δὴ ταῦτα κε τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ γίνεσθαι καθ' ἣν καὶ μετέπεσεν αὐτῶν ἡ ἁγία θρησκεία εἰς βέβηλον καὶ κοινὴν συνήθειαν, μθ ἔτη τρία. τὸ γὰρ ναὸν ἐρημωθέντα ὑπ' Ἀντιόχου ἐμφανίσαι τοιοῦτον ἔτεσι συνέβη τελείοις· ἐτῇ γὰρ πέμπτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ταῦτα περὶ τὸν ναὸν ἐγένετο, πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἀπελλαίου [o] μηνὸς, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ πεντηκοστῇ καὶ τρίτῃ. ἀνενεώθη δὲ κε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Ἀπελλαίου μηνὸς, ὀγδόῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ πεντηκοστῇ καὶ τετάρτῃ. τῇ δ' ἐρημώσει τοῦ ναοῦ συνέβη χρόνῳ κε τῆς Δανιήλου προφητείας, πρὸ [p] τετρακοσίων καὶ ὀκτὼ γεγονότων ἐτῶν. ἐδήλωσε γὰρ ὅτι Μακεδόνες καταλύσουσιν αὐτόν.

ζ Ἑώρταζε δὲ Ἰούδας μθ' ὀπαδῶν ἀνάκλησιν τοῦ θεοῦ τὸν ναὸν θυσίας ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, μηδὲν ἀπολιπὼν ἡδονῆς εἴδους, ἀλλὰ πολυτελέσι μὲν καὶ λαμπαῖς τὰ θυσιαστήρια καλλιώχων αὐτοῖς, ὕμνοις δὲ καὶ ψαλμοῖς τὸν Θεὸν μὲν [q] τιμῶν, αὐτοὺς δὲ τέρπων. τοσαύτη δή τις ἐχρήσατο τῇ περὶ τὴν ἀνανέωσιν τῶν ἐθῶν ἡδονῇ, μθ χρόνον πολὺν ἀπεσβεσθηκότως ἐν ἐξουσίᾳ γεγονέναι τῆς θρησκείας, [r] ὡς νόμον θεῖναι τοῖς μετ' αὐτοὺς, ἑορτάζειν τὴν ἀνάκτησιν τοῦ περὶ τὸν ναὸν ἐφ' ἡμέρας ὀκτώ. καὶ ἐξ ἐκείνου [s] μέχρι δεῦρο. τὴν ἑορτὴν ἄγομεν καλοῦντες αὐτὴν [t] φῶτα· ὀκ ἔχω πρὸς ἐλπίδας εἰπεῖν ταύτην ἡμῖν φανῆναι τὴν ἐξουσίαν, τὴν περισχοῦσαν ἡμᾶς τῇ ἑορτῇ. τειχίσας δὲ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ περὶ τὰς ἐπιφορμὰς τοῦ πολεμίου πύργους οἰκοδομησάμενος ὑψηλοὺς, φύλακας ἐν αὐτοῖς ἐγκατέστησε, καὶ [v] τὴν Βεθσοῦραν ἐπὶ πολὺν ὠχύρωσεν, ὅπως ἀντὶ φρουρᾶς αὐτῇ περὶ τὰς ἀπὸ τοῦ πολεμίου ἀνάγκας ἔχῃ χρῆσθαι.

Chasleu, quem Apellæum nominant Macedones, lumina in candelabro accenderunt, & ad aram suffitum fecerunt, panes mensæ imposuerunt, solidaque sacrificia super novo altari obtulerunt. Hæc autem eadem die facta sunt, qua triennio elapso mutata est eorum religio in profanam impuramque consuetudinem. accidit enim ut templum ab Antiocho desolatum eo in statu tribus annis permanserit. nam anno centesimo quadragesimo quinto ista templo contigerunt, vigesima & quinta die Apellæi mensis, Olympiade supra centesimam quinta & trigesima. Instauratum vero erat eadem die, quinta & vigesima Apellæi mensis, octavo & quadragesimo & centesimo anno, Olympiade vero centesima & quinquagesima quarta. Accidit autem ut templi desolatio fieret secundum id quod Danielus ante quadringentos & octo annos prædixerat. ostendit enim ipsum à Macedonibus eversum iri.

7. Egit autem Judas cum civibus per octo dies instaurationem sacrificiorum in templo, nullum omittens lætitiæ genus, sed magnificis splendidisque sacrificiis eos excipiens, hymnis etiam & psalmis Deum quidem honorans, populares vero oblectans. Tantum autem gaudii cepere ex hac rituum restitutione, libertate religionis post multum temporis inexspectato recuperata, ut legem posteris fecerint, quotannis solennes agere dies octo ob res templi restitutas: & ex eo tempore in hodiernum usque diem celebramus id solenne quod dicitur Lumina. hac festivitati, ut opinor, indita appellatione, quod illa nobis ex insperato affulserit *agendi* potestas. Cum autem urbi mœnia circumdedisset, turresque altas ædificasset contra hostium incursus, custodias in eis imposuit, urbemque Bethsuram munivit, ut ea tanquam arce uteretur, si quando ab hostibus in necessitatem adactus esset.

Judæorum lætitia ob sacrorum instaurationem. 1 Maccab. c. 4.

Luminum festum institutum. 1 Maccab. c. 4.

ΚΕΦ. η'.

Ὡς Ἰούδας τὰ πέριξ ἔθνη ἐχειρώσατο, καὶ Σίμων Τυρίων καὶ Πτολεμαέων σκεδάσαι· καὶ ὡς Ἰούδας τὸν Τιμόθεον νικηθέντα φεύγειν ἠνάγκασε, καὶ ἄλλα πολλὰ διεπράξατο μετὰ τοῦ Ἰωσήπου καὶ Ἀζαρίου πταίσαντος.

CAP. VIII.

Quomodo Judas gentes finitimas subegit, & Simon Tyrios & Ptolemæos profligavit: utque Judas Timotheum prælio victum in fugam compulit, aliaque multa gessit post Josephi & Azariæ cladem.

Τούτων δὲ οὕτω γενομένων, τὰ πέριξ ἔθνη πρὸς τὴν ἀναζωπύρησιν καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν Ἰουδαίων χαλεπῶς διακείμενα, πολλὰς ἐπισωρευόμενα διαφθορὰς, συνόδοις καὶ ἐπιβουλαῖς [x] αὐτῶν ἐγκρατῆ γενόμενα. πρὸς τούτοις πολέμους συνεχεῖς [y] σκιφέρων Ἰούδας, ἐπεῖχε αὐτοὺς τῆς καταδρομῆς, καὶ ὧν ἐποίει [z] κακῶς τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπαύετο. καὶ τοὺς [a] Ἠσαὺ υἱοὺς Ἰδουμαίους κατ' [b] Ἀκραβατηνὴν

HIS ita gestis, finitimæ gentes, Judæorum vires exsuscitatas recreatasque ægre admodum ferentes, conspiratione facta multos occiderunt, insidiis dolisque eos in potestatem suam redigentes. Cum istis Judas assidue bellum gerens, conabatur eos ab incursibus cohibere, & à malis quæ Judæis intulerunt. Atque Idumæos Esavi filios ad Acrabatenam adortus, multos interfecit & depræ-

Judas Idumæos ulciscitur & Baanenses & Ammanitas. 1 Maccab. c. 5.

datus

---

l Χασλεὺ μηνὸς,] Ex præced. c. 5. § 4. Χασλεὰ μηνὸς rescripsi. Χισλαὶν in *Editis Aliisque.* Χασλεὺ 1 *Macc.* c. 4. v. 52. & 59. Τεβὲθ μηνὸς *Hen.* HUDS. Conf. sup. c. 5. §. 4. SPANH.

m Ἐπὶ τὴν τράπεζαν] *Gen.* ἐπὶ negligit.

n Ἐπέθηκαν,] Ἐπέθεσαν *Busb.* ἔθεσαν *Hen.*

o Μηνὸς, —— ἔτει,] Ita *Hen. Voss.* (qui nunc *Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* μηνὸς, ὀγδόῳ καὶ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ ἔτει, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ τεσσαρακοστῇ καὶ τετάρτῃ. τῇ δὲ ἐρήμωσιν &c. *Bas.* μηνὸς, ἡ κάθαρσις δ' ἐγένετο ἡ. κ. ῥ. καὶ μ'. ἔτει, Ὀλυμπιάδι ῥ'. καὶ ν'. καὶ δ'. τῇ δ' ἐρήμωσιν &c. *Gen.* Vide *Scalig.* ad *Can. Isagog.* p. 294. & *Vossium* in *Chronol. S.* p. 152.

p Τετρακοσίων καὶ ὀκτὼ] *Gen.* υ'. καὶ η'. Sed *Lugd. Bat.* τριακοσίων scripturæ vitio. Vetus quoque *quadringentos & octo.* HAV.

q Τιμῶν,] Ἐτίμων, αὐτὸς δ' ἕτερον *Hen.* ἔθυε, καὶ αὐτὸς ἕτερον *Busb.* ἔθυε, καὶ ἑαυτὸς ἕτερον legisse videtur *Epiphan.*

r Ὡς νόμον θεῖναι] Καὶ νόμον ἔθετο *Busb.* & *Vet. Interpr.*

s Μέχρι δεῦρο.] Μέχρι δὲ καὶ δεῦρο *Hen.* (μέχρι δὲ δεῦρο *L. B.*)

insuper ejus iram accenderunt matres occisorum ab Herode. nam & illæ singulis diebus in fano regem & populum orare non intermittebant, ut pro factis coram Synedrio * judicium subiret Herodes. His itaque commotus Hyrcanus Herodem evocat *ad dicendam causam super iis quorum insimulabatur. Herodes vero eò veniebat, cum hoc eum monuisset pater, ut non privati hominis more, sed cum præsidio corporisque custodia *Hyrcanum* adiret, compositis Galilææ rebus quo modo è re sua esse judicavit, tantoque comitatu, quantus ei ad iter satis esset, ut nec Hyrcano metuendus videretur, si cum majoribus copiis venisset, neque nudus & incustoditus committeret se judicio. † Veruntamen Sextus Syriæ præses Hyrcanum literis monuit, ut Herodem ‡ judicio liberaret, minis si non pareret adjectis. Huic autem in causa erant literæ à Sexto acceptæ, quod Herodem nullo à Synedrio supplicio affectum dimiserit; quippe quem amaret ut filium. Postquam vero Herodes in Synedrio cum agmine constitit, omnes perculit, & de cætero nemo *illorum* ausus est accusationem instituere, qui in eum antequam veniret invehebantur: sed *altum* erat silentium, & quid agi deberet dubitatio. Rebus autem sic se habentibus, unus quispiam nomine Sameas, justus homo, ideoque timere nescius, surrexit, & *in hunc modum* verba fecit: "Equidem, viri mecum judi-"ces, tuque ô Rex, neque ipse quenquam unquam "novi, neque vos nominare posse arbitror, qui in "judicium apud vos ut causam diceret vocatus ita "steiterit: quin quisquis omnium unquam in hoc "synedrium venit judicium subiturus, humilis "comparet, & habitu metuentis, & à nobis mise-"ricordiam aucupantis, capillis promissis *horridus*, "& veste pulla indutus. At iste bonus Herodes, "cædis reus, & ob tam grave crimen appellatus, "astat hîc purpura amictus, & caput ornatus cæ-"sarie *pulchre* composita, & armatis hominibus sti-"patus, ut si eum ex lege condemnaverimus, tru-"cidet nos; ipse vero violato jure evadat. At He-"rodem haud equidem ob ista reprehenderem, si "utilitatis suæ majorem quam legum rationem "habuerit: sed vosmet & Regem, qui tantam ei "licentiam præbuistis. Veruntamen scitote po-"tentem esse Deum, & quod iste, quem nunc pro-"pter Hyrcanum vultis absolvere, & vos aliquan-"do & ipsum Regem *merita* pœna afficiet." Nihil autem deceptus erat in iis quæ dixit. nam Herodes, regnum adeptus, omnes qui tum fuerant in Syne-

Herodes in judicium vocatur.

Sameæ oratio contra Herodem.

Sameas posthac magno in honore apud Herodem.

n Πεφονευμένων.] *Sc.* eorum qui erant cum Ezechia, ut dicit *Pseudo-Gorionides*, l. 6. c. 44.

* *Judicium subiret Herodes.*] Ita placuit interpretari δίκην ὑπέχειν: quæ verba in aliis auctoribus sonant, *pœnas subire*. Ut coram confessu judicum facti sui rationem cogeretur reddere, *Gelen.* Ut facti causam diceret coram concilio, *Casal.* Ante concilium de actis suis redderet rationem, *Epiphan.*

* *Ad dicendam causam super iis quorum insimulabatur.*] Rationem redditurum de iis quorum accusabatur, *Alii.* Satisfacturum de criminibus sibi illatis, *Epiphan.*

o Αὐτῷ παραινέσαντος.] Αὐτὸν solus *Busb.*

p Προσελθεῖν.] Εἰσελθεῖν *Hen.* & *Busb.*

q Αὐτῷ συμφέρειν τρόπον ἁρμοσάμενος.] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Epiphan.* αὐτὸς in *ceteris*.

r Μηδὲν σφᾶς ὀκνοχρῶντος.] Μηδὲ καταφρονῶ σφᾶς· ἄλλως. lib. 1. c. 10. §. 7. SPANH.

s Δόξειε μὴ μείζονος.] Sic *Bas. Busb.* & *Hen.* δόξῃ *Gen.* & *aliquot MSS.*

t Παρασκευάσασθαι φαινόμενος.] Ita *Hen.* παρασκευάσασθαι in *reliquis*.

u Ἀφυλάκτως ἴοι.] Ἀφύλακτος ἴοι *Vat.* ἀφύλακτος ἴοι *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

† *Veruntamen Sextus Syriæ*] Imo & Sextus Syriæ rector, *Epiphan.* Syriæ præses, *Aliis.*

‡ *Judicio liberaret*,] *Al.* crimine absolveret.

x Τῷ δὲ δι' ἣν ἀφορμὴν.] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* τὸ δ' ἵν in *Editis Aliisque.* αὐτῷ δὲ δι' ἣν legendum esse conjecerat Cl. *Louthius.*

y Καὶ τὰ παρ' ὃ Σέξτου γράμματα.] Καὶ τὸ παρ' ὃ Σέξτου γράμμα *Busb.*

z Κατέπληξεν ἅπαντας.] Κατέπληξε πάντας.

a Σαμέας τῶνομα.] Σαμαίας ὄνομα *Hen.* Σαμαῖος ὀνόματι *Busb.* & *Zonar.* Vide *Annott.* sub initium libri xv. HUDS. Conf. ἄλλως. lib. 1. c. 3. §. 5. SPANH.

b Δεδιέναι κρείττων.] Ita cum *Busb.* & *Hen.* δεδοικέναι in *Editis Aliisque.*

c Εἶπεν·] Hæc conveniunt cum historia, quam Talmudici narrant de Simeone ben Shetach. Gem. Sanhedrin. 19. 2. REL.

d Ὑπ' αὐτῆς] Ὑφ' ὑμῶν legisse videtur *Epiphan.* qui vertit *à vobis*. id quod monuit Cl. *Louthius.* Forsan ὑπ' ἀδείας.

e Κόμιμόν τε ὀλιγορήσας.] Id opponitur homini τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένον τῇ τριχὸς κόμῃ, uti liquet ex iis quæ mox sequuntur. Id Hebræi dicunt גדל פרע ראש & פרע, quod caput incomtum indicat & comas non in statione positas sed demissas. Vetus Scholiastes Juvenalis Sat. xv. 137. *puellares capilli tristitia & squalore longiores. Cum enim rei tenemur & capillos demittimus.* Solebant veteres non fœminæ modo sed viri capillos componere. Servius id docet ad x Æneid. *Antiquo more quo viri sicut mulieres componebant capillos. Quod verum esse statuæ nonnullæ antiquorum docent & persona, quas in tragœdiis videmus, similes in utroque sexu quantum ad ornatum pertinet.* REL.

f Φόνῳ δίκην φεύγων.] Conf. ἄλλως. lib. 1. c. 10. §. 7. SPANH.

g Κολάσει —— βασιλέα.] Hæc non Sameæ, sed Pollioni tribuit infra lib. 15. c. 1. §. 1. De Pollione & Samea eorumque sectatoribus eod. libr. c. 10. §. 4. & lib. 15. c. 10. §. 1. SPANH. Similliman plane de Julio Cæsare divinationem monitionemque Sullæ eventus quoque, teste Suetonio, comprobavit. *Vincerent*, ajebat apud illum in Vita Cæsaris cap. 1. *ac sibi haberent; dummodo scirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque Optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum.* HAV.

Synedrio, atque adeo Hyrcanum ipsum, interfecit, excepto Samea. ipsum enim propter ejus justitiam magno habebat in honore; quodque, postea obsessa urbe ab Herode & Sosio, populum monuisset, ut Herodem admitterent, dicendo, *ipsos* eum propter peccata effugere non posse. Et de istis quidem suo loco dicemus.

Hyrcanus finit Herodem effugere.

5. Hyrcanus vero videns eos, qui in Synedrio erant, in Herodis mortem incitatos, judicium in alium diem distulit & clam Herodi consultum misit ut ab urbe profugeret: ita enim ex periculo evasurum. Et ille quidem Damascum se, ut Regem fugiens, contulit. Cumque ad Sextum Cæsarem venisset, reique suas in tuto collocasset, ita erat animatus, ut si denuo vocaretur ad Synedrium in judicium, non obtemperaret. Illi vero indignabantur qui in Synedrio erant, & Hyrcanum docere conabantur, ea omnia contra ipsum facere. idque eum non latebat, sed quid ageret non habebat, præ ignavia atque vecordia. Cum autem Sextus Herodem Cœles-Syriæ præsidem fecisset (hoc enim ipsi pecuniâ vendiderat *imperium*) erat Hyrcanus in metu, ne Herodes sibi etiam bellum inferret: * id quod non multo post hunc metum accidit. Veniebat utpote Herodes exercitum in ipsum ducens, iratus ei ob judicium, & quod ad causam dicendam in Synedrio vocatus fuisset. Verum *ejus* pater Antipater & frater, eum prohibuerunt ab impressione in Hierosolyma faciendâ, ei *quidem* obviam profecti, atque impetum illius deprecati, hortatique ne quid *hostile* moliretur, nec ultra quam minis terrorem incutiendo procederet adversus eum, cujus beneficio ad hanc dignitatem provectus est. Atque orabant, ut indignanti, quod citatus fuerit ut judicio se sisteret, in memoriam veniret & quod fuerit dimissus, atque adeo gratiam haberet, & non ad severiora se reciperet, & pro salute accepta ingratum semet ostenderet: utque secum reputaret, quod, si belli casus Deus regit & moderatur, eo magis erit in incerto expeditionis eventus, adeoque victoriam non omnino ipsi sperandam esse, bellum illaturo regi & socio, qui multis *ipsum* affecerit beneficiis, nihil vero gravius in eum admiserit; & quod ad ea quorum insimulatur, ut ut per malos consiliarios, per se nullam ipsi suspicionem dederit, feceritve quidpiam quod rei durioris speciem præ se ferebat. Istis flectitur Herodes, arbitratus sibi satis esse ad *futuras* spes ratas habendas, quod hoc saltem assequutus esset ut genti potentiam suam ostenderet. Et hoc quidem in statu erat Judæa.

Abeo Cœle-Syriæ præficitur.

Suadetur Herodi, ne bellum inferat Hierosolymitanis.

ε'. Τρκανὸς ἢ ὁρῶν ὡρμημένους πρὸς τὴν ἀναίρεσιν [m] Ἡρώδου τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, τὴν δίκην εἰς ἄλλην ἡμέραν [n] ἀνεβάλετο, καὶ πέμψας κρύφα πρὸς Ἡρώδην, [o] συνεβούλευσεν αὐτῷ φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως· οὕτω γὰρ τὸν κίνδυνον ἀφεύξεσθαι. καὶ ὁ μὲν ἀνεχώρησεν εἰς Δαμασκὸν, ὡς φεύγων τὸν βασιλέα. καὶ παραγενόμενος πρὸς Σέξτον Καίσαρα, καὶ τὰ καθ' αὐτὸν ἀσφαλισάμενος, ὅσος εἶχεν, ὡς εἰ καλοῦντος πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ἐπὶ δίκην οὐχ ὑπακουσόμενος. ἠγανάκτουν δὲ οἱ ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ τὸν Τρκανὸν ἐπῴρωνον διδάσκειν, ὅτι πάντα ταῦτ' εἴη κατ' αὐτόν. τὸ δ' ὅλον ἐλάνθανε μὲν, πεφύκει δ' οὐδὲν εἶχεν ὑπὸ ἀναισθησίας καὶ ἀνοίας. Σέξτου δὲ πιπράσκοντος Ἡρώδῃ στρατηγὸν τῆς Κοίλης Συρίας, [p] χρημάτων γὰρ αὐτῷ τοῦτ' ἀπέδοτο, Τρκανὸς μὲν ἐν φόβῳ μὴ στρατεύσηται Ἡρώδης [q] καὶ ἐπ' αὐτόν. ὁ πολὺ δ' [r] τούτου δέος ἐβεβάρυνεν. ἀλλ' ἦκεν ἄγων ὁ Ἡρώδης [s] στρατὸν ἐπ' αὐτόν, ὀργιζόμενος τῆς δίκης αὐτῷ καὶ τοῦ κληθῆναι [t] πρὸς τὸ λόγον ὑποσχεῖν ἐν τῷ συνεδρίῳ. διεκώλυσαν δ' αὐτὸν [v] προσβαλεῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ὑπαντήσαντες ὅ, τε πατὴρ Ἀντίπατος καὶ ὁ ἀδελφὸς, καὶ τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ καταπαύσαντες, καὶ παρακαλέσαντες [x] ἔργῳ μὲν ἐγχειρεῖν μηδενὶ, καταπληξάμενον δὲ ἁπλῶς [y] μόνον, μὴ χωρῆσαι περαιτέρω καὶ τοῦ προσχόντος αὐτὸν εἰς τοῦτο παρελθεῖν τὸ ἀξίωμα. ἠξίουν τε αὐτὸν [z] κληθέντα ἐπὶ [a] δίκην ἐλθεῖν ἀγανακτοῦντα, μεμνῆσθαι καὶ τῆς ἀφέσεως, καὶ χάριν αὐτῆς εἰδέναι, καὶ μὴ πρὸς μὲν τὸ σκυθρωπότερον ἀπαντᾶν, πρὸς δὲ τῆς σωτηρίας ἀχαριστεῖν· λογίζεσθαι δὲ, ὡς, [b] εἰ καὶ πολέμου ῥοπὴ βραβεύει τὸ θεῖον, ταλέον ἐστὶ τῆς στρατιᾶς τὸ ἄδηλον· διὸ καὶ τῷ νικᾶν μὴ πάντη προσδοκᾶν μέλλοντα πολεμεῖν βασιλεῖ καὶ σωτῆρι, καὶ πολλὰ μὲν διεργαστήσεσθαι, μηδὲν δὲ χαλεπὸν [c] αὐτὸν εἰργασμένῳ, πρὸς δὲ ὧν ἐγκαλοίη, λόγῳ πονηρὰς συμβούλους, ἀλλὰ μὴ δι' αὐτὸν, ὑπονοίαν αὐτῷ καὶ σκιὰν δυσκόλου τινὸς [d] παρεχημένῳ. πείθεται τούτοις Ἡρώδης, ὑπολαβὼν εἰς τὰς ἐλπίδας ἀποχρῆναι [e] οὕτω καὶ τῷ ἰσχυρὸ δόξαι δείξασθαι τῷ ἔθνει μόνον. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν οὕτως εἶχεν.

CAP. X.

Honos à Romanis aliisque gentibus habitus Judæis, & fœdera cum illis inita.

Hyrcani legatio ad Cæsarem.

CÆsar vero, *Syria* Romam profectus, navigationem in Africam adornabat, cum Scipione & Catone bellum gesturus. Cæterum Hyrcanus ad eum misit rogatum, ut amicitiam secum initam

ΚΕΦ. ι'.

Ρωμαίων καὶ ἄλλων ἐθνῶν τιμαὶ καὶ συμμαχίαι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους.

[f] Ὁ δὲ Καῖσαρ, διελθὼν εἰς Ῥώμην, ἐτοιμος ἦν πολεμεῖν ἐπ' Ἀφρικῆς, πολεμήσων Σκιπίωνι καὶ Κάτωνι. πέμψας δ' Τρκανὸς πρὸς αὐτὸν, παρεκάλει βεβαιώ-

---

h Χωρὶς —— πολιορκημένης] Vid. infra lib. 15. c. 1. §. 1. SPANH.

i Σαμέα.] Σαμαίαν *Busb.* & *Hen.*

k Σοσίᾳ,] Σοσίαν in aliquot *MSS.*

l Διώκασι ἀλφυγεῖν αὐτόν.] Ita *Hen.* διωκήσειε ἀλφυγεῖν *Busb.* δύνασθαι φυγεῖν in *Editis.*

m Ἡρῴδου] Τοῦ Ἡρῴδου *Hen.* τὸν Ἡρῴδην *Lugd. Bat.*

n Ἀνεβάλετο,] Ita *Busb.* ἀνεβάλλετο in ceteris.

o Συνεβούλευσεν αὐτῷ] Συνεβούλευεν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

p Χρημάτων γὰρ αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο,] Ita cum *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* χρημάτων δ' αὐτῷ τούτῳ *Basil.* χρημάτων δ' αὐτῷ τοῦτο *Gen. Aliisque.* HUDS. F. ἀλλ' χρημ. nam hoc ei pecuniis vendidit *Rufin.* SPANH.

* *Id quod non multo post hunc metum accidit.*] Nec morabatur diu post hunc metum sed ven. *Schotan.*

q Καὶ ἐπ' αὐτόν.] Illud καὶ ex *MSS.* est.

r Τούτου δ' δέος ἐβεβάρυνεν.] Τοῦ δέους *Vat.* τὸ δέος *Busb.*

s Στρατὸν] *Lugd. Bat.* στρατιὰν.

t Πρὸς τὸ λόγον ὑποσχεῖν·] Ita *Basil.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* πρὸς τὸ λ. *Gen. Aliique.*

v Προσβαλεῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις,] Προσβάλλειν *Busb.*

x Ἔργῳ] *L. B.* ἔργων.

y Μόνον] Μόνου deest *Busb.* μόνη legit *Hen.* & *Lugd. Bat.*

z Κληθέντα] Κληθῆναι *Busb.* qui mox omittit ἐλθεῖν, & (post χάριν infr.) αὐτῷ pro αὐτῆς reponit.

a Δίκην] *L. B.* δίκης.

b Εἰ καὶ —— ἄδηλον,] Eadem ἀλωσ. lib. 1. c. 10. §. 9. nisi quod ibi τὸ στρατιᾶς τὸ ἄδηλον· SPANH.

c Αὐτὸν εἰργασμένῳ] Εἰς αὐτὸν εἰργασμένῳ *Hen.* & *Lugd. Bat.*

d Παρεχημένῳ.] Παρεχημένῳ *Hen.* qui mox legit πείθει) τούτοις ὁ Ἡρώδης.

e Αὐτῷ καὶ τῷ ἰσχυρὸ ὑποδείξασθαι] Αὐτῷ τὸ καὶ *Hen.* & *Vat.*

f Ὁ δὲ Καῖσαρ,] Καῖσαρ δὲ ἐλθὼν εἰς Ῥώμην *Busb.*

g Συμ-

ξαιώσεσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ [g] συμμαχίαν. [h] ἐδοξε δ' ἀναγκαῖον εἶναί μοι πάσας ἀναδῆσαι τὰς γεγενημένας Ρωμαίοις καὶ τοῖς αὐτοκράτορσιν αὐτῶν τιμὰς καὶ συμμαχίας πρὸς τὸ ἔθνος ἡμῶν, ἵνα μὴ λανθάνῃ τὰς ἄλλας ἅπάσας, ὅτι καὶ οἱ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεῖς ἀφ' ἁπάσης ἔσχον ἡμᾶς, τήν τε ἀνδρείαν ἡμῶν καὶ τὴν πίστιν ἀγαπήσαντες. ἐπεὶ ἦ πολλοὶ, ἀφ' τὸ πρὸς ἡμᾶς δυσμένειαν, ἀπιστοῦσι τοῖς ὑπὸ Περσῶν καὶ Μακεδόνων ἀναγεγραμμένοις περὶ ἡμῶν, τῷ μὴ καὶ ταῦτα πανταχῇ μηδ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀποκεῖσθαι τόποις, ἀλλὰ παρ' ἡμῖν τε αὐτοῖς, καὶ παρ' ἄλλοις τ Βαρβάρων· πρὸς ἦ τὰ ὑπὸ Ρωμαίων δόγματα ὅσα ἔστιν ἀντιφέρειν, ἔν τε τοῖς δημοσίοις ἀνακεῖ) τόποις τ πόλεων, καὶ ἐπὶ νεῷ ἐν τῷ [i] Καπετωλίῳ, ἀλλὰ καὶ σήλαις ἀναγεγραμμέναις χαλκαῖς. [k] ὧν μὲν ἀλλὰ Καῖσαρ Ἰούλιος, τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [l] Ἰουδαίοις ποιήσας χαλκοῦν σήλην, ἐδήλωσεν, ὅτι [m] Ἀλεξανδρέων πολῖται εἰσιν. ὧν τούτων ποιήσομαι καὶ τὴν ἀπόδειξιν. παρεθήσομαι ἦ καὶ τὰ γνώμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, πρός τε Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν.

β. "[n] ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, ΑΥΤΟΚΡΑ-"ΤΩΡ, καὶ ἀρχιερεὺς, δικτάτωρ τὸ δεύτερον, Σιδωνίων "ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. εἰ ἔρρωσθε εὖ ἂν ἔχοι, "κἀγὼ ἦ ἔρρωμαι σὺν τῷ στρατοπέδῳ. Τῆς γραμμένης ἀνα-"γραφῆς ἐν τῇ δέλτῳ πρὸς Ὑρκανὸν τὸν Ἀλεξάνδρου, ἀρ-"χιερέα καὶ ἐθνάρχην Ἰουδαίων, πάντμφα ὑμῖν τὸ ἀντίγραφον, "ἵνα ἐν τοῖς δημοσίοις ὑμῶν ἀνακεῖ) γράμμασι. βούλομαι "ἦ καὶ Ἑλλησι καὶ Ρωμαίοις ἐν δέλτῳ χαλκῇ τεθῆναι ἀναστη-"θῆναι. ἔστι ἦ δὴ τὸ τοῦτο. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκρά-"τωρ τὸ δεύτερον, καὶ ἀρχιερεὺς, μετὰ συμβουλίου γνώμης "ἐπέκεινα. Ἐπεὶ Ὑρκανὸς Ἀλεξάνδρου Ἰουδαῖος, καὶ νεῦ καὶ "ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, ἔν τε εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ, πίστιν τε "καὶ ἀρετὴν πρὸς τὰ ἡμέτερα πράγματα ἐνεδείξατο, ὡς "ἄξιον πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν αὐτοκράτορες, [o] καὶ ἐν τῷ "ἔσχατον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πολέμῳ μετὰ χιλίων πεντακοσίων "στρατιωτῶν ἦκε συμμαχῶν, καὶ πρὸς Μιθραδάτην ἀπο-"σταλεὶς ὑπ' ἐμοῦ, πάντας ἀνδρείᾳ τῇ [p] ἐν πᾶσι ὑπερέ-"βαλε, ἀφ' ταύτας τὰς αἰτίας Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ "τέκνα αὐτοῦ ἐθνάρχας Ἰουδαίων εἶναι βούλομαι, ἀρχιερω-"σύνῃ τε Ἰουδαίων ἀφ' παντὸς ἔχειν [q] καὶ πάτρια ἔθη, εἶναί "τε αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ἡμῖν, ἔπι τε τῶν "ἐν τοῖς [r] κατ' ἄνδρα Φίλοις ἀριθμεῖσθαι, ὅσα τε καὶ τοὺς "ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐσὺν [s] ἀρχιερατικὰ ἢ Φιλανθρωπα, "πᾶσι κελεύω κατέχειν αὐτὸν ὡς τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἐὰν ἦ "μεταξὺ γένηταί τις ζήτησις περὶ τῶν Ἰουδαίων ἀγωγῆς, "ἀρέσκει μοι κρίσιν [t] γενέσθαι παρ' αὐτοῖς. ὠφελήσασθαι ἦ ἢ χρήματα [v] πράσσεσθαι ἃ δοκιμάζω.

γ. "[x] ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ὑπάτου δεδογμένα,

& ſocietatem *denuo* firmaret. Mihi autem *jam* neceſſarium eſſe viſum eſt percenſere omnes honores genti noſtræ à Romanis eorumque imperatoribus habitos, & ſocietatis fœdera *memorare*, ut alios univerſos non lateat, quod & Aſiæ & Europæ reges noſtrûm ſtudioſi fuerint, ex amore fortitudinis noſtræ fideique. Siquidem multi, propter ſuum in nos odium, nolint animum inducere ut iis credant quæ Perſæ & Macedones de nobis ſcripſerunt, quod ea non ubique compareant, neque in locis publicis exiſtent, ſed apud nos & alios quoſdam Barbarorum adſerventur: non eſt tamen quod Romanorum decretis vel quidquam contradicant; nam in urbium locis publicis repoſita ſunt, & etiamnum in Capitolio, idque columnis æreis inſcripta. Quin & Julius Cæſar, Judæis qui Alexandriæ ſunt factâ æneâ columnâ, palam fecit *omnibus*, eos cives Alexandrinos eſſe. atque ex iſtis rem demonſtrabo. præterea etiam decreta à ſenatu facta & Julio Cæſare apponam, quæ ad Hyrcanum gentemque noſtram ſpectant.

Recenſio honorum Judæis habitorum à Romanis Aliiſque.

2. "CAIUS JULIUS CÆSAR, IMPE-"RATOR, & pontifex maximus, dictator ite-"rum, Sidoniorum magiſtratibus, ſenatui, popu-"lo ſalutem. Si valetis bene eſt, ego quoque & "exercitus valemus. Miſi ad vos exemplar decre-"ti in tabulas relati, quod ad Hyrcanum Alexan-"dri filium, pontificem & ethnarcham Judæum, "attinet, ut in veſtris actis publicis reponatur. "Volo etiam ut Græce Latineque tabulis æreis "mandetur. Eſt autem hoc. JULIUS CÆSAR "imperator iterum, & pontifex maximus, ex con-"cilii ſententia decrevi. Quoniam Hyrcanus Ale-"xandri *filius* Judæus, & nunc & ſuperioribus "temporibus, tam pace quam bello, fidem & di-"ligentiam noſtris in negotiis præſtitit, id quod "ei multi Imperatores atteſtati ſunt; & nuperri-"me in bello Alexandrino in auxilium venit cum "mille & quingentis militibus, & ad Mithrada-"tem à me miſſus omnes in agmine fortitudine "ſuperavit; has ob cauſas Hyrcanum Alexandri "*filium*, filioſque ejus Judæorum ethnarchas eſſe "volo, & pontificatum Judæorum perpetuo reti-"nere more patrio; eſſeque ipſum & filios ejus "ſocios nobis, prætereaque in ſingularibus amicis "recenſeri; quæcunque etiam, propriis illorum le-"gibus ad pontifices pertinent, aut *aliorum* beni-"gnitate illis conceſſa ſunt, ipſum filioſque ejus "habere jubeo: ſiqua vero inter eos de Judaicis "inſtitutis quæſtio oriatur, placet mihi judicium "penes ipſum eſſe. ut vero illic hyemetur, aut "pecuniæ ab illis exigantur, mihi non placet.

C. Julii Cæſaris litera ad Sidonios & decretum in gratiam Judæorum.

3. "CAII CÆSARIS conſulis placita, con-"ceſſa,

Alia à C. Cæſare decreta.

g Συμμαχίαν.] Poſt συμμαχίαν adjicit *Busb.* ὁ ἦ, μετὰ τὴν συγκλήτου, δόγμα περὶ τούτου ποιοῦμαι. dein ſtatim ſubjicit ea quæ ſequuntur, πρός τε Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν, reliquis omnibus quæ in medio ſunt omiſſis.

h Ἐδοξε δ' ἀναγκαῖον εἶναί] Ἐδοξε *Gall.*

i Καπετωλίῳ,] Καπιτωλίῳ *Gall.*

k Οὐ μὲν ἀλλὰ Καῖσαρ Ἰούλιος,] Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ Κ. *Vat.*

l Ἰουδαίοις ποιήσας χαλκοῦν σήλην,] Ita diſtinxi. antea erat, Ἰουδαίοις, ποιήσας χαλκοῦν σήλην ἐδήλωσεν, ὅτι.

m Ἀλεξανδρέων πολῖται εἰσιν.] Conf. ſupr. c. 7. §. 2. SPANH.

n Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ,] Γ. Ι. Κ. αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ δεύτερον, καὶ ἀρχιερεύς malit *Petitus* in *Animadv.* ἀνεκδότοις. tom. 2. p. 24. aut potius αὐτοκράτωρ β. ἀρχιερεύς, δικτάτωρ τὸ δεύτερον. p. 25.

o Καὶ ἐν τῷ ἔσχατον] Hæc verba non ſinunt nos dubitare (inquit *Petitus* p. 24.) quin Hyrcanus ipſe in Ægyptum venerit cum auxiliis ad Cæſarem, prout teſtatur *Strabo* apud *noſtrum* paulo ſupra, cap. 8. §. 3.

p Ἐν τάξει] *L. B.* ἐν τι τάξει. Legendum ἐν τῇ τάξει. HAV.

q Καὶ πάτρια ἔθη,] Καὶ τὰ πάντια ἔθη *Vat.* & *Lugd. Bat.*

r Κατ' ἄνδρα φίλοις] Inter varia amicorum epitheta, frequens eſt illud apud Latinos, quo *ſingulares* dicuntur. Id uſurpaverat dubio procul Julius Cæſar in hoc decreto. unde *Joſephus*, vel ſi quis alius ejus interpres Græcus, vocem Latinam minus intelligens κατ' ἄνδρα vertit. *Vetus Interpres* habet, *inter viros amiciſſimos eſſe cenſendos.* bene ad ſenſum, quanquam errore Græco, ni fallor, nequaquam percepto. *Cotelerius* in notis ad *Monumenta Eccleſ. Gr.* ad p. 64 *Tom.* 2.

s Ἀρχιερατικὰ ἢ Φιλάνθρωπα,] Ita primus reſcribendum eſſe monuit *Iſ. Caſaubonus*, teſte *Seldeno* in lib. 2. *de Synedriis*, c. 15. §. 12. id quod firmatur ex ſequentibus, §. 6. & ex *Cotelerio* in notis ad *Tomum* prædictum, ad p. 180. Ἀρχιερατικὰς καὶ φιλανθρώπως reponendum cenſet *Petitus* in *Animadv.* ἀνεκδότοις, tom. 2. p. 26. HUDS. Vel ἀρχιερατικὰ καὶ φιλάνθρωπον, immo è MSS. ἀρχιερατικὰ καὶ φιλάνθρωπα· *Selden. de Succeſſ. Pontif.* ex Caſaubono p. 137. SPANH. Quum itaque optimus *L. B.* lectioni Caſaub. adſtipuletur, non eſt cur de alia ſolliciti ſimus. HAV.

t Γενέσθαι παρ' αὐτοῖς.] *L. B.* γένεσθαι παρ' αὐτοῖς.

v Πράσσεσθαι] *L. B.* πράττεσθαι.

x Γαΐου Καίσαρος ὑπάτου] Γαΐου Καίσαρος αὐτοκράτορος, ὑπάτου *Vat.* ὑπ' αὐτοῦ *Lugd. Bat.* Γαΐου Καίσαρος, δικτάτορος, ὑπάτου legiſſe videtur *Epiphan.* Verum (ut inquit *Petitus*, p. 59.) excidit nota numeralis, quam repone Γ. Κ. ὑπάτου ε. Sed & alia deſunt. nam Hyrcani mentio certe præceſſerat, unde hic habes cum pronomine relativo, ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ, Hyrcani ſcilicet. Præterea verba illa Γαΐου Καίσαρος ὑπάτου videntur ita accipi debere ut ſint nota temporis quo factum eſt decretum, *C. Cæſare Coſ.* nam vix eſt ut ſignificent iſta à Cæſare decreta & conceſſa: cum ad hunc ſenſum exprimendum addi oporteat præpoſitio.

y Πρα-

"ceſſa, decreta, ita ſe habent. Ut filii ejus princi-
"patu Judæorum gentis & locis ſibi conceſſis
"fruantur; atque pontifex ipſe & Judæorum eth-
"narcha eos defendat qui injuria afficiuntur. mit-
"tendoſque eſſe ad Hyrcanum Alexandri filium
"Judæorum pontificem legatos de ſocietate & a-
"micitia acturos; æreamque tabulam iſta conti-
"nentem dedicandam, & in Capitolio, & apud
"Sidonem & Tyrum, & Aſcalonem, & in tem-
"plis inſcriptam Romanis Græciſque literis; *cu-*
"*randumque* ut & hoc decretum ad omnes ſingu-
"larum urbium quæſtores earumque prætores &
"ad amicos *ſuos* perferantur, quò legatis lautia
"præbeantur, & mandata hæc paſſim divulgen-
"tur.

C. Cæſaris alterum decretum.

4. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator,
"conſul, honoris & virtutis & benignitatis ergo,
"conceſſit, quod felix fauſtumque ſit ſenatui
"populoque Romano, uti Hyrcanus Alexandri
"filius, & pariter ac ipſe ejus filii, pontifices &
"ſacerdotes ſiant Hieroſolymorum totiuſque gen-
"tis, eodem jure rituque quo & majores eorum
"ſacerdotium tenuerunt.

Ejuſdem aliud decretum.

5. "CAIUS CÆSAR, quintùm conſul, de-
"crevit, ut iſti habeant muniantque Hieroſolymo-
"rum urbem, atque Hyrcanus Alexandri *filius* Ju-
"dæorum pontifex & ethnarcha eam occupet
"quemadmodum ipſe voluerit: & ut Judæis ſe-
"cundo *quoque* frugum locationis anno de reditibus
"eorum ſubducant; * & neque fiat *tributorum* re-
"demptio, nec eadem tributa *ſemper* ſolvantur.

Iterum aliud ejuſdem.

6. "CAIUS CÆSAR, imperator iterum, ſta-
"tuit, ut † propter urbem Hieroſolymorum tribu-
"ta pendat tota Judæorum ditio, excepta Joppe,
"idque ſingulis annis, niſi ſit annus ſeptimus,
"quem Sabbaticum appellant, quod mos eſt in eo
"neque fructus arborum legere neque ſeminare.
"utque in Sidone ſecundo quoque anno tributum
"reddant quartam ſatorum partem; ac præterea
"Hyrcano ejuſque filiis decimas ſolvant, quas eo-
"rum etiam majoribus ſolvebant. utque nemo vel
"Præſes vel dux vel legatus in finibus Judæorum
"auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab
"his exigere ad hybernandum, aut alio quocunque
"nomine, ſed ubique ſint injuriâ immunes. quæ-
"cunque etiam poſtea habuerint & poſſederint,
"aut emerint, his omnibus fruantur. Joppen civi-
"tatem præterea, quam ab initio habuerunt Judæi,
"cum ſocietatem cum Romanis facerent, illorum
"eſſe, quemadmodum & antea, nobis placere:
"tributa quoque hujus civitatis nomine habere
"Hyrcanum Alexandri filium ejuſque filios ab
"agri cultoribus, propter frumentum è regione &
"portu quotannis in Sidonem exportatum, mo-
"dios viginti mille ſexcentos ſeptuaginta quinque,

"συγκεχωρημένα, προσκεκριμένα, ἐστὶν ὅτως ἐχοντα.
"ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ ϗ Ιουδαίων ἔθνους ἄρχῃ, ϗ τῶν δι-
"δομένων τόπων καρπίζωνται, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸς καὶ
"ἐθνάρχης τ Ιουδαίων [y] προϊσῃ τ ἀδικημένων. πέμψαι
"ϑ πρὸς Υρκανὸν Αλεξάνδρου υἱὸν ἀρχιερέα τ Ιουδαίων,
"πρεσϐεύσοντας τὸν περὶ φιλίας ϵ συμμαχίας Δ|αλεξομέ-
"νους· ἀνατεθῆναι ϑ ϵ χαλκῆν δέλτον ταῦτα περιέχουσαν,
"ἔν τε τῷ Καπετωλίῳ, ϗ Σιδῶνι ϵ Τύρῳ, ϗ ἐν Ασκάλω-
"νι, ϗ ἐν τοῖς ναοῖς, ἐγκεχαραγμένην [z] γράμμασι Ρω-
"μαϊκοῖς τε καὶ Ελληνικοῖς, ὅπως τε τὸ δόγμα τοῦτο πᾶσι
"τοῖς ϗ πολιν παμίαυς καὶ τοῖς τούτων ἡγεμόσιν, εἰς τε
"τοὺς φίλους ἀνενέγκωσι, καὶ ξένια τοῖς πρεσϐεύσασι πα-
"ρασχεῖν, καὶ Δ|αταίσμα πέμψαι πανσαχοῦ.

δ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ, [a] διϗάτωρ,
"ὑπατ@· τὸ, τιμῆς ϵ ἀρετῆς ϵ φιλανθρωπίας ἕνεκεν,
"συνεχώρησεν ὑπὲρ συμφέροντος τ συγκλήτου ϗ τ δήμου τ
"Ρωμαίων, Υρκανὸν Αλεξάνδρου υἱὸν, αὐτὸν τε ϗ τὰ τέκνα
"αὐτοῦ, ἀρχιερῆς τε ϵ ἱερεῖς Ιεροσολύμων ϵ ϗ ἔθνους εἶ-
"ναι ὑπὲρ τοὺς δικαίους ϵ τοὺς νομίμους, οἷς ϵ οἱ πρόγο-
"νοι αὐτῶν τὴν ἱερωσύνην [b] κατεῖχον.

ε'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [c] ὕπατ@· τὸ πέμπτον, ἔκρι-
"νε, τούτους ἔχειν ϵ τηρεῖσθαι τὴν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν, ϗ
"κατέχειν αὐτὴν Υρκανὸν Αλεξάνδρου, ἀρχιερέα Ιου-
"δαίων ϵ ἐθνάρχην, ὡς ἂν αὐτὸς [d] προαιρῆται· ὅπως
"τε Ιουδαίοις [e] ἐν τῷ δευτέρῳ τ μισθώσεως ἔτει τ προσό-
"δου [f] χώρου ὑπεξέλωνται, ϗ μήτε [g] ἐργολαβῶσί τινες,
"μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς πλῶσιν.

ϛ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔρη-
"σε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως πλῶσιν [h] ὑπὲρ τ Ιεροσολυμιτῶν
"πόλεως, Ιόππης ὑπεξαιρεμένης, χωρὶς ϗ ἑβδόμου ἔτους,
"ὃν [i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν, ἐπεὶ ἐν αὐ-
"τῷ μήτε ἀπὸ τ δένδρων καρπὸν λαμϐάνουσι μήτε σπείρου-
"σι· ϗ ἵνα ἐν Σιδῶνι τῷ δευτέρῳ ἔτει τ [k] φόρου ἀποδιδῶσι,
"τὸ τέταρτον τ σπειρομένων· πρὸς τούτοις ἔτι ϵ Υρκανῷ ϗ
"τοῖς παισὶν αὐτοῦ τὰς δεκάτας πλῶσιν, ἃς ἐπίλοιπον ϗ
"τοῖς προγόνοις αὐτῶν. ϗ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε
"στρατηγὸς ἢ πρεσϐευτὴς ἐν τοῖς ὅροις τ Ιουδαίων [l] ἐπισ-
"συμμαχίαν, ϗ [m] στρατιώτας [n] ἐξείη, ἢ τὰ χρήματα τέ-
"των εἰσπράττεσθαι, ἢ εἰς σῖτοχρησίαν, ἢ ἄλλῳ τινὶ
"ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανσαχόθεν ἀνεπηρέαστα. ὅσα τε μὴ
"πᾶσι ἔχον [o] ϗ [p] ἐνεμέθησαν, ἢ ἐπρίαντο, πᾶσι πάντα
"αὐτὰ ἔχειν. Ιόππην ϑ πάλιν, ὡς ἀπ' ἀρχῆς ἔχον Ιου-
"δαῖοι ποιήσαντες τὴν πρὸς Ρωμαίους φιλίαν, αὐτῶν εἶναι
"καθὼς ϵ τὸ [q] πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν· φόρους τε ὑπὲρ
"ταύτης τ πόλεως Υρκανὸν [r] ἔχειν Αλεξάνδρου υἱὸν ϵ παῖ-
"δας αὐτοῦ, σῖτα τ τὴν γῆν νεμομένων, χώρας ϵ λιμέ-
"νων ἐξαγωγὴν κατ' ἐνιαυτὸν Σιδῶνι, μοδίους δισμυρίους
"[s] ἑξακισχιλίους ϵ ἑβδομήκοντα πέντε, ὑπεξαιρεμένου ϗ

"[t] ἐ-

y Προϊσῃ) τ ἀδικημένων.] Vim paſſis adeſſet *Ruſin.* SPANH. *L. B. π. τ.* Ιουδαίων.

z Γράμμασι Ρωμαϊκοῖς τε ϗ Ελληνικοῖς,] Conf. infr. c. 12. §. 5. SPANH.

a Διϗάτωρ, ὕπατ@·.] Abeſt à *Lugd. Bat.*

b Κατεῖχον.] *Lugd. Bat.* Δ|κατείχον.

c Ὑπατος τὸ πέμπτον,] Υπαο@· τὸ τρίτον reſcribendum cenſet *Petitus* p. 61. quod Hyrcanus legatos Romam miſit ad Cæſarem, eo quo in Africam expeditionem parabat tempore; eoque anno Cæſar, quo tertium conſul, itemque tertium dictator fuit, in Africam movit.

d Προαιρῆται·] *L. B.* προαιρῇ).

e Ἐν τῷ —— προσόδου] *Ruſin.* in ſecundo anno locationis ex reditibus cori p. e. triginta modii ſubducantur, neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. SPANH.

f Χώρου ὑπεξέλωνται),] Κόρους malit Cl. *Lowthius*, ſuſpicans numerum *cororum* librariorum negligentia excidiſſe. *Petitus* cenſet κόρου pro ſingulis *binis jugeribus* ſolutum fuiſſe.

g Ἐργολαβῶσί τινες,] Conf. *Ant.* lib. 1. c. 25. §. 2. SPANH.

* *Et neque fiat* tributorum *redemptio*,] Immuneſque ſint ab angariis & vectigalibus, *Gelen.* neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant, *Epiphan.*

h Ὑπὲρ τ Ιεροσολυμιτῶν] *Epiphanius* legiſſe videtur, ὑπὲρ τ αὐτῶν πόλεως Ιοππαίοι, ὑπεξαιρεμένου ϗ ἑβδόμου ἔτους. Sed male, ut arbitror. nam excipi debere Joppen ab hoc tributo licet colligere hac ead. §.

† *Propter urbem Hieroſolymorum tributa pendat tota Judæorum ditio*,] *Id eſt*, ad reficienda Hieroſolymorum mœnia.

i Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν,] Confer mox infr. §. eadem & *Ant.* lib. 2. c 17. §. 1. SPANH.

k Φόρου] *Gen.* φόβου. SPANH.

l Ἐπισῷ συμμαχίαν] Ανισῷ *Vat.* & *Lugd. Bat.*

m Στρατιώτας ἐξείη,] Ita ex conjectura. prius erat στρατιώτας. dein μὴ ἐξείη legendum conjicit Cl. *Lowthius*. quod ſane poſtulare videtur loci ſententia.

n Ἐξείη,] *L. B.* ἐξίη.

o Καὶ ἐνεμέθησαν, ἢ ἐπρίαντο,] *L. B.* ϗ ἐπρίαντο ϗ Δ|κατίχον, ϗ διενεμήθησαν.

p Ἐνεμέθησαν,] Cum alii exiſtimarint ἐνεθυμήθησαν nulla ſignificatione verbi ἐνθυμέομαι huic loco convenire, non dubitavi ἐνεμέθησαν reſcribere è *Cod. Vat.* Ενεθυμάθησαν, levicula mutatione, voluit *Petitus*, ab ἐνθυμάζω *invado*, ex *Heſychio* voce ἐνθύμημα.

q Πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν·] *L. B.* πρῶτον ἡμῖν ἀρέσκῃ.

r Ἔχειν] Abeſt à *L. B.*

s Ἑξακισχιλίους ϗ ἑβδομήκοντα πέντε,] *L. B.* ἑξακόσια ἑβδομήκοντα πέντε.

t Ἐ-

"[e] ἑβδόμῳ ἔτει ὁ [y] Σαββατικὸν καλοῦσι, καθ' ὃ [x] ἔτε ἀρῶ-
"σιν ἔτε τὸ ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι. τάς τε κώ-
"μας τὰς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ, ἃς Υρκανὸς ὁ οἱ πρόγο-
"νοι αὐτοῦ πρότερον ᾠκήκεσαν, [γ] ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ
"τοῦτο Υρκανὸν ἔχειν καὶ Ἰουδαίους ὅπλοις τοῖς δικαίοις οἷς
"καὶ πρότερον εἶχον· μένειν δὲ καὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς δίκαια,
"ὅσα πρὸς ἀλλήλους Ἰουδαίους ὁ [z] τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐνο-
"μάτα φιλάνθρωπα, ὅσα τέως δῆμος ψηφισαμένη ὁ ἡ
"συγκλήτου ἔσχον. ὅπλοις τύπους τε τοῖς δικαίοις χρῆσθαι αὐ-
"τοὺς ἐξεῖναι ἐν [a] Λύδδοις. τάς τε τόπους ὁ χώρας καὶ
"ἐποίκια, ὅσα βασιλεῦσι Συρίας ὁ φοινίκης συμμάχοις
"ὄσι Ρωμαίων καὶ δωρεὰν ὑπῆρχε καρπᾶσθαι, τοῦτο δο-
"κιμάζει ἡ σύγκλητος Υρκανὸν τὸ ἐθνάρχην ὁ Ἰουδαίους
"ἔχειν. δίδοσθαί τε Υρκανῷ, καὶ παῖσι τοῖς αὐτοῦ ὁ πρεσ-
"βευταῖς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἐν τε πυρᾷ μονο-
"μάχων ὁ ἱππέων καθεζομένους μετὰ συγκλητικῶν θεω-
"ρεῖν· [b] καὶ αἰτησαμένους παρὰ δικτάτορος ἢ παρὰ ἱπ-
"πάρχου παρελθεῖν, ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι, τὰ
"[c] ἀποκείμενα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα τῆς
"ἀπάσης, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γράφῃ.

ζ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [d] αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ
"τέταρτον, ὕπατός τε τὸ πέμπτον, δικτάτωρ ἀποδεδειγμέ-
"νος Διὶ βίᾳ, λόγῳ ἐποίησε περὶ τῶν δικαίων τῶν Υρκανοῦ
"τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέως Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχου, τοιάδε.
"[e] Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων [f] ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μαρτυ-
"ρησάντων Υρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰουδαίων καὶ Ἰουδαίοις, ὅτι τε
"συγκλήτῳ καὶ δήμῳ Ρωμαίων, δικαιοσύνης τε τοῦ δήμου
"καὶ τῆς συγκλήτου αὐτοῖς, [g] καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημο-
"νεύειν καὶ προνοεῖν ὅπως Υρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων καὶ
"τοῖς Υρκανοῦ παισὶν ὑπὸ συγκλήτου καὶ δήμου Ρωμαίων
"ἀξία τῶν πρὸς ἡμᾶς διαθέσεων αὐτῶν καὶ ὧν διεπράξαντο
"ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ.

η'. "[h] ΙΟΥΛΙΟΣ ΓΑΙΟΣ, στρατηγὸς, ὕπατος Ρω-
"μαίων, Παριανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, [i] καὶ δήμῳ χαίρειν.
"συνέτυχόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν Δήλῳ, καὶ τινες τῶν παροίκων
"Ἰουδαίων, πεμφθέντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρεσβέων· καὶ συνεφά-
"νησαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσμασι κωλύετε αὐτοὺς, τοῖς πα-
"τρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ τοίνυν οὐκ ἀρέσκει τοὺς
"τῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων τοιαῦτα γίνεσθαι ψη-
"φίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτοὺς ζῆν κατὰ τὰ αὐτῶν ἔθη, [k] καὶ
"χρήματα εἰς συνδεῖπνα καὶ τὰ ἱερὰ εἰσφέρειν, τῆμο ποιεῖν
"[l] αὐτῶν μηδ' ἐν Ρώμῃ κεκωλυμένων. καὶ γὰρ Γάιος Καῖ-
"σαρ, ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς καὶ ὕπατος, ἐν τῷ διατάγματι
"κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, μόνους τούτους οὐκ
"ἐκώλυσεν, ἃ τε χρήματα συνεισφέρειν, ἃ τε συνδεῖπνα
"ποιεῖν. ὁμοίως δὲ κἀγὼ τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων,

"excepto ſeptimo anno quem Sabbaticum vocant,
"in quo neque arant neque fructum ex arboribus
"colligunt. vicos autem quos in Magno campo
"Hyrcanus ejuſque majores olim poſſederunt, Se-
"natui placere iſtos habere Hyrcanum & Judæos,
"eodem jure quo & prius habuerunt: manere
"etiam jura quæ ab initio erant inter Judæos &
"pontifices, ut & beneficia quæ à populo & ſenatu
"conceſſa habuerunt. prætereaque eodem jure li-
"cere uti & in Lyddis. loca etiam & agros & vil-
"las, quæ fuerunt regum Syriæ & Phœniciæ ſo-
"ciorum populi Romani, quorum uſumfructum
"ceperunt ex eorum donatione, placet ſenatui ut
"Hyrcanus ethnarcha & Judæi habeant. item
"Hyrcano licere ejuſque filiis & legatis ab eo miſ-
"ſis, ut in ludis Gladiatoriis & pugnis cum beſtiis
"inter ſenatores ſpectandi gratia ſedeant: cumque
"petiverint à dictatore aut magiſtro equitum ut
"in publicum prodeant, illis, in ſenatum introdu-
"ctis, reſponſum reddendum, intra decem in uni-
"verſum dies, ex quo factum fuerit ſenatuſconſul-
"tum.

7. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator *C. Cæſaris poſtremum decretum.*
"quartùm, conſul quintùm, perpetuus dictator de-
"claratus, hujuſmodi verba fecit de jure Hyrcani
"Alexandri filii, Judæorum pontificis & ethnar-
"chæ. Quandoquidem imperatores, qui ante me
"fuerunt, teſtimonium dederunt Hyrcano ponti-
"fici Judæorum & Judæis, tam in provinciis quam
"coram ſenatu populoque Romano, atque gratias
"eis populus & ſenatus egerit, bonum factum, ut
"nos quoque meminerimus & operam demus, ut
"Hyrcano & Judæorum genti filiiſque Hyrcani
"à ſenatu populoque Romano debitæ eorum erga
"nos benevolentiæ & beneficiis in nos collatis
"gratiæ referantur.

8. "CAIUS JULIUS, prætor, conſul Róma- *Caji Julii decretum.*
"norum, Pariorum magiſtratibus, ſenatui, *ac* po-
"pulo ſalutem. Convenerunt me Judæi in Delo,
"& quidam ex Judæis *inſulæ* inquilinis, præſenti-
"bus etiam veſtris legatis; & ſignificarunt, quod
"vos etiam decreto eos prohibetis patriis ritibus
"& ſacris uti. Quocirca mihi non placet ejuſmo-
"di decreta contra amicos & ſocios noſtros fieri,
"vetarique eos ex ſuis inſtitutis vivere, & confer-
"re pecunias in epulas & rem divinam, præſertim
"cum nec Romæ iſta facere prohibeantur. Nam
"Cajus Cæſar, prætor noſter & conſul, cum edicto
"vetaret ullas in urbe coitiones haberi, ſolum iſtæ
"ne fierent, ſimulque ne pecuniam conferrent aut
"convivia agitarent, non interdixit: ſimiliter &
"ego, alias coitiones prohibens, illis ſolis permit-
"to

[e] Ἑβδόμῳ ἔτει] Ita expreſſe è *Cod. Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* Ἕ ϛ'. ἔτους in *Editis Aliiſque.* ὑπεξαιρουμένῳ ἕ κύκλῳ ἔτους *excepto illo orbis anno* legit *Petitus*, p. 41. ϛ pro κύκλῳ poſito, cujus erat figura. nam orbis erat hebdomas annalis, recurrebat quippe in orbem. Sed pari jure reſcribere liceret ἕ ὅλῳ ἔτους, quod ϛ ſit litera initialis vocis ὅλῳ.

[y] Σαββατικὸν] Paullo antè §. ead. SPANH.

[x] Οὔτε ἀρῶσιν] Abeſt à *Gen.*

[γ] Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ] Ita ex præced. h. ejuſd. §. ἐμοὶ ἀρέσκει· ſi quis utroque loco malit ἀρέσκειν, per me licet.

[z] Τοῖς ἀρχιερεῦσιν] Hiſce etiam καὶ τοῖς ἱερεῦσιν addit *L. B.* HAV.

[a] Λύδδοις.] Λύδδα, Samaritica antea Præfectura, iis adempta & Judæis data à Demetrio. ſupra lib. 13. c. 4. §. 9. SPANH.

[b] Καὶ αἰτησαμένους] Locus antea ſic ſe habebat, θεωρεῖν· αἰτησαμένους παρὰ δικτάτορος ἢ παρὰ ἱππάρχου παρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι. καὶ τὰ ἀποκείμενα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα ταῖς ἁπάσαις, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γράφῃ. aliter diſtinxi, & tranſtuli ab hac voce ad αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι, ἀποδίδοσθαι reſcripſi, & ἀφ' ἧς reſtitui ex *MSS.*

[c] Ἀποκείμενα] *L. B.* ὑποκείμενα.

[d] Αὐτοκράτωρ,] Αὐτοκράτωρ τὸ τέταρτον juxta *Epiphanium*, voce δικτάτωρ omiſſa. Verum (inquit *Petitus*, p. 56.) licet recte expungatur δικτάτωρ, male ſe habet αὐτοκ. τὸ τέταρτον, nam imperator ſextùm dictus eſt in quinto conſulatu, ſi nummis fides, in quibus, C. CAESAR. COS. QUINCT. IMP. SEXT. DICT. PERPETUO, ut & CAESAR. AUGUR. IMP. QUINCT. COS. QUART. DICT. QUART. PARENS. PATRIAE. Quare reſcribendum αὐτοκράτωρ τὸ ϛ'. ὕπατός τε τὸ ε'. δικτ. &c. Eadem fere habet *Petavius* (lib. X. *de Emend. Temp.* c. 57. p. 258.) qui ſuſpicatur vel pro IMP. IV. legendum VI. vel duorum reſcriptorum Cæſaris inſcriptiones diverſas in unam coaluiſſe, librariorum vitio. Præterea videſis *Petitum*, p. 57.

[e] Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων] Imperatores hi videntur fuiſſe, *Pompejus*, *Staurus*, *Gabinius*.

[f] Ἐν ταῖς ἐπαρχίαις] Ἐν τοῖς ἐπ' ἀρχῆς malit *Petitus*, ut ſenſus ſit, *cum ii qui ante me fuerunt imperatores, quando verba fecerunt de rebus à ſe in magiſtratu geſtis, in Senatu & apud populum Romanum teſtim. &c.*

[g] Καλῶς ἔχει] Quod autem dixit in hac oratione Cæſar, καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν &c. eo monente præſtitum fuiſſe à Senatu nullus dubito; videturque pars illius Senatuſconſulti fuiſſe, quod legitur in hæc verba, Γαΐῳ Καίσαρι δεδογμένα &c. p. 628. v. 40. [de quibus vide *Annott.* ad imum paginæ.] *Petitus*, p. 58. & 59.

[h] Ἰούλιος Γάϊος,] Ἰούλιος Γάϊος, δικτάτωρ, ὕπατος juxta *Vet. Interpr.* Illud στρατηγὸς recte ſe habere, ſed ὕπατος delendum eſſe cenſet *Petitus*, p. 64. Et quod ad nomen hujus Prætoris attinet, putat fuiſſe Ἰούνιος Γάϊος.

[i] Καὶ δήμῳ χαίρειν.] Illud καὶ additum ex *Lugd. Bat.* HAV.

[k] Καὶ —— εἰσφέρειν,] Conf. infr. §. 12. SPANH.

[l] Αὐτῶν μηδ' ἐν Ρώμῃ κεκωλυμένων.] *L. B.* αὐτοῖς μ. ε. Ρ. κεκωλυμένοις.

"to ex patriis moribus & institutis congregari & "in eo persistere. Quare bonum factum *erit*, ut "vos etiam, si quid contra amicos nostros & so- "cios edixeritis, id *ipsum* abrogatum iretis, pro- "pter illorum erga nos merita & benevolen- "tiam.

"τὰτες μόνες ὅπηρέπω καὶ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα "συνάγεσθαι [m] τε καὶ ἱζασθαι. καὶ ὑμᾶς οὐ καλῶς ἔχει, "εἴ τι καὶ τ ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων ψήφισμα "ἐπιήσατε, τᾶτο [n] ἀκυρώσαιτε διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς αὐτῶν "ἀρετὴν καὶ εὔνοιαν.

Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolabella in senatum introducunt.

9. Post mortem autem C. Cæsaris, M. Antonius & P. Dolabella consules senatum convocabant, & introductis Hyrcani legatis de illorum postulatis retulerunt, & amicitiæ fœdus cum eis fecerunt: & omnia illis concedi senatus decrevit, quæcunque impetrare voluerunt. Appono autem etiam decretum, ut demonstrationem eorum quæ dicuntur ad manus habeant lectores hujus historiæ. Erat vero tale.

Θ'. Μετὰ δὲ τὸν [o] Γαΐᾳ θάνατον, Μάρκ@ Αντώνι@ καὶ Πόπλι@ Δολοβέλλας, ὕπατοι ὄντες, τὴν τε σύγκλητον συνήγαγον, καὶ [p] τὰς Υρκανᾶ πρέσβεις εἰσαγαγόντες, διελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίουν, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτὰς [q] ἐποίησαν· καὶ πάντα συγχωρῆν αὐτοῖς ἡ σύγκλητ@ ἐψηφίσατο, ὅσων [r] τυγχάνειν ἐβούλοντο. [s] παρατίθεμαι δὲ τὸ δόγμα, ὅπως τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἐχόντων οἱ ἀναγινώσκοντες τὴν [t] πραγματείαν. ἦν δὲ τοιόνδε.

M. Antonii & P. Dolobellæ decretum.

10. "Senatusconsultum ex ærario descriptum "ex tabulis publicis quæstoriis, Quinto Rutilio "C. Cornelio quæstoribus urbanis, tabula secunda "& ex primis. ANTE DIEM TERTIUM i- "dus Apriles in æde Concordiæ scribendo adfue- "runt Lucius Calpurnius *tribu* Menenia Piso, "Servius Papinius Lemonia Potitus, Cajus Cani-

ι'. "Δόγμα συγκλήτ@ [v] ἐκ τῶν ταμείᾳ ἀναγεγραμμέ- "νων [x] ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιδλικῶν, [y] Κοίντ@ "Ρετιλίῳ Κορνηλίῳ ταμίαις καὶ πάλιν, [z] δέλτῳ δευτέρᾳ δὲ "καὶ [a] ἐκ τῶν πρώτων. [b] ΤΗι ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ εἰδῶν Απριλίων ἐν "τῷ ναῷ τ@ Ομονοίας γραφομένῳ παρῆσαν, Λύκιος [c] Καλ- "πύρνιος Μενενία Πείσων, Σερβίος Παπίνιος Λεμωνία Πο-

m Τε καὶ ἵσασαι.] Voces τε καὶ ἵσασαι non interpretatur *Epiphan.* καὶ ἐσῶσαι legendum esse conjicit *Petitus*, p. 66. nec mihi displicet conjectura.

n Ακυρώσαιτο] *L. B.* ἀκυρῶσαι.

o Γαΐᾳ θάνατον,] Καίσαρ@ *Busb.* Forsan Γαΐ@ Καίσαρ@.

p Τὰς Υρκανᾶ πρέσβεις εἰσαγαγόντες,] Τὰς malui cum *Busb.* quam ℱ *Editorum Aliorumque.*

q Εποίησαν·] Εποιήσαντ@ *Busb.*

r Τυγχάνειν ἐβούλοντο.] Ita ex *Codd. Voss.* in *Vulgatis* & *cæteris* omnibus (quod sciam) libris *MSS.* τυγχάνειν ἐβούλοντο· καὶ Δολοβέλλας ἦ λαβὼν ἀφ' Υρκανᾶ γράμματα ἐπιστέλλ@ τοῖς κῆ τὴν Ασίαν ἅπασαν, καὶ τῇ Εφεσίων πόλ@, πρωτεύσῃ δ' Ασίας ἅπας. Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ &c. reliquis omissis. Non ita tamen in codicibus *Latinis*, utpote plenioribus: quorum etiam defectus in sequentibus notare non gravabor.

s Παρατίθεμαι ἦ καὶ τὸ δόγμα,] Hic incipit ingentis lacunæ supplementum à *Jacobo Gronovio* sartum, cujus deinceps integras notas subjecimus. Dedicationem vero, atque Præfationem, inter similia Collectanea suis locis collocavimus. HAV.

t Πραγματείαν.] MS. πραγματίαν.

v Ἐκ ℱ ταμείων] Satis caute peculiarem hanc designationem loci vel ipse auctor addidit, vel istæ urbes, quibus id SCtum exhibitum fuit, & unde Josephus exscripsit ac repetiit, eas voces habuerunt adscriptas. Sic enim probabatur legitima ejus auctoritas, non tantum quod hinc patebat exstare, sed quoniam decretum tale vix ante posset vindicare aliquam vim, nisi postquam illuc delatum esset, quo spectat locus Taciti lib III. Annal. cap. 51. & alia tam multa antiquorum verba, ut fere erubescendum sit recentiores fecisse, ut id ipsum adeo sæpe ab ipsis itererur, ac denuo per typos moneretur, tanquam non unicuique patens. Inde ergo petitum est hoc fidei & probationis pignus, quo illa tum vigere incepit. GRONOV.

x Ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιδλικῶν.] An non satis multa verba? & posset videri abundantia supervacua Quum enim ærarium foret cura propria quæstorum, non tantum ratione pecuniarum sed etiam tabularum publicarum, ut per quos etiam consulta publica in id deferebantur, certe alterutrum suffecturum erat. Nimirum ita res se habuit, ut & tabulæ de pecuniis seu redactis ex provincia seu variorum redituum imperii, omnes illæ forent etiam publicæ & per quæstores conficerentur; ut hinc quum distincte loqui oporteret, videatur sufficisse ad has pecuniarias intelligendas, si dicerentur tabulæ publicæ, quod ab initio quæsturæ inceptum videtur continuavisse in perpetuum. Sed postea quum ad eosdem quæstores fuit delata etiam cura servandi Senatusconsulta & decreta; tabulas, quas de iis conficiebant, & ex quarum dispositione patebat singulorum locus, & ex delatione firmitas, videntur dixisse tabulas, ut erant, etiam quidem publicas, sed simul quæstorias, quod in ea potissimum parte ærarii servarentur, quæ in cura quæstorum esset. Quippe haud dubie ærarium sic fuit distinctum, ut conclave aliud (unum sive plura) inservierit custodiæ pecuniarum, aliud SCtis. Itaque quum Josephus supponi debeat hæc olim hausisse vel ex exemplo, quod patuit in templo Hierosolymitano, vel loco ærarii Saturni quo æra legum & SCtorum deferri & servari solebant, apparet unicum specimen præscriptionis, quæ solebat præponi apographis illis, quæ auctoritate publica ex authentico sumptæ & descriptæ erant, cui simile nullum memini legisse. GRON.

y Κοίντ@ Ρετιλίῳ Κορνηλίῳ] Memorandi istius anni accix quæstorum urbanorum nomina penitus interciderunt, ut patet ex Fastis per viros doctos collectis. Est quidem apud Pigium Cornelius Spinther, sed non alia ejus mentio, quam quod titulo Exquæstoris extra urbem & Italiam fuerit, ut hinc ea pars instaurari queat. Notabis tamen vocem Ρετιλίῳ tantum esse positam in margine, ut quædam quoque alia, sed tamen omnia egregia ad restitutionem hujus loci, ut videatur ea vir doctus in margine notavisse collecta ex pleniore codice Manuscripto, ut idcirco etiam de hoc nomine dubitare non sustineam & ideo posui suo ordine. Alioquin si res ita habuisset, facile & credibile erat auctorem scripsisse Κοίντ@ Κορνηλίῳ ταμίαις, ut solent in his collegiis Romani per negligentiam copulativæ. GRON. In *Epiphanii* libris, *sub Quinto Rutilio ærarii custode; dum tertio idus Aprilis in templo Concordiæ conscriberentur, præsente Lucio Calpurnio & reliquo Senatu. Publius Dolobella & M.*

z Δέλτῳ δευτέρᾳ] Magis etiam notabilis est hæc designatio, nempe quod hoc SCtum fuerit tabula secunda & ex primis. Sic enim videmus in hoc specimine finiri velut ex more communi verba solita præmitti exemplis decretorum publicorum; quæ describerentur publico jussu, & descripta in alias mitterentur regiones aut provincias aut urbes, addito non tantum loco, quem in ærario obtinebant, sed etiam præpositis nominibus quæstorum, qui tunc erant, quum ista describerentur; prout nunc censeo considerari debere nomina quæstorum, quæ hic posita cernimus. Illud itaque ταμίαις τῶν δέλτων τῶν ταμιδλικῶν supponi oportet bene magni spatii, sive id haberi oporteat unum conclave, sive in plura diductum, ut illic tot æra, quæ fuerunt innumera in tanto & tanti temporis imperio, in manifesto penderent oculis statim exposita, & ibidem δέλτῳ δευτέρᾳ καὶ ἐκ τῶν πρώτων hanc fuisse, ut decretorum tabulæ illic fuerint fixæ numero facto & collecto ab ipso ingressu, ut diceretur tabula prima, secunda, tertia &c. prout propinqua esset ingressui: nec tantum, sed etiam primæ aut secundæ aut tertiæ pro ordine, in quem erant digestæ ab summo tabulato ad infimum solum, vel vice versa, ubi profecto potuerunt plures esse ordines, non secus ac hodie forulos librorum formamus. Est aliquid simile in tabernis veterum, quas ita depingit Martialis 1, 18.

Hoc nomen dominus gerit taberne,
De primo dabit altoque nido
Rasum pumice, purpuraque litum.

Quinimo talis ordo tabularum in porticibus ornandis apud Cl. Sponium in Miscellan. pag. 337. ἐπέτρεσι τὴν εἰκόνα ἐν δὲ τοῖς πρώτοις πρώτης σοᾶς ἢ Δωρικῆς, ubi vir doctus reddidit *statuam ejus collocent juxta tabulas primæ* (h. e. incipientis, & prope ingressum, ut ego explico) *portiens Doricæ*, confundens tabulas & mensas. GRON.

a Ἐκ τῶν πρώτων.] Diversi, ut puto, foruli erant, Decretis adservandis destinati, signatique numeris, I. II. III. &c.

b Τῷ αὐτῷ πρὸ ἰδῶν Μαρτιδίων] Itaque nec mensis integer præterlapsus fuit ab Idibus Martiis occiso Cæsare inclitis, ut hinc pateat, quantopere urserint Judæi, homines ardenti fervidoque ingenio & præsertim in suis commodis, confirmationem favoris & privilegii ab Julio sperati; quum tantæ curarum moles confluerent de universi imperii lapsantis custodia, hi tamen de suis per Asiam sparsis civibus cupiverunt esse certi. Nempe ad id impetrandum ab utroque consule plurimum valuit imber aureus, ut palam de M. Antonio scribunt cum infamia ejus perpetua veteres scriptores. GRON.

c Καλπύρνι@ Μενενία.] Ita nisi fallor jure edidi, quum in MSto reperirem vitiosum καὶ καρκίνι@ μενίνια, quum in eo sequerer exempla doctorum hominum, quibus in aliis scriptoribus occurrit idem error. Mox in MS. erat Σεργίν@ Παπτίν@ Νεμωνίᾳ Τοῦτ@, ubi prima vox videbatur abundare duabus literis ν, quas expuli. Certe id mihi probabilius visum fuit, ad similitudinem præcedentis decentius, (ubi etiam tamen poterat videri scripsisse Λυκι@ Γαΐε ὑὸς Καλπ.) quam si vellem tentare Σερ. Σερ. υἱὸς, hoc est, *Servius Servii filius*. Falsa ista Nemonia tribus mox adhuc occurrit. Et recte spero mutaviss. GRON. Καὶ Καρκίνι@ Μενινίᾳ. Πείσων Σεργίν@ Παπτίν@ Νεμωνίᾳ Τοῦντ@ in *MSS. Voss.* Verum in textu exprimendo sequutus sum *Gronovium*, cui in notis non displicet ut legatur Λύκι@ Γαΐε ὑὸς Καλπ.

d Τε-

"Ποπίης, Γάϊος Κανίνιος [d] Τηρλωτίνα [c] Ρεβίλιος, Πόπλιος
"[f] Τιδήτιος, Λεύκιος [g] Απυλλῖνος Λουκίυ ὑὸς Σεργία, [h] Φλά-
"βιος Λουκίυ Λεμωνία, Πόπλιος Πλάτιος Ποπλίυ Παπ-
"ειρία, Μάρκος [i] Ακύλιος Μάρκυ Μεκία, Λέκιος [k] Ερύκιος
"Λυκίυ [l] Σπλλατίνα, [m] Μάρκος Κυίντιος [n] Μάρκυ ὑὸς
"Πολλία [o] Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέργιος. Πόπλιος Δολο-
"βέλλας, Μάρκος Αντώνιος ὕπατοι [p] λόγυς ἐποιήσαντο. περὶ
"ὧν [q] δόγματα συνκλήτυ Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Ιουδαίων
"ἔκρινε, καὶ εἰς τὸ ταμεῖον σὺν ἔφθασεν ἀνενεχθῆναι, περὶ
"τύτων αἰτησάμενι ἡμῖν ψηφίσαι, [r] ὡς καὶ Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ καὶ
"Μάρκῳ Αντωνίῳ τοῖς ὑπάτοις ἔδοξεν, ἀνενεγκεῖν τε ταῦτα
"εἰς δέλτους καὶ πρὸς τὰς κοῖλιν ταμίας, ὅπως Φρουπίσω-
"σι καὶ αὐτοὶ ἐν δέλτοις ἀναθεῖναι δυνήσχοις. [s] ἐγήμερο πρὸ
"πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν τῷ ναῷ τ Ομονοίας. οἱ δὲ
"πρεσβεύσαντες παρ' Υρκανῦ ἐξ ἀρχιερέως ἦσαν ὅτοι· Λυσι-
"μαχος Παυσανίου, Αλέξανδρος Θεοδώρου, Πατρόκλος
"Χαιρέου, Ιωνάθης Ονείου.

ια'. Επεμψε δὴ τύτων Υρκανὸς [t] τ πρεσβύτων ἕνα καὶ
[v] πρὸς Δολοβέλλαν τ τ Ασίας τότε ἡγεμόνα, παρακαλῶν
ἀπολῦσαι τὺς Ιουδαίους τ στρατείας, καὶ τὰ πάτρια τηρεῖν
αὐτοῖς ἔᾳ, [x] ὑπάρξαν τι καὶ παῦται ζῆν. [y] λαβὼν δὲ ὁ Δο-
λοβέλλας τὰ παρὰ Υρκανῦ γράμματα, μηδὲ βουλευσά-
μενος ὑπισχνεῖτο [z] τοῖς κοῖλιν πᾶσιν ἀσφαλῶς καὶ
τῇ Εφεσίων πόλει [a] πρωτεύσῃ τ Ασίας, [b] περὶ τῶν Ιουδαίων.
ἡ δὲ ὑπισχνὴ τύτυ τὸν τρόπον.

"nius Terentina Rebilius, Publius Tidetius, Lu-
"cius Apulinus Lucii *filius* Sergia, Favius Lucii
"*filius* Lemonia, Publius Platius Publii *filius* Pa-
"piria, Marcus Acilius Marci *filius* Mæcia, Lu-
"cius Erucius Lucii *filius* Stellatina, Marcus Quin-
"tius Marci filius Pollia Plancillus, Publius Serius.
"Publius Dolabella, Marcus Antonius consules
"verba fecerunt. In quibus rebus senatusconsulto
"Cajus Cæsar pro Judæis decrevit, neque ante cu-
"ravit in ærarium deferri, de his placet nobis fie-
"ri, sicut etiam Publio Dolabellæ & Marco An-
"tonio consulibus visum fuit, & deferre ista in
"tabulas, & ad quæstores urbanos, ut & ipsis curæ
"sit ea in tabulis duplicibus reponere. Factum est
"ante diem quintum idus Februarias apud ædem
"Concordiæ. Legati autem ab Hyrcano pontifi-
"ce erant isti: Lysimachus Pausaniæ *filius*, Ale-
"xander Theodori, Patroclus Chæreæ, Jonathas
"Oniæ.

Legatum ad Dolabellam mittit Hyrcanus.

11. Sed & ad Dolabellam, qui tunc Asiæ præerat, Hyrcanus unum ex his legatis misit, obsecrans ut dimitteret Judæos à militia, & servaret eis patria instituta, sineretque ex illis vitam agere. Dolabella vero post acceptas ab Hyrcano literas, nulla adhibita deliberatione, tum omnibus Asiaticis epistolam misit, tum etiam Ephesiorum urbi, quæ prima erat Asiæ, de Judæis. Atque epistola illa erat hoc exemplo.

12. "PRY-

d Τηρλωτίνα Ρεβίλιος,] Id quoque probatum iri spero, quum sic repono pro τηρλώτινα ῥεβίλιος, etsi potuit Josephus, & in prima voce literam, omisisse quocunque casu. Nam ultimam partem cognominis etiam extulerit per λιος, ut sæpe Græci, & infra adest Κυίντιλίῳ. sed quum non sit credibile etiam sic exstitisse in primigenio, opinor recte etiam me vertisse. GRON.

e Ρεβίλιος, Πόπλιος] Sic *Gronov.* Ρειλίιος in *MSS.* Forsan Τερεντίνα Ρηγίλιος.

f Τιδήτιος, Λούκιος] Mallem Τιδέτιος.

g Απυλλῖνος Λουκίυ ὑὸς Σεργία,] Forsan Απυλλίνος.

h Φλαβῖος Λουκίυ Λεμωνία,] Huic nomini præreptum est suum prænomen, quod videtur fuisse ei antepositum, forsan interceptum ab voce præcedente σεργία, quasi fuerit *Aulus Flavius*. GRON. Α. Φλάβιος legendum recte conjicit *Gronov.* prænomine forsan absorpto à litera finali in voce præcedente.

i Ακύλιος Μάρκυ Μεκία,] Nomen valde dubium ad Latine exprimendum, utrum fuerit *Acilius*, an *Aquilius*. GRON. Ita edidit *Gronov.* Ακυλίος in *MSS.* an pro Ακυΐλιος vel Ακυΐλιος, aliorum esto judicium.

k Ερύκιος Λυκίυ Τηλιτλίνα.] Sic erat in MS. plana aberratione, ut mihi videbatur, pro Στειλλίνα. GRON.

l Στειλλίνα,] Non dubitavi Στειλλίνα in textum recipere, prout legendum esse conjecerat *Gronov.* Τηλιτλίνα corrupte in *MSS.*

m Μάρκος Κυίντος Μάρκυ ὑὸς Ποπλία] Verba ista sic exstant in MS. varie corrupta, quum secunda vox ut alterum prænomen tolerari nequeat, unde ad Quintios retuli, quorum quum sint talia cognomina jam olim, quæ deducuntur ex nominibus familiarum aut aliis cognominibus, ut Crispinus ab Crispus, Flamininus ab Flaminius, potest etiam tolerari Plancilus pro Plancillus ab Plancus vel Plancius, ut in Arriis est Balbillus, quamvis exstare hactenus hoc tantum loco novi Plancillum, cui valde affine est cognomen Pacilus jam in republica usurpatum. Tribum illi dedi, quæ proxima erat scripturæ corruptæ. GRON.

n Μάρκυ ὑὸς Ποπλία] Ita *Gronov.* Μάρκῳ Κύιντῳ Μάρκυ ὑὸς Ποπλία in *MSS.* Ποπλία forsan pro Ποπλιλία vel Ποβλιλία.

o Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέργιος.] Πλαγκίλιος in *MSS.* Πλαγκίλιος *Gronov.*

p Λόγυς ἐποιήσαντο.] Sic *Gronov.* λόγοις & mox δόγματι in *MSS.* Sed in posteriori verbo fextæ literæ superscribitur T.

q Δόγματα —— ἔκρινε,] Sic loquitur, quasi plane ista res jam fuisset acta in senatu & consulto ejus firmata ante necem Julii. Quod si ita est, jam intelligimus interiorem causam, cur in exterarum gentium multitudine necem Julii ejulante sic eminuerit insania Judæorum, ut diserte notat Suetonius, quod viri docti non satis perspiciunt, quum in hoc arcano ea res sita sit. Quid si tamen non videatur factum fuisse vivo Cæsare, sed universum hoc includi & pendere ab uno SCto de ratis habendis actis Cæsaris, ut sint verba plena doli & ex violentia ac jussu M. Antonii sic composita? Hactenus tamen sequimur quod scriptum est. GRON.

r Ως καὶ Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ] Ως καὶ συνκλήτῳ ἔδοξεν juxtà *Epiphanium*, qui vertit, *sicut & Senatui visum est ut hæc in tabulis æreis deponantur, & per singulas civitates transmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum est. Quinto idus Februarias &c.*

s Εγήμερο πρὸ πέντε εἰδῶν] Nempe ista delatio SCti in ærarium. Tantum scilicet temporis traxit ista ad plenissimam SCti confirmationem requisita nota, antequam posset peragi, sive ob molestias reipublicæ exortas, sive artibus utriusque Consulis rapacissimi per annum suum, ut inde adhuc fieret hæc res Judæis pretiosa magis & carior, & per decem menses concurrere debuerint ad impetrandam hujus rei consummationem, ac SCtum æri incidendum, & quidem ita, ut tabulæ essent duplices. Erant enim alioquin ἁπλᾶ. & hinc quoque talia inde sumpta exempla, ut notum satis. Sed nunc etiam id ipsum singulare est, tanquam SCta omnia in ærario non sint incisa uni & patenti tabulæ, sed multa duplicibus, ut haberentur plane δίθυρα. atque unum per duas tabulas extensum complicari posset & sic dimidium loci tantum occupare, quam aliquin teneret. An vero pertinuit hoc ad SCta de provinciis & regionibus exteris, ut illis separatim destinatum fuerit conclave, idque juxta parietes habuerit suspensas δέλτυς διπτύχυς vel δίθυρες, tam bene illustratas olim ab Salmasio, quam facinoroſe tractatas nuperrime ab clericato omnium librorum, quos non legit, editore. Ex hoc loco utique præclara antiquitatis illustratio non tantum ærarii Saturni, sed ubi illa δίπλυχα vel δίθυρα fuerint, notabiliter usurpata. GRON.

t Τῶν πρεσβύτων ἕνα] Quis ille speciatim fuerit exprimitur ab Josepho in sequentib. ex testimonio ipsius Dolabellæ ad civitatem Ephesinam, nempe Alexander Theodori filius. Sed pariter inde probatur illic scribi admodum minute Δολοβέλλας ἢ λαβὼν δὲ Υρκανῦ γράμματα, sed quæ patet per fraudem quandam & astum ex pleniore historia fuisse repetita; item, quam absurde vertatur ibidem *Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus est.* locus ille Græcus καὶ ταῦτα μὲ Δολοβέλλας Υρκανῷ πρεσβευσαμένῳ ἐπὶ αὐτὸν ἐχαρίσατο. GRON.

v Πρὸς Δολοβέλλαν τ τ Ασίας τότε ἡγεμόνα,] Convenit cum historia, quæ dictat jam mense Junio Dolabellam has regiones petisse & occupavisse. GRON.

x Επιτρέπειν τι καὶ ταῦτα ζῆν.] Επιτρέπειν τι habui è *Cod. Busb.* qui nisi in hoc loco convenit cum *Editis*, in quibus καὶ τ. ζ.

y Λαβὼν δὲ ὁ Δολοβέλλας] Voculas aliquot ante λαβὼν excidisse suspicor: eoque magis, quod in *Epiphanio* sit, *quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella &c*

z Τοῖς κοῖλιν πᾶσιν ἀσφαλῶς καὶ τῇ Εφεσίων πόλει] Si inspexeris vulgatas editiones, agnosces alteram fraudem. Cæterum hæc urbs speciatim notanda erat velut caput omnium; in cujus titulo isto, quo dicitur πρωτεύουσα, quale resederit privilegium & quæ auctoritas, apparet ex fine epistolæ, ut nempe illa partim exemplo suo, partim dignitate aliis imperaret. Et certe in ea urbe multos fuisse Judæos etsi Acta Apostolorum non habuerint occasionem significandi, tamen ibi consedisse multitudinem discimus ex Suida in voce Ιωσῆφ, ubi legimus Τερέντιος ἀρχιγὸς τ ἐν Εφέσῳ Ιουδαίων. Quin etiam Norbani Flacci epistola ad Ephesios memorat apud Philonem pag. 1036. GRON.

a Πρωτεύσῃ τ Ασίας,] Ita in *Apographis* nostris & *Editis Josephi*. Εφεσίων πολιτευούσῃ in *MSS.* ut dicit *Gronov.*

b Περὶ τ Ιουδαίων.] Forsan ὑπὲρ τ. nisi περὶ hic idem valeat ac ὑπέρ.

Dolobellæ litera ad Ephesios.

12. "PRYTANE ARTEMONE, die primo Lenæonis, Dolabella imperator senatui Ephesiorum & magistratibus & populo salutem. "Alexander Theodori filius, legatus Hyrcani, "filii Alexandri, pontificis Judæorum & ethnarchæ, mihi significavit non posse populares suos "militiæ nomen dare, idcirco quod nec arma ferre queant, nec iter illi facere diebus Sabbatorum, neque cibos patrios & quibus consueverant "seorsum comparare. Propterea ego do illis, sicut "etiam magistratus, qui ante me fuerunt, immunitatem à militia, permittoque ut utantur patriis "institutis, cum propter sacra & res divinas ex "more suo congregantur, & ad oblationes in sacrificia faciendas, & vos volo literas de istis per "urbes singulas dimittendas curare.

Decretum L. Lentuli consulis.

13. Et hæc quidem Dolabella, cum Hyrcanus ad eum legatos misisset, gratificatus est nostris. "LUCIUS vero Lentulus consul dixit; Cives "Romanos Judæos, * sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso, pro tribunali religionis ergo ab militia dimisi, ante diem duodecimum calendas Octobres, Lucio Lentulo "Cajo Marcello consulibus. Adfuerunt Titus Appius Titi filius Balgus Horatia legatus, Titus "Tongius Titi filius Crustumina, Quintus Ræfius Quinti *filius*, Titus Pompejus Titi *filius* "Longinus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina "Bracchus tribunus militum, Publius Clusius "Publii *filius* Veturia Gallus, Cajus Sentius Ca-

ιϛ'. "[c] ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ [d] ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Λη"ναιῶνος πρώτῃ, Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ Ἐφεσίων "βουλῇ καὶ ἀρχῇσι καὶ δήμῳ χαίρειν. Ἀλέξανδρος Θεο"δώρου, πρεσβεύσας Ὑρκανοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀρχιερέως "καὶ ἐθνάρχου τῶν Ἰουδαίων, ἐνεφάνισέ μοι ὡς οὐ δύνα"ται στρατεύειν τοὺς πολίτας αὐτοῦ, ἅτε [c] μήτε ὅπλα "βαστάζειν δυνάμενοι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἡμέραις "τῶν Σαββάτων, μήτε τροφῶν τῶν πατρίων καὶ σιτη"θέντων [f] κατ' αὐτοὺς ἐκπορίζειν. ἐγὼ τε οὖν αὐτοῖς, καθὼς "καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες, δίδωμι [g] τὴν ἀσυλίαν, καὶ "συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἐθισμοῖς, ἱερῶν ἕνεκα "καὶ ἁγίων συναγομένους, καθὼς αὐτοῖς νόμιμον, καὶ "τῶν εἰς τὰς ἱερουργίας [h] ἀφαιρεμάτων, ὑμᾶς τε βού"λομαι ταῦτα γράψαι κατὰ πόλεις.

ιγ'. Καὶ ταῦτα μὲν Δολοβέλλας [i] Ὑρκανοῦ πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτὸν [k] ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις. "ΛΕΥΚΙΟΣ "[l] Λέντλος ὕπατος εἶπε· Πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, "ἱερὰ Ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ πιστεύοντας εἰς Ἔφεσον, [m] πρὸ τοῦ βή"ματος [n] δεισιδαιμονίας ἕνεκα σεμνίας ἀπολυσαι, [o] πρὸ "δεκαδύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων, Λευκίου Λέντλου, Γαΐου "Μαρκέλλου ὑπατείοντος. [p] παρόντων [q] Τίτου Ἀππίου Τίτου "υἱὸς Βάλγος Ὁρατία πρεσβεύτης, Τίτου Τόγγιος Τί"του υἱὸς Κρουστουμίνα, Κόϊν[ος] [r] Ῥαίσιος Κόϊντου, Τίτου "Πομπήϊος Τίτου Λογγίνου, Γαΐου Σερουίλιος Γαΐου "[s] Τηρωντίνα Βράγχος χιλίαρχος, Πόπλιος [t] Κλύ"σιος [v] Ποπλίου [x] Ερωεία Γάλλος, Γάϊος [y] Σέντιος "[z] Γα-

c Ἐπὶ Πρυτάνεως] Atqui ex nummis docent viri docti summos magistratus in urbe Epheso fuisse aut Ἀρχιερέας aut Γραμματέας, sicut Rhodo præfuisse Prytaneis tam ex nummis quam ex scriptoribus probant. Discamus igitur in urbe Epheso si non fuit magistratus, quia mox agnoscit ἄρχοντας, certe Prytanes usos hoc honore fuisse, ut præscriberentur in decretis; id quod jam pertractatum est. Cæterum ex instauratione hujus præscriptionis apparet violentia illorum, qui in Josepho dominari voluerunt sublata ista parte, quæ erat curiosissima. GRON.

d Ἀρτέμωνος] Ita juxta meliores *Epiphanii* libros, & in *Gronovii Editione*, & uno ex *Apographis* nostris: Ἀρτεμίωνος in altero, & Ἀρτέμιος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

e Μήτε ὅπλα βαστάζειν δυνάμενοι,] Vide simile Rescriptum nomine Augusti ad Ephesios pro Judæis apud Philon. Leg. ad Cajum p. 1036. A. B. & infra lib. 16. c. 6. §. 4. SPANH.

f Κατ' αὐτούς] Forte καθ' αὐτούς. COCC.

g Τὴν ἀσυλίαν,] Ita *Gronov.* τὴν ἀσυλίαν in *Apographis* nostris & *editis Josephi*. τὴν τροφείαν in *MSS. Voss.* ut ait (in Var. Lect. in ima pagina subjectis) *Gronov.*

h Ἀφαιρεμάτων,] Retinui hanc vocem ex Josepho, quum in MS. legatur id quod subnotatum vides contextui ἀφαιρεμάτων, solita hæsitatione inter diphthongum αι & vocalem ε, unde & infra notabam in MSto ἐπαγγελίαι, item ἀγέλειον, & antea Μειλία. Sed miror cur hunc locum non annotaverit in Thesauro Stephanus, quum male in Josepho vertatur *& conferentes in offerenda templo sacrificia.* Video autem quid ex Christianis apportet idem Stephanus. Ego aliter censui. GRON. Sic etiam in *Apographis* nostris. ἀφαιρεμάτων in *MSS. Voss.* teste *Gronov.*

i Ὑρκανοῦ πρεσβευσαμένου] Ita *MSS. Voss.* & *Epiphan.* Ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ sine τοῖς ἡμετέροις in *Editis Josephi.*

k Ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις.] Quanto rectius & mollius hoc ipsum occurrit tibi, mi lector, quam ista compilatio & mutatio nominis cum participio Ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ? GRON.

l Εἶπε·] Forte tollendum. COCC.

* *Sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso,*] Judaicis sacris addictos, iisque operatos, *Gronov.*

m Πρὸ δ' ——— ἀπίλυσαι,] Plura hic sequuntur in *Rufino* cap. XXI. p. CXVI. Decreta Romanorum, Deliorum, Sardianorum &c. in gratiam Judæorum, quæ hic in Græco Josephi contextu aut Gelenii Versione non leguntur. Eadem omissa in postrema Versione Gallica. Vide etiam infra lib. 16. c. 6. §. 1. & 4. ubi similia Decreta Sardianorum, Cyrenæorum, Ephesiorum referuntur. SPANH.

n Δεισιδαιμονίας ἕνεκα] Non de se ita jactavit Lentulus, sed sic loquutus fuit respectu Judæorum, a quibus scrupulum omnem removere voluit, ut possent indulgere δεισιδαιμονίᾳ, qua esse obsessos Judæos & noverant & videbant quotidie Romani: unde in bonam partem accepi de religione, prout aptissime descriptio ejus huc convenit ex lapide, qui scribitur esse in urbe Pola, *Matri pientissimæ religioni Judaicæ metuenti*, apud Gruterum p. 721., 11, quamvis meminerim Romanos ubique Judaicam superstitionem agitare. GRON.

o Πρὸ δεκαδύο καλανδῶν] Πρὸ δωδέκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων. καλὰ δ' ἐστὶ τὰ ἀπὸ &c. in *Editis Josephi*, reliquis omnibus omissis usque ad c. 10. §. 25. v. 13. In *Epiphanii* libris: *duodecimo Kalendarum Octobris, L. Lentulo & C. Marcello Coss. præsente Senatu, Balbus Legatus & vicarius Ephesiorum* &c.

p Παρόντων Τίτου Ἀππίου] Satis clara diversitas est, qua nunc illud γεγραμμένῳ, vel ut Latini dicunt *scribendo*, omittit, quod supra addebat. Istic enim agebatur de legitimo SCto in urbe facto: nunc autem etsi præscribantur etiam Consulum duorum nomina, tamen illi cum Pompejo non tantum ex urbe fugerant, sed & ex Italia, ut tanquam in provincia hoc decernatur, ubi non licuit implere solennitatem Romæ usurpatam. Et sic habuerunt alia Collegia hinc quandam imitationem, sed ut abstinerent ab illo senatorio *scribendo*. Certe apud Sponium in Miscellaneis pag. 5. in decretis Fratrum Arvalium occurrit identidem *in collegio adfuerunt*, & *adstantibus fratribus Arvalibus.* Item pag. 69. *Nomina quæ adscripserunt decuria ea quæ i. s. s.* Ex quibus primum exstat etiam apud Brissonium libro 1. de Form. pag. 104. in voto Fratrum Arvalium pro Nerone & Octavia. *In collegio adfuerunt Sulpicius* &c. Ea vero quæ recensentur deinceps octo nomina vere Romana sunt, eorum scil. qui adhærebant Pompejo & consulibus fugientibus, ut adversarii Cæsaris, quos idcirco satis magno numero oportuit illic fuisse, quocunque in oppido id decretum fuerit conceptum, ut plane hic sit eadem species, quam describit Tacitus 2. annal. 74. *Consultatum inde inter legatos, quique alii senatorum erant.* GRON.

q Τίτος Ἀππίος Τίτου υἱὸς Βάλγος] Retineo (quippe venerabile est antiquum) in hoc incerto lectionem in MS. positam, exponens more Romano de Appio Valgo, alioquin ignoto, quum etiam Valgus inter cognomina Romana ignoretur; attamen nihil vetat fuisse, perinde ut Varus, aut Vatia. Alioqui sunt Romana alia nomina his admodum vicina, sive Ampius Balbus, sive Atius Balbus: sed infra plane repetitur Ἀππίου Βάλβου, qui videtur non fuisse multum ab hoc remotus, etsi augeatur titulo ἀνθυπατείᾳ, ut multi tunc fuerunt. GRON.

r Ῥαίσιος Κόϊντου,] Ita *Gronov.* Ῥούσιος in *MSS.* & mox Τερεντίνα.

s Τηρωντίνα Βράγχος] Prius more sueto corruptum adjuvi, ut antea. Posterius quod rarissimum in Romanis, quum haberet sibi proximum Γράγχος, tamen non sustinens mutare, sibi reliqui, quamvis facile quarta litera transiret ad molliorem ac vicinam illi γ, ut fieret Βράγχος sumpto cognomine ex Mileti oraculo, Latine Branchus; tamen quia nec id invenio inter cognomina Romana, intactum transii. Sunt quidem Brochus, Broccus, Brocchus Furiorum cognomen, Broccius, Brocchius, Brocco, Barchius. Sed quis aliquid pro vero præstet? Etiam apud Reinesium est Julius Barneus. GRON.

t Κλύσιος] Κλούσιος in *Apographis* nostris.

v Ποπλίου Ἐρωεία Γάλλος,] Optime conjicit *Gronovius* Ποπλίου Οὐιτωρείᾳ legendum esse. Videsis *Spanii Itiner.* tom. 1. p. 409.

x Ἐρωεία] Tali appellatione non memini censeri ullam tribum, nec in libris, nec in monumentis aliis. In hoc tamen fragmento bis occurrit. Idcirco nisi placuerit referre inter ignota inscriptionum nomina, quæ in tribubus passim causantur viri docti, fere correxeram Ὀφιλίᾳ, quod tamen remotius est. Sed quum adverterem antecedere vocem Ποπλίου, credidi ultimam diphthongi formam non iteratam a scriba sic obumbraviſſe lectionem Josephi, qui scripserat Ποπλίου Οὐιτωρείᾳ,

La-

"[z] Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα. [a] Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλ-
"βος, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, Ἐφεσίων ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαίους τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λεύκιος Λέν-
"τλος ὕπατος, ἐμοῦ ἐντυγχάνοντος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀπέλυσε τὴ
"στρατείας. [b] αἰτησάμενον δὲ μοῦ παῦτα καὶ παρὰ Φανίου ἔ
"ἀρχιστρατήγου καὶ παρὰ Λουκίου Ἀντωνίου ἐπιστολὰς ἐπι-
"τυχον, ὑμᾶς τε βούλομαι φρόντισαι μή τις ἐνοχλῇ.

ιδ'. ΨΗΦΙΣΜΑ [c] ΔΗΛΙΩΝ. "Ἐπὶ ἄρχοντος Βοιω-
"τοῦ μηνὸς Θαργηλιῶνος εἰκοστῇ ἱσταμένου ἐκκλησιασμὸς στρατηγῶν.
"[d] Μάρκος Πείσων πρεσβευτὴς, ἐνδημῶν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν,
"ὁ καὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ στρατολογίας, παρεκαλεσάμενος
"ἡμᾶς καὶ ἱκανοὺς τῶν πολιτῶν, παρεστήσεν, ἵνα, εἴπερ
"[e] Ἰουδαῖοι πολίται Ρωμαίων, τούτοις μηδεὶς ἐνοχλῇ πρὸς
"στρατείας, διὰ τὸ τὸ ὑπάτου Κορνήλιον Λέντλον θρησκεια-
"μονίας ἕνεκα ἀπολελυκέναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς στρατείας.
"διὸ πίστεως ὑμᾶς δεῖ τῷ στρατηγῷ." ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ
Σαρδιανοὶ περὶ ἡμῶν ἐψηφίσαντο.

ιε'. "[f] ΓΑΙΟΣ ΦΑΝΙΟΣ Γαΐου ὑὸς, στρατηγὸς, ὕπα-
"τος, Κώων ἄρχουσι χαίρειν. Βούλομαι ὑμᾶς γνῶναι, ὅτι
"πρέσβεις Ἰουδαίων μοι παρῆλθον, ἀξιοῦντες λαβεῖν τὰ
"ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγματα περὶ αὐτῶν γεγονότα. ὑπολέ-
"πεται δὲ τὰ δεδομένα. Ὑμᾶς θέλω φρόντισαι καὶ παρασκεῦ-
"σαι τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ συγκλήτου δόγμα, ὅπως λάβῃ τὴ
"ὑμετέρας χώρας εἰς τὴν οἰκείαν ἀσφαλῶς ἀνακομισθῶσι.

ις'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΛΕΝΤΛΟΣ ὕπατος λέγει, πο-
"λίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους, οὓς ἐμοὶ ἱερὰ ἔχειν καὶ
"ποιεῖν Ἰουδαϊκὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐδόκουν, δεισιδαιμονίας
"ἕνεκα ἀπέλυσα. τοῦτο ἐγράφη πρὸ [h] δεκαέξ ἡμερῶν καλαν-
"δῶν Ὀκτωβρίων.

ιζ'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΣ Μάρκου ὑὸς, [i] ἀν-
"τιπραμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Σαρδιανῶν ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαῖοι πολίται ἡμέτεροι παρα-
"γενόμενοί μοι ἐπέδειξαν ἑαυτοὺς συνόδους ἔχειν ἰδίας καὶ
"τοὺς παλαιοὺς νόμους ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τόπον ἴδιον, ἐν
"ᾧ τά τε πράγματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογίας
"κρίνουσι· τοῦτο τε αἰτησαμένοις, ἵν' ἐξῇ αὐτοῖς ποιεῖν,
"τηρῆσαι καὶ διαγράψαι ἐκέλευα.

"ji** filius Sabatina. Titus Atilius Titi filius Bul-
"bus, legatus & proprætor, Epheſiorum magi-
"ſtratibus, ſenatui, populo ſalutem. Judæos qui
"in Aſia ſunt Lucius Lentulus conſul, me pro il-
"lis intercedente, dimiſit à militia. Poſtea vero
"cum idem petiiſſem à Fannio imperatore & à
"Lucio Antonio proquæſtore *id ipſum* impetravi,
"voſque volo curare, ne quis *eis* moleſtiam creet.

14. DECRETUM DELIORUM. "Ar- *Decretum Deliorum.*
"chonte Bœoto menſis Thargelionis die vigeſimo
"reſponſum prætorum. Marcus Piſo legatus, cum
"in urbe noſtra ageret, præeſſetque delectui ha-
"bendo, nobis multiſque civium advocatis impe-
"ravit, ſi qui Judæi cives Romani *eſſent*, eos ne
"quis vexaret propter militiam, idcirco, quòd
"conſul Cornelius Lentulus religionis ergo Ju-
"dæos à militia dimiſerit. Quam ob cauſam vos
oportet prætori obtemperare". Similia autem
his etiam Sardiani de nobis decreverunt.

15. "CAIUS FANNIUS Caji filius, impera- *Decretum C. Fannii conſulis.*
"tor, conſul, Coorum magiſtratibus ſalutem. Vo-
"lo vos ſcire, legatos Judæorum ad me acceſſiſſe,
"orantes ut acciperent decreta ſenatus de ipſis fa-
"cta. Ea vero conſulta ſubjuncta ſunt. Vos volo
"ex ſenatuſconſulti ſententia his hominibus curam
"adhibere & proſpicere, ut per regionem veſtram
"ſecure in ſuam revehantur.

16. "LUCIUS LENTULUS conſul dicit, *L. Lentuli decretum.*
"cives Romanos Judæos, qui mihi videbantur ſa-
"cra habere & colere Judaïca in urbe Epheſo,
"religionis ergo dimiſi. Id factum eſt ante diem
"tertium decimum calendas Octobres.

17. "LUCIUS ANTONIUS Marci filius, *L. Antonii litera ad Sardianos.*
"proquæſtor & proprætor, Sardianorum magi-
"ſtratibus, ſenatui, populo ſalutem. Judæi cives
"noſtri, cum ad me acceſſiſſent, oſtenderunt, ſe
"ſuos habere cœtus ex legibus patriis jam in-
"de ab initio, & locum proprium, in quo
"de negotiis & controverſiis inter ipſos ortis ju-
"dicium ferunt: cumque à me petiiſſent ut id i-
"pſis facere liceret, eadem illis ſervari permittique
"decrevi.

18. MAR-

Latine *Veturia*, quæ apud Sponium in Itiner. tom. 1. pag. 409. Οὐολτερία. GRON.

y Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα.] Ecce genus fraudis, quod perfrequens libris antiquis illatum eſt, ut vox aliqua, quoniam in proximo aut ſequente illum verſu iterabatur, traxerit oculos deſcribentis ab ſuo loco ad illum, quem debebat differre pauliſper, & ſic aliqua iſte omiſerit, immo etiam falſa ad poſteros propagaverit. Id fecit in hac parte vocabulum Γαΐου, quod prænomen quum fuiſſet hujus patri, eodemque uſus fuiſſet ille Cajus Polupejus, ut infra ſcribitur, qui vere erat tribu Sabatina, eam falſe transfert ſcriba ad Sentium, qui cenſebatur tribu Æmilia, ut egregie & liquide in repetitione hujus conſularis auctoritatis, quæ infra poſita eſt, diſcimus; unde hunc locum in verſione ſupplevi, Græca notavi lacuna paris ſpatii, ut oportebat. Hoc quidem opinor neceſſarium factu fuiſſe, quoniam falſa tribus adſignabatur Sentio. In eodem infra loco etiamnum in proxime ſequentibus vides citari plures, quos hic locus prætermittit; quo caſu aut jure, neſcio, ſed in illis nihil auſus fui. GRON.

z Γαΐου * * ὑὸς Σαβαλίνα.] In noſtris *Apographis*, Γαΐου ὑὸς Σαβαλίνα, nullo intercedente hiatu. Lacunam hic in *Græcis* inter Γαΐου & ὑὸς Σαβατίνα reliquit *Gronovius*: ſupplevit tamen in *Latinis* ex ſeq. §. 19. Locum in verſione eo modo repræſentavi ex *Gronovio*, quo legendum putat Vir Clariſſimus.

a Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλγως,] Erit Ἀτίλιος, ſi vetera monumenta ſequimur, ubi Atilius Bulbus occurrit, & videtur ipſa corruptela huc ducere, idque exhibui in verſione; ſunt alioqui affines & Aufidius Balbus & Aurelius Balbus & ſuper omnes notus Atius Balbus. Sed abſtinere præſtat. GRON. Erit Ἀτίλιος, ſi vetera monumenta ſequimur, in quibus *Atilius Bulbus* occurrit; & videntur verborum corruptorum veſtigia huc ducere, ait *Gronov.*

b Αἰτησάμενος δὲ] Ita in noſtris *Apographis* pariter ac in *Editione Gronovii*. Ἀντισάμενος in *MSS. Voſſ.* teſte *Gronovio.*

c Δηλίων] In quibus tum frequentes etiam fuiſſe Judæos patet ex ipſo Joſepho, ubi inter Cæſaris Julii decreta, hoc eſt, in ipſa fere hujus narrationis parte ac tempore refert verba hæc ex ejus edicto ad Parianos: Ἐντυχὼν μοι Ἰουδαῖοι ὁ Δήλῳ καί τινες τῶν παροίκων Ἰουδαίων. Magnum profecto fuit in tam urgente neceſſitate Judæis remitti potuiſſe ab Pompejanis militandi vexationem, quum alios omnes ad eam *compellerent* nulla adhibita conniventia. Oppreſſit haud dubie Piſonem admiratio auri & argenti, quod in vicem ipſorum Judæorum ceſſit. GRON. Judæos multos fuiſſe in Delo conſtat ſupr. ex §. 8.

d Μάρκος Πείσων.] Admodum notabile indicium in Pompejanorum conſiliis, qui quum verſus omnia miſerint ad colligendas copias, ad Cycladas hunc illuſtris nominis virum delegarunt tali muneri exſequendo: ut ita hiſtoria hujus Piſonis alioqui in toto bello civili non nominati, referri debeat ad libri III. de bello iſto caput IV. apud Cæſarem, ubi ex Bœotia & Achaja magnus numerus ſupplementi nomine diſtributus legitur. Et hinc Cæſar III. Civil. cap. 4. ait Pompejum effeciſſe legiones duas ex Aſia, quas Lentulus conſcribendas curaverat. GRON. Hiſtoria hujus *Piſonis* (ut notavit Cl. *Gronovius*) referri debet ad lib. 3. *Comment. Cæſaris* de *Bello Civili*, c. 4.

e Ἰουδαῖοι] MS. Ἰούδαιοι.

f Γάϊος Φάνιος Γαΐου ὑὸς στρατηγὸς, ὕπατος] Eſt hic ergo Fannius alius illo, quem ponit Joſephus XIII, 17, ubi tractatur materia ſimilis, ſed quem ponit abſque prænomine, & dicitur Μάρκου υἱὸς, & tantum στρατηγός. Itaque hæc eſt momentoſa acceſſio ad conſummandos faſtos hujus temporis, ſi conſtaret quo anno titulum hunc uſurpaverit. Certe enim inter Conſules, ne quidem ſuffectos, occurrit quiſquam Fannius conſul. Itaque ut hoc neſcimus, ita egregie evenit, ut hunc Fannium noſcamus ex Cicerone, unde allegavit Pigius pag. 442 inter duces Cn. Pompeii eumque in Græciam ſequutos C. Fannium f. n. Strabonem cognomine, quod ut inde accipimus, ita ex hoc loco haurimus patrem ei fuiſſe Cajum. Neque enim cauſa ulla nos moner de Cæpione cogitare. Interea conſulatum hujus Fannii videbimus, quum exoriretur notitia conſulatus C. Rabillii, qui infra ciatur. GRON. De hoc Fannio videſis *Pigium* in *Annalibus*, tom. 3. p. 442. de quo loco nos monuit *Gronov.*

g Λέγει,] Εἶπεν legiſſe videtur *Epiphan.*

h Δεκαέξιν καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] In *Epiphanii* libris *duodecimo Kalendarum Juliarum.*

i Ἀντιπραμίας] *MSS.* ἀντὶ ταμίας.

M. Publii aliorumque teſtimonium.

18. "MARCUS PUBLIUS Spurii filius & "Marcus Marci & Publii filius Lucius dicunt. "Cum Lentulum proconſulem adiiſſemus, illum "edocuimus, de quibus rebus Doſitheus Cleopa- "tridæ filius, Alexandrinus, verba fecit, ut Judæos "cives Romanos ſacra Judaïca celebrare ſolitos, "* ſiquidem ei videretur, religionis ergo dimitte- "ret; & dimiſit ante diem tertium decimum ca- "lendas Octobres.

Senatus decretum.

19. "*Menſe* QUINTILI Lucio Lentulo, Ca- "jo Marcello conſulibus. Aderant Titus Appius "Titi filius Balbus Horatia legatus, Titus Ton- "gius Cruſtumina, Quintus Ræſius Quinti *filius*, "Titus Pompejus Titi filius, Cornelius Longi- "nus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina Brac- "chus tribunus militum, Publius Cluſius Publii "filius Veturia Gallus, Cajus Teutius Caji *filius* "Æmilia tribunus militum, Sextus Atilius Sexti "filius Æſquilina Serranus, Cajus Pompejus Caji "filius Sabatina, Titus Appius Titi *filius* Menan- "der, Publius Servilius Publii filius Strabo, Lu- "cius Paccius Lucii *filius* Collina Capito, Aulus "Furius Auli filius Tertius, Appius Menas. His "præſentibus Lentulus decretum pronunciavit; "Judæos cives Romanos, qui ſacra Judaïca facere "conſueverunt in urbe Epheſo, pro tribunali re- "ligionis ergo dimiſi.

Laodicenſium litera ad C. Rabilium.

20. "LAODICENSIUM magiſtratus Cajo "Rabilio Caji filio conſuli ſalutem. Sopater Hyr- "cani pontificis legatus reddidit nobis à te epiſto- "lam, qua ſignificabat nobis, ab Hyrcano Judæo- "rum pontifice quoſdam profectos attuliſſe literas "de gente ipſorum ſcriptas, ut Sabbata Judæis li-

ιη'. "[k] ΜΑΡΚΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ὁ [l] Σπυρίε υἱὸς καὶ Μάρ- "κ(ος) Μάρκε καὶ Ποπλίε υἱὸς Λύκι(ος) λέγωσι. Λεν- "τλω τῷ ἀνθυπάτῳ παρεσελθόν[τ]ες ἐδιδάξαμεν αὐτὸν περὶ "ὧν [m] Δωσίθε(ος) Κλεοπατρίδα Ἀλεξανδρεὺς λόγους ἐ- "ποιήσατο, ὅπως [n] πολίτας Ρωμαίων [o] Ἰουδαίους ἱερὰ Ἰου- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰωθότας, ἂν αὐτῷ φανῇ, δεισιδαιμονίας "ἕνεκα ἀπόλυσῃ· καὶ [p] ἀπέλυσε πρὸ [q] δεκαέξ ἡμερῶν κα- "λανδῶν Ὀκτωβρίων.

ιθ'. "[r] ΚΥΙΝΤΙΛΙΩι Λουκίῳ [s] Λέντλῳ, Γαΐῳ Μαρ- "κέλλῳ ὑπάτοις. παρῆσαν Τίτ(ος) Ἀππι(ος) Τίτου υἱὸς "Βάλβ(ος) Ὁρατία πρεσβεύτης, Τίτ(ος) Τόγγι(ος) Κρυσ- "μίνα, Κόιντ(ος) [t] Ῥαΐσι(ος) Κοίντου, Τίτ(ος) [v] Πῃ(ος) "Τίτου υἱὸς, [x] Κορνήλι(ος) Λογγῖν(ος), Γάϊ(ος) Σερυί- "λι(ος) Γαΐου Τηρεντίνα Βράκχ(ος) χιλίαρχ(ος), Πόπλι(ος) "Κλύσι(ος) Ποπλίου υἱὸς Ἐρυθραία Γάλλ(ος), Γάϊ(ος) [y] Τεύ- "τι(ος) Γαΐου Αἰμιλία χιλίαρχ(ος), Σέξτος Ἀτίλιος Σέξτου "υἱὸς [z] Αἰσυμία Σισεργινος, Γάϊος [a] Πομπήιος Γαΐου υἱὸς Σα- "βατίνα, Τίτος Ἄππιος Τίτου Μένανδρος, Πόπλιος [b] Σε- "ρουίλιος Ποπλίου υἱὸς Στράβων, Λεύκιος Πάκκιος Λουκίου "Κολλίνα Καπίτων, [c] Αὖλος Φούριος Αὔλου υἱὸς Τέρτιος, "Ἄππιος Μεναῆς. ὅπερ τούτων ὁ Λέντλος δόγμα [d] ἐξή- "νεγκε· πολίτας Ρωμαίων [e] Ἰουδαίους, οἵτινες ἱερὰ Ἰου- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰώθασιν ἐν Ἐφέσῳ, πρὸ [f] βήμα(τος) δει- "σιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσαν.

κ'. "ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ἄρχοντες Γαΐῳ Ῥαβιλίῳ Γαΐου υἱῷ "ὑπάτῳ χαίρειν. [f] Σώπατρος Ὑρκανοῦ [g] ἀρχιερέως πρεσ- "βύτης ἐπέδωκεν ἡμῖν παρὰ σοῦ ἐπιστολὴν, δι' ἧς ἐδή- "λου ἡμῖν παρ' Ὑρκανοῦ [g] Ἰουδαίων ἀρχιερέως ἐληλυθότας "πινὰς γράμματα περὶ [g] ἔθνους αὐτῶν γεγραμμένα, "ἵνα

k Μάρκος Πόπλιος] Quinam fuerint iſti duo Marci cum tertio Lucio, quum in ſcripto nulla quidem ſit nota dignitatis, ſed varia habeant addita forſan ad diſtinctionem, tamen nihil ad eam nobis conferunt, & in Romanum morem admitti queunt, ſi ſtatuamus eos ex plebe fuiſſe, & hinc Judaicis ſacris addictos, ut præter prænomina de illis nihil dicatur; unde licet alia cogitari poſſint, judicavi tamen intacta relinqui. GRON.

l Σπυρίε υἱὸς] Ita in noſtris *Apographis*, prout edidit *Gronov.* (in V. L. Gronovii ἴχνεσι ες πυρίε. Sic MS. media ſunt in margine) Ποπλίε juxta *Epiphanium*.

m Δωσίθεος Κλεοπατρίδα Ἀλεξανδρεύς] Ita ex *Vet. Interpr.* corrupte in *MSS. Voſſ.* δύσι κλεοπατρίδα ἀλεξανδρεὺς λόγους.

n Πολίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους ποιῆσῃ] Hoc poſtremum verbum ſic plane exſtat in MSto, quum prorſus ſit ſupervacuum nec ullum tueatur locum: non enim agitur de Judæis ut fiant cives Romani, ſed ut illi, qui jam erant cives Romani, beneficio aliquo per eum adficerentur. Hinc ſatis mihi fuit id verbum uncis incluſiſſe, & in vertendo omiſiſſe. GRON.

o Ἰουδαίους ἱερὰ] Verbum ποιῆσῃ (quod poſt Ἰουδαίους habent *MSS.* & uncis incluſum dedit *Gronov.*) omiſi, præſertim cum illud non agnoſcat *Epiphan.*

* *Siquidem ei videretur*,] *Vel*, ſi hoc ad eum deferatur.

p Ἀπέλυσε] Ita cum *Epiphan.* ἀπέλυσα in *MSS.*

q Δεκαεξῶν καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] *MSS.* δρεκαεξῶν ἀκτωκυρίων.

r Κυϊντιλίῳ Λουκίῳ Λέντλῳ,] Prima vox continet Romanum nomen ſatis bene notum ubique, ſed ut opinor, male huc conveniens, ut illud aberraverit forſan ad illudendum lectoribus, quippe deſtitutum voce antecedenti; ut hinc fere videatur jus ſibi arrogare veniendi in cenſum propriarum appellationum ſequentibus annectendum. Cæterum exiſtimo vocem *μλωι* præceſſiſſe, ut temporis titulus inter prima legeretur, etſi fatear eum aliter conceptum eſſe in antecedentibus. Ita certe egi in verſione, & ideo ſignum defectus non apposui. GRON. Vox Κυϊντιλίῳ abeſt *Vet. Interpr.* *Mλωι* excidiſſe ſuſpicatur *Gronov.* ideoque *Menſe* ante *Quintili* poſuit in verſione. Hoc decretum, omiſſis ſenatorum nominibus, in *veteri verſione* ſic ſe habet. *L. Lentulo & C. Marcello Coſſ. L. Lentulus decretum protulit. Cives Rom. Jud.* &c.

s Λέντλῳ, Γαΐῳ] MS. Λεντλαγαΐω.

t Ῥαΐσι(ος) Κοίντου, Τίτ(ος) Πῃ(ος)] En locum plenum nodi, & tantum ulceris, ut difficulter expurges. Immo hinc apparet ſcribam hujus codicis non eſſe laudandum ab doctrina, ſed ab fide, qua perſequutus eſt veſtigia literarum in volumine, quod deſcribebat. An noluerunt hic Ræſius cum Cornelio oſtentare ſuam tribum, quum in inſcriptionibus occurrant duo Ræſii, alter Palatina, alter Fabia, etiam cognominibus diverſi? Quumque omnes gaudeant prænomine, an Cornelius Longinus id fuit averſatus ſolus? In MS. tamen non aliter habetur. Si placet nos exercere in appellatione Πῃ(ος) quidem potuit latere aliquis Pedius, cujus familia bene clara. Sed ex loco ſuperiore nequimus ambigere, quin iſtæ quinque literæ ſint poſterior pars vocis Πομπηί(ος), ut omnino ſignificetur hîc tres illos adfuiſſe Κοίντ(ος) Ῥαΐσι(ος) Κοίντου, Τίτος Πομπηί(ος) Τίτου υἱὸς, Κορνήλιος Λογγῖνος. Et quid opus eſt alia tentare? Mox pro Τούλλιος probabilius ante exſtat nomen Σύλλιος. GRON.

v Πῃ(ος) Τίτου υἱὸς,] Ita *MSS.* Verum e ſuper. §. 13. Πομπηί(ος) legendum videtur. quod etiam monuit *Gronov.*

x Κορνήλιος Λογγῖν(ος),] Supra §. 13. decrat Κορνήλιος.

y Τεύτιος Γαΐου Αἰμιλία] Pro Τεύτιος ante exſtat Σύλλιος, ſupr. §. 13. ei affines ſunt Τίτλιος & Τίτιος.

z Αἰσυμία Σισεργινος,] Sic edidi omiſſa litera ς, quæ inſuper in fine adhærebat. Vult enim exprimere nomen tribus, quæ quomodo vocata fuiſſe ſupponetur? Utique iſtud nomen eſt ignotum Romæ. Vicina ſunt *Auſonia* itemque *Auximis* ab claro oppido *Auximum*, ſane colonia quondam & municipio; etiam quandoque ſcriptum *Auſimum*, ut vides in Cluverio. Verum & has tanquam tribuum appellationes perinde iſtic inſolitas animadvertimus, ut ſic idem luſus ſit. An vero dicemus aliquid in his contigiſſe, quod nos docent ſcholia in Luciani Vitam Demonactis? Οὐ γὰρ ἴδῃ εἰκὸς ὅτι τῇ Ρωμαίων ἐσίμασέ με πολιτείᾳ. ἀλλ' οὐχ οὕτω γὰρ τοῦτο ἢ ἄλλοθεν, ποίᾳ τινι οἰκειώσατο αὐτὸν φατρίᾳ ἢ παλαιῶν φατριῶν ἢ Ρωμαίων πολιτείας συγκεκρυμμένης, οἷον Οὐιτέλλιον, Φλαβίαν, ἢ ἄλλων πλείστων. Cæterum meditanti varia viſum fuit latere illic nomen tribus Eſquilinæ, quomodocunque illud fuerit editum; & forſan Αἰσκυλία. Notant diverſitatem ab Græcis admiſſam in hoc Latino ad ſuam linguam concinnando tutores Dionyſii Halicarnaſſei, ut modo ῆσκ, modo Εσκ. incipere, ſed & occurrere Αἰσκυλίνου deprehenderint. Nam quod ſtatim ſequebatur nomen Πολυπτίος in MS. codice, non exiſtimo me peccaſſe, dum celebratiſſimum ſuppoſui. GRON. Αἰσυμία Σισεργινος, pro quibus veriſimiliter Αἰσκυλία vel Αἰσκυλίνη Σίργιος reponendum cenſuit *Gronov.*

a Πομπήι(ος) Γαΐου υἱὸς] Πομπήιος pro Πολυπτίος ſubſtitui cum *Gronovio*.

b Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς] Φύλλιος in *Apographis* noſtris.

c Αὖλος Φούριος Αὔλου.] Ita firmus reparavi ſimpliciter morem & nomen Romanum, quum in MS. vitiaretur Αὖλος Φούριος Παύλου. GRON. Ita *Gronov.* Αὖλος Φούριος Παύλου υἱὸς in *MSS.*

d Ἐξήνεγκε· πολίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους, εἶναι] Hæc optime cohærere poſſunt, ſi modo ſola poſſent in ſe conſiderari, & non ſequentia deberent his annecti; unde apparet non egiſſe Lentulum de eo, ſi Judæi tales forent cives Romani, ſed ſi illi Judæi, qui ſacra ſua Epheſi colerent, ac cives Romani eſſent, immunitatem haberent aut habituri eſſent ab militia. Hinc clare colligis verbum εἶναι ex ſupervacuo his inſertum eſſe, idque omiſi in verſione. GRON

e Ἰουδαίους,] Ἰουδαίους εἶναι in *MSS.* ſed εἶναι (quod non agnoſcit *Epiphan.* & in verſione ſua omiſit *Gronov.*) faceſſere juſſi.

f Σώπατρος Ὑρκανοῦ] Σωσίπατρος juxta *Epiphanium*.

g Ἀρχιερέως] *MSS.* ἀρχιερεῖς ſed correctum.

h Ἔθνι-

"ἵνα τὰ Σάββατα τοῖς Ἰουδαίοις ἐξῇ καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ ὅπλα
"πλεῖν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, ὅπως τε μηδεὶς αὐτοῖς
"[b] ἐμποδὼν, [i] Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι καὶ συμ-
"μάχους, ἀδικήσῃ τε μηδεὶς αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ,
"ὡς Τραλλιανῶν τι [k] ἀντιφθόνων καὶ παρόντων μὴ ἀρέσκειαν
"τοῖς περὶ αὐτῶν δεδογμένοις [l] ἐπέταξας ταῦτα ἔτως γίνεσθαι·
"προσκεκλῆσθαι δέ με, ὥστε ἐμὲ τοῦτα χάραξαι περὶ αὐτῶν.
"ἡμεῖς οὖν, κατακολουθοῦντες τοῖς ἐπεσταλμένοις ὑπὸ σου,
"τὴν τε ἐπιστολὴν τὴν δοθεῖσαν ἐδεξάμεθα καὶ κατεχω-
"ρίσαμεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα· καὶ περὶ τῶν ἄλ-
"λων ὧν ἐπέσταλκας, προνοήσομεν ὥστε μηδὲν μεμφθῆναι.

καί. "ΠΟΠΛΙΟΣ Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς [m] Γάλβας
"ἀνθύπατος Μιλησίων ἄρχουσι, βουλῇ, καὶ δήμῳ χαίρειν.
"Πρύτανις Ἑρμῆ υἱὸς, πολίτης ὑμέτερος, παρεστὼς μοι
"ἐν Τράλλεσιν ἀγορᾷ τ[n] ἀγοραίῳ, ἐδήλου παρὰ τὴν ἡμε-
"τέραν γνώμην Ἰουδαίους ὑμᾶς [o] παροφέρειν, καὶ κω-
"λύειν αὐτοὺς τά τε Σάββατα ἄγειν, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πά-
"τρια πλεῖν, καὶ τοὺς καρποὺς μεταχειρίζειν, [p] καθὼς
"ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, αὐτόν τε καὶ τοὺς νόμους τεθηκέναι τὸ
"ψήφισμα. βούλομαι οὖν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀκούσας ἐγὼ
"[q] λόγων ἐξ ἀνθυπατεύοντος ἠκουμένων, ἐπέκεινα μὴ κω-
"λύειν Ἰουδαίους τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι.

κϛ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ [r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. [s] Ἐπὶ Πρυτάνεως
"Κρατίππου [t] Δαισίου πρώτῃ γνώμῃ στρατηγῶν. Ἐπεὶ οἱ Ρω-
"μαῖοι, καταπολυθέντες τῇ τ[v] προγόνων ἀγωγῇ, τὰς
"ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀσφαλείας κινδύνους
"ἀναδέχονται, καὶ φιλοτιμοῦνται [x] τοὺς συμμάχους καὶ φίλους
"ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ βεβαίᾳ [y] καταστήσαι εἰρήνῃ, πέμψαν-
"τος τοὺς αὐτοὺς ἔθνους τῶν Ἰουδαίων καὶ Τρκανῶν ἀρ-
"χιερέως αὐτῶν πρέσβεις, Στράτωνα Θεοδότου, Ἀπολ-
"λώνιον Ἀλεξάνδρου, Αἰνείαν Ἀντιπάτρου, Ἀριστόβουλον
"Ἀμυντᾶ, Σωσίπατρον Φιλίππου, ἄνδρας καλοὺς κἀγα-
"θοὺς, καὶ περὶ τῶν κοινῶν ἐμφανισάντων, ἐδοξμάτισεν ἡ
"σύγκλητος, περὶ ὧν ἐποιήσαντο τοὺς λόγους, ὅπως μηδεν
"ἀδικῇ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς Ἀντιόχου υἱὸς Ἰουδαίους συμ-
"μάχους Ρωμαίων, ὅπως τε φρούρια καὶ λιμένας καὶ χώ-
"ραν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀφείλετο αὐτῶν, ἀποδοθῇ, [z] καὶ
"ἐξῇ αὐτῶν ἐκ τῶν λιμένων ἐξάγειν, ἵνα τε μηδεὶς
"ἀτελὴς [a] ᾖ τῆς Ἰουδαίων χώρας ἢ τῶν λιμένων αὐ-
"τῶν ἐξάγων βασιλεὺς ἢ δῆμος, ἢ μόνος Πτολε-
"μαῖος ὁ Ἀλεξανδρέων βασιλεὺς, διὰ τὸ εἶναι σύμ-
"μαχος ἡμέτερος καὶ φίλος, καὶ τὴν ἐν Ἰόππῃ
"φρουρὰν ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν, τῆς τε βου-
"λῆς ἡμῶν [b] Λεύκιος Πέττιος ἀνὴρ καλὸς κἀγα-
"θὸς παρεστάξεν, ἵνα [c] φρονίσωμεν ταῦτα ἔτως γί-
"νεσθαι, καθὼς ἡ σύγκλητος ἐδογμάτισε, προνοῆ-
"σαί τε ὡς ἀσφαλῶς εἰς οἶκον τὸν πρεσβέων [d] ἀνακο-
"μισθῆς. ἀποδεξόμεθα δὲ καὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὴν

"ceret ac reliqua ſacra peragere ex patriis legibus,
"& ut nullus eis imperet, quia amici noſtri ſunt
"& ſocii, ac nemo eos injuria afficiat in noſtra
"provincia, utpote qui & Trallianis coram con-
"tradicentibus non placere hæc de illis decreta,
"imperaris illa ſic fieri: ſed inſuper hoc ſe roga-
"tum eſſe, ut nobis quoque iſta de illis ſcriberes.
"Nos igitur, præceptis tuis obſequentes, epiſto-
"lam traditam accepimus & in publicas noſtras
"tabulas repoſuimus; & cætera *omnia*, quæ in
"mandatis dediſti, nobis curæ erunt, ne quid re-
"prehendatur.

21. "PUBLIUS Servilius Publii filius Galba *P. Servilii*
"proconſul Mileſiorum magiſtratibus, ſenatui, *litera ad*
"& populo ſalutem. Prytanes Hermæ filius ci- *Mileſios.*
"vis veſter, cum ad me veniſſet in *urbe* Tralli-
"bus, ubi conventum agebam, ſignificabat vos
"præter ſententiam noſtram tractare Judæos, &
"prohibere illos tum Sabbata celebrare, tum ſa-
"cra patria facere, & fructus pro ſua conſuetu-
"dine adminiſtrare, ipſumque ſe ex legibus au-
"ctorem fuiſſe hujus decreti. Volo igitur vos
"ſcire, me, verbis auditis quæ ultro citroque ha-
"bita ſunt, tandem decreviſſe, non prohibendos
"Judæos uti ſuis moribus.

22. "DECRETUM PERGAMENO- *Pergameno-*
"RUM. Prytane Cratippo, primo Dæſii men- *rum decre-*
"ſis die decretum prætorum. Quoniam Roma- *tum.*
"ni, majorum inſtitutis obſequentes, pericula
"pro communi omnium hominum ſecuritate ſu-
"ſcipiunt, & certatim id agunt ut ſocios ami-
"coſque in felicitate & firma pace conſtituant,
"cum ad illos miſiſſet natio Judæorum & Hyrca-
"nus eorundem pontifex legatos, Stratonem
"Theodoti, Apollonium Alexandri, Æneam
"Antipatri, Ariſtobulum Amyntæ, Soſipatrum
"Philippi *filium*, viros bonos & probos, atque
"hi præcipua quæque negotiorum ſignificaſſent,
"decrevit ſenatus, de quibus rebus verba fece-
"runt, ne qua injuria Antiochus rex Antiochi fi-
"lius Judæos ſocios Romanorum afficiat, utque
"præſidia & portus & regionem & ſi quid aliud
"ab eis abſtulit, id reddatur, atque liceat *illis ſuis*
"ex portubus exportare *quodcunque volunt*, & ne
"quis ſine vectigalibus ex Judæorum regione aut
"ex portubus eorum quidquam exportet, *ſive*
"rex ſive populus, præter ſolum Ptolemæum
"Alexandrinorum regem, quia eſt ſocius noſter
"& amicus; immo & præſidium quod eſt Joppe
"expellendum eſſe, ſicuti petiverunt, & ſena-
"tus noſtri *unus* Lucius Pettius, vir bonus &
"probus, mandavit, ut nobis curæ eſſet illa ita
"fieri quemadmodum ſenatus decrevit, atque
"provideremus ut legati in patriam ſalvi & inco-
"lumes redeant. Quin etiam admiſimus in ſena-
"tum

b Ἐμποδὼν,] Ἐμποδίζῃ forſan in *ſuo codice* habuit *Epiphan.* nam vertit, *ne quis eos quicquam impediat.*

i Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι] Sic *Gronov.* διὰ τὸ in *MSS.*

k Ἀντιφθόνων] *MSS.* ἀντιπόντων.

l Ἐπέταξας ταῦτα ἔτως γίνεσθαι·] Ita in *Apographis* noſtris. ἐπέταξας in *Editione Gronovii.* forſan *Typothetarum* errore.

m Γάλβας ἀνθύπατος] Eo modo *Epiphan.* & *Gronov.* Γάλκας in *MSS.*

n Ἀγόραιον,] *MSS.* ἀγόρεον ſed correctum.

o Παροφέρειν,] Sic apud *Ælianum*, l. 12. c. 27. παροφέρειν τοῖς πολεμίοις ἡμερώτατα *hoſtes mitiſſime tractare.*

p Καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς,] Ita ſcribitur in MSto, quod quum ſit manifeſte vitioſum, ita interpretatus ſum, ut minima mutatione unius tantum literæ ο in ω defungerer. ut ſimplex ſit uſurpatum pro compoſito ἔξεσι. Utrum id ſufficit? an apparet etiam ſatis clare coaluiſſe in unum voces καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς? prout hic ſenſus aliquoties ante occurrit. GRON. Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *& fructus ſua conſuetudine colligere.* καθὼς ἐστὶν in *MSS.* quod in καθὼς ἔξεσι mutavit *Gronov.* ut ἔσι acciperetur pro ἔξεσι. quo modo & ſupra, p. 383. v. 30.

q Λόγων ἐξ ἀνθυπατεύοντος ἠκουμένων,] Sic *Gronov.* λόγων in *MSS.*

r ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ] Forte ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. HUDS. In *Add.* Inde, opinor, id putat *Hudſonus*, quod in fine hujus §. dicant majores ſuos amicos Judæis Abrahami fuiſſe temporibus, verum (ut ex Joſepho *Antt.* l. 12. c. 4. §. 10. & *de Bello* l. 1. c. 25. §. 1. patere poteſt) Lacedæmoni non modo de amicitia, ſed & propinquitate generis cum Abrahamo & Judæis gloriabantur. HAV.

s Ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου Δαισίου] Verba illa Ἐπὶ Πρ. Κρατ. in textum recepi, quod ita legerit *Epiphan.* & in margine exſtent *MSS. Voſſ.*

t Δαισίου] *MSS.* Περγαμιῶνος δεσίου.

v Προγόνων] *MSS.* μαγογίνων.

x Τοὺς συμμάχους] *MSS.* τοὺς δημάχους.

y Καταστῆσαι] *MSS.* Κατασῖσαι.

z Καὶ ἐξῇ αὐτῶν] Καὶ μὴ ἐξῇ edidit *Gronovius.* in *Apographis noſtris*, καὶ μὴ ἔξ. unde καὶ ἐξῇ reſcripſi, fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *& liceat* &c.

a Ἢ τῆς Ἰουδαίων χώρας] In *MSS.* ἢ. atque ita edidit *Gronov.* verum ε expunxi, quod ἐξῇ in ſuperiori verſiculo detractum voculæ ᾖ adhæſiſſe ſuſpicor.

b Λεύκιος Πέττιος] *Lucius Peticus* in *Editis Epiphanii.* at *Lucius Petitus* in *MSS*

c Φρονίσωμεν] *MSS.* φρονῶσιτίσωμεν, unde tres literæ μαι poſtea fuerunt inductæ.

d Ἀνακομισθῆς.] *MSS.* ἀνακομηδῆς.

e Ἀ-

"tum & in concionem Theodorum, cumque ab "ipso epistolam accepissemus & senatusconsul- "tum, atque ipse magno studio verba fecisset, "& virtutem Hyrcani declarasset ac magnanimi- "tatem, quod tam communiter universos quam "privatim singulos, qui ad ipsum veniunt, be- "neficiis afficiat, ideo & literas in publicis archi- "vis nostris deposuimus, & nos quoque ipsi, ut- "pote Romanorum socii, omnia etiam Judæis "præstare ex senatusconsulto decrevimus. Insu- "per Theodorus, qui epistolam nobis reddidit, "prætores nostros obsecravit, ut mitterent Hyr- "cano exemplum decreti, & legatos qui populi "nostri *erga illos* studium significarent, & horta- "rentur ad conservandam augendamque ipsorum "erga nos amicitiam, & ad novum aliquod bene- "ficium conferendum, ut qui debitam gratiam "meritamque consequuturi sint, meminerintque "quemadmodum etiam Abrami temporibus, qui "pater erat omnium Hebræornm, majores nostri "fuerint illis amici, prout in * acta publica rela- "tum invenimus.

Decretum Halicarnassensium.

23. "DECRETUM HALICARNASSEN- "SIUM. Sacerdote Memnone Oresti dæ *filio*, & "per adoptionem Euonymi, Anthesterionis die

"ἐκκλησίαν τ̃ Θεόδωρον, ἐπιλαβόντες τε τὴν ἐπιστ- "λὴν παρ' αὐτ̃ καὶ τὸ τ̃ συγκλήτ̃ δόγμα, καὶ πολλ- "μένων μ̃ πολλ̃ς ἀσχολ̃ς [e] αὐτ̃ λόγους, ἐ τὴν τρκα- "νὸν ἐμφανίσαντος ἀρετὴν ἐ μεγαλοψυχίαν, ἣ ὅτι καὶ "τ̃ πάντας εὐεργετεῖ, [f] καὶ κατ' ἰδίαν τὰς πρὸς αὐτὸν "ἀφικνουμένους, τά τε γράμματα εἰς τὰ δημόσια ἡμ̃ν "ἀπεθέμεθα, ἣ αὐτοὶ πάντα ποιεῖν ἐσπέρ Ἰουδαίων, "σύμμαχοι ὄντες Ρωμαίων, κατὰ τ̃ συγκλήτ̃ δόγμα "ἐψηφισάμεθα. ἐδεήθη τ̃ καὶ ὁ Θεόδωρος, ὁ τὴν ἐπι- "στολὴν ἡμ̃ν δοὺς, τ̃ ἡμετέρων στρατηγ̃ν, ἵνα πέμ- "ψωσι πρὸς τρκανὸν τὸ ἀνδριαντοφόρον τοῦ [g] ψηφίσμα- "τος, καὶ πρέσβεις δηλώσωσιν τὴν τ̃ ἡμετέρ̃ δήμ̃ "προθυμίαν, ἣ παρακαλέσωσιν σωτηρεῖν ἣ αὔξειν αὐ- "τ̃ν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, ἣ ἀγαθ̃ τινος αἴτιον "γένεσθαι, ὡς ἀμοιβάς τε τ̃ς προηκούσας ὀπολήψόμε- "νον, μεμνημένον τε [h] ὡς ἣ ἐν τ̃ις κ̃ Ἀβραμιου καὶ- "ροῖς, ὃς ἦν πάντων Ἑβραίων πατὴρ, οἱ πρόγονοι ἡμ̃ν "ἦσαν αὐτ̃ς φίλοι, καθὼς ἐν τ̃ις δημοσίοις εὑρίσκομεν "γράμμασι.

κγ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. Ἐπὶ ἱερέως "Μέμνονος τ̃ [i] Ὀρησείδ̃, κατὰ τ̃ πόησιν Εὐωνύμ̃, "[k] Ἀνθεσηλεῶνος ... ἔδοξε τ̃ῷ δήμῳ, εἰσηγησαμένου

"Μᾶρ-

e Αὐτ̃ λόγους,] Ita rescribendum censui. *αὐτὸς* edidit *Gronovius ex MSS.*

f Καὶ κατ' ἰδίαν] *MSS.* ἣ κατηδίαν.

g Ψηφίσματος,] *MSS.* ψίσματος.

h Ὡς κ' ἐν τοῖς κ̃ Ἀβραμιου καιροῖς,] En Chronologiæ caput novum & incognitum, & fere deridendum ab unoquoque, qui Abrahamum, illum verum & priscum, cogitet, quem hi Phryges aut Pergameni statuunt quasi principem constitutæ reipublicæ fuisse, qui fœdera cum externis non tantum, sed & longissime remotis sanciverit, ut vel ipse Abrahamus vel propinquo gradu ab eo orti habuerint jam Phrygas amicos, idque signatum hi publice servaverint. Habes medii temporis testationem inconditam & fraudulente captatam ex veteris Ilii & veterrimorum Phrygum recordatione ad insinuandum, cui forsan occasionem dedit historia Herodoti, unde tradebatur Ægyptios etiam sub Psammiticho, aliis testantibus de Sesonchosi, inquirentes agnovisse tandem Phrygas fuisse ipsis vetustiores, quum sese antea jactavissent tales esse. GRON.

* *Acta publica*] Vide *Grotium* in 1 Maccab. cap. 12. & *Huet.* in D E. p 96. HUDS in *Add.*

i Ὀρησείδ̃,] Ἀρησείδ̃ in *Apographis* nostris. Ἀρεισείδ̃ edidit *Vossius* in notis ad *Catullum*, p. 313. contra fidem *MSS.* ut dicit *Gronov.*

k Ἀνθεσηλεῶνος] Nihil amplius exhibetur in MS. Sed spatii aliquid vacui sequitur, quod Vossius hanc partem edens in Observationibus ad Catullum corripuit ac plane abolevit, nescio an satis perite & licite, quum ipse opiner non frustra evenisse; sed esse locum, ubi posita fuerit nota diei in isto mense, forsan Ἀνθεσηριῶνος ϛ' id est, ἕκτη, nisi velis primam sequentis verbi excidisse ε, ut de quinta die intelligatur, ut solebat fieri in decretis Græcorum & sequitur infra in Ephesino. Sed ipse nihil prætento, quia lectori cuivis facile patet ex contextu hujus decreti aliqua excidisse, non tantum quia post ἔδοξε τ̃ῷ δήμῳ sequitur δεδόχθαι, sed etiam quia in fine dicitur τ̃ῷδε τ̃ῷ ψηφισμάτι, quod nullum deprehenditur in ipso decreto, nec aliquod nominatum est, forsan omittente ipso Josepho, qui tantum sectatus fuit verba ad Judæos pertinentia. Etiam nosci oportet Vossium edidisse Ἀνθεσηλιῶνος, quasi non statuisset appellationem mensis, sed viri, sed vane & contra MS. Insuper scias eundem Vossium dedisse in citando & describendo ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ & Ἀρεισείδ̃, item Ἰουδαίους τὺς βυλομένους aliter quam in MS. exhibentur.

Neque tamen vel laudis vel necessitatis, cur publicari hæc decreta & istam operam Josephi in vitam velut revocari interat, summa etiamnum mihi expressa fuit. Aliud commoditatis publicæ quasi cornu & inde enascentem magnæ hæsitationis dispulsionem prodere statuebam. Etenim inter ea, quæ tum me nondum nato, tum per meam ætatem agitavisse eruditas plurium horas deprehendi, fuit illud caput de Apostolo Paulo, unde illi nascenti adfuerit jus civitatis Romanæ. Quod quum distraheretur inter duas sententias, utrum contingeret ex natalis urbis Tarsi a Cæsaribus locupletatæ communi privilegio, an ex peculiari patriæ domus, quæ id sibi impetraverit, lætitia & successionis in Paulum transgressu, non vidi ab ullo tale quid proferri, quo anxietas illa tollatur. Novissimus se ad eam causam exuit Conditor Romani Orbis, in quo magna pars capitis XVII. impenditur huic deliberationi velut summam manum impositura. In qua etsi denique vergat ad rectum, & ad Grotii opinionem, tamen sic quoque quam turbide & parum constanter pag. 143.? [ut nempe civitate Romana iidem (majores S. Pauli) quacunque tandem causa, sint donati: aut vero ut eam, quod de Pauli patre dicitur, pecunia, haut insolito maxime illa ætate more, iidem redemerint] Nihil ergo habuit in hoc bivio, quorsum flecteret; unde quamvis haberet Græcorum scholia clare hic testari ausa, tamen suspensus & vacillans suspicari maluit de *quacunque tandem causa*, quam esset nunquam reperturus. Verissime scripserunt Græci. Neque parer S. Pauli aliam existimavit se inventurum viam ad tranquille & credule vivendum in urbe Tarso, quam tot alii Judæi per alias Asiæ minoris urbes constituerant & muniverant, nempe ex empto ab Romanis ducibus circa tempus belli civilis pecuniam solam spectantibus. Hinc alienam paret esse pronunciationem de ἰσοπολιτείᾳ Judæorum per Antiochiam, Alexandriam, Cyrenen & Cæsaream & quæ inde trahuntur privilegia huc non pertinentia. Judæi enim jam non curabant jus æquum cum aliis per illas urbes habere, sed obtrudebant se illis, quod clare apparet ex his decretis. Si quid tale proprium fuit in istis quatuor oppidis, certe id non desideraverunt obtinere per Asiam minorem, quum videamus invitis incolis urbium istarum ab Romanis imperari, ut tolerent Judæos, quorum sacra ante turbabantur ab iis: Romani ab eis fuerunt implorati, ut in hac & illa urbe nanciscerentur securitatem non solum vitæ, sed & religionis, non per aliam causam, quam quod uterentur titulo civitatis Romanæ, & dicere se possent Romanos, quod eis non adfuisset, nisi ab Romanis magistratibus per provinciam interventu pecuniæ unico impetravissent. Nihil ergo ad Judæos vel civitatis Laodiceæ aut Pergami & aliarum jus. Sed sicut Laodicea & Pergamum & omnes patebant civibus Romanis; hunc modum conati sunt in se transferre Judæi, ut quum essent facti cives Romani, irent habitatum ubique, nec tamen electi ad habitationem oppidi jura quidquam curarent, aut laborarent quoque dici cives Laodicenses aut Pergameni, quum essent cives Romani, & hoc titulo tuti contra insultationes. Aliquid sublimius adfectaverunt Judæi, ut in urbibus nequaquam jure civitatis Romanæ fruentibus ipsi viverent honore isto ipso decorati, & ex hoc capite cogerentur reliqui incolæ istarum urbium non tantum indulgere illis vitam disciplinæ, quam profitebantur, nempe Mosaicæ, convenientem, adeo ut & loca ad hanc rem eis adsignare & separare cogerentur; atque adeo sine molestia essent in iis, per quæ cultus inquinari videtur, ut loquuntur Digesta juris; sed etiam habere illos pro civibus Romanis, unde plura in eos derivabantur privilegia, quorum unum manifeste nunc innuit ipse Paulus Apostolus, qui non mittitur ad virgas, ut in eo cultus inquinaretur. Quo quid arrogantius poterat ab Romanis statui? quid magis recusandum ab Judæis postulari? quid intolerabilius illis, qui gentilissimo ab majoribus addicti erant, imperari? Sed & insuper in ista ratiocinatione incongruum est, quod quum in principio paginæ 144. agat de Agrippa & Antipatro & Josepho, & mox adjiciat verba Philonis de Augusti ætate, atque inde sic ut dixi sermocinetur, mox id probet per Ulpianum & Modestinum in longe ulteriora sæcula post varias temporum mutationes & hinc edictorum diversitates delapsos, ut illorum verba nihil de isto anteriori tempore adfirmare possint, sed tantum ut appareat eos de eadem materia loqui.

Ex hoc igitur supplemento patet hanc vitam tunc Judæorum fuisse. Quum per expeditionem Alexandri Magni, certe ab ejus tempore contigerit, ut Judææ civitates magis magisque cœperint ab gentilibus simul incoli, (exemplum in Jamnia refert Philo pag. 1021.) etiam ipsi inde, avaritiæ dediti homines, excesserunt ad urbes gentilium, (patet ex loco Strabonis,

quem

"Μάρκῳ Αλεξάνδρῳ. Επὶ τὸ θεὸς τὸ θεῖον δοσεβὲς καὶ
"ὅσιον ἐν ἅπαντι καιρῷ ἀεὶ ἀγαθὸν ἔχομεν, καπαχο-
"λαθόντες τῷ δήμῳ τ Ρωμαίων πάντων ἀνθρώπων ὅτι

". . . placuit populo, relatione facta à Marco
"Aléxandro. Quoniam pietatem erga Deum &
"religionem omni tempore ſtudioſe colimus, ve-
"ſti-

g Διάδημα πάλιν ἀποκαθίσησιν αὐτῷ,] Conf. ſup. lib. 14. c. 14. §. 5. SPANH.

h Κύϊντος Δίδιος] Ita & hîc loci & libro 1. *de Bello Jud.* reſcripſi, ex *Dione* p. 447. cum aſſenſu virorum Clariſſimorum, *Caſauboni*, *Uſſerii*, *Pagi*, invito tamen *Montacutio*, qui (in *Exercitationibus*, p. 347.) utroque in loco Βεττίδιος malit. Antea editum erat Καπίδιος, pro quo Ταΐδιος vel Ταΐδος in *MSS.* HUDS. Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 20. §. 2. SPANH.

i Απάσῃ φοβυμίᾳ] Ἐν ἁπάσῃ φοβυμίᾳ *Vat.*

k Μονομάχους] Μονομάχως pro μονάρχως (*L. B.* μοναρχεῖς) ſubſtitui ex libro 1. *de Bello Jud.* atque ita plane legendum eſſe monuerunt Viri jam laudati, *Caſaubonus* adv. *Baronium*, p. 135. *Edit. Lond. Uſſerius* in *Annalibus* V. T. p. 477. *Edit. Lond.* & *Pagi* in *Apparatu* ad *Baronium*, p. 24. HUDS. Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 20. §. 2. SPANH.

l Αξιώμενος] Ηξιωμένος *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Vat.*

m Ἐπ'

ἐξ ὑπαρχῆς βεβαιοτέραν τὴν βασιλείαν, δόσῃ Καίσαρ☉, καὶ δόγμασι Ρωμαίων, ὅπερ σκεπτ☉ αὖτῳ πρὸς τὸ βέβαιον ἐπραγματεύσατο, παρεπεμψεν [m] ἐπ' Αἰγύπτῳ Καίσαρα, δωρησάμεν☉ ὑπὲρ δύναμιν αὐτόν τε καὶ τοὺς φίλους, καὶ πᾶσαν ἐμφαίνων μεγαλοψυχίαν. ἠτεῖτο δὲ καὶ τῶν Αντωνίῳ συνόντων [n] Αλέξανδρον, ὡς μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔτυχεν, ὅρκῳ προκατειλημμένος Καίσαρ☉. [o] ἐπανιὼν δὲ πάλιν εἰς τὴν Ιουδαίαν πλείονί τε τιμῇ καὶ παῤῥησίᾳ, καὶ τοῖς τὰ ἐναντία προσδοκήσασιν ἔκπληξιν παρεῖχεν, ὡς ἀεὶ τὸ λαμπρότερον ἐκ τῶν κινδύνων κατ' εὐμένειαν ⸀ Θεοῦ προσεπιλάμπον☉. [p] εὐθὺς μὲν οὖν τῇ τὴν ὑποδοχὴν ἐγεγόνει Καίσαρ☉ ἀπὸ Συρίας εἰς Αἴγυπτον [q] εἰσβαλεῖν μέλλοντ☉. καὶ δὴ παρῆν, δέχεται μὲν αὐτὸν ἐν Πτολεμαΐδι [r] πάσῃ τιμῇ βασιλικῇ· παρεῖχε δὲ καὶ τῷ στρατεύματι ξένια καὶ τῶν ὑπηρεσίων ἀφθονίαν. κἂν τοῖς εὐνουστάτοις ἐξηπίζετο, πάς τε δυνάμεις [s] ἐκτάττοντ☉ [t] συνιππαζόμεν☉, καὶ δεχόμεν☉ αὐτὸν καὶ φίλους [v] ἀνδρᾶσιν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, πᾶσιν εἰς πολυτέλειαν καὶ [x] πλοῦτον ὑπηρεσίας ἠσκημένοις. παρεῖχε δὲ καὶ τὴν [y] ἄνυδρον διερχομένοις, τὴν τῶν ἐπιγωνίων χορηγίαν, ὡς μήτε οἶνος, μήτε ὕδατ☉, ὃ τι μᾶλλον ἦν ἐν χρείᾳ στρατιώταις, ὑστερῆναι. αὐτόν γε μὴν Καίσαρα πολλοῖς ὀκλασθείσιν ἐδωρήσατο· καὶ παρέσησεν ἅπασιν ἔννοιαν λαβεῖν, ὅτι τῆς βασιλείας ἧς [z] ἔτυχε πολὺ μείζω τὰ [a] λαμπρότερα τὰς ὑπηρεσίας ἐνεδείξατο· τοῦτ' αὐτὸν τι μᾶλλον εἰς πίστιν εὐνοίας τε προθυμίας ὀφειλούσῃ, τι πλεῖσον ἠνέγκαλο τῇ χρείᾳ ⸀ καιροῦ τὸ μεγαλόψυχον ἁρμόσας. ὁ δὲ, καὶ πάλιν ἐπανιόντων ἀπ' Αἰγύπτου, τῶν πρώτων [b] οὐδενὸς τὰς ὑπηρεσίας ἧττον ἐφάνη.

tione Cæsaris, quam Romanorum senatusconsulto, quod ad majorem certitudinem curavit obtinendum, Cæsarem in Ægyptum *proficiscentem* dedu- *Cæsarem magnis muneribus donatum in Ægyptum deducit.*
xit, eumque & ejus amicos supra vires muneratus est, sese quam potuit magnificentissime gerens. Quin & petebat, ne quid Alexander, qui fuerat ex familiaribus Antonio, gravius pateretur: sed illud quidem non impetravit, impediente Cæsarem jurejurando. Rursus autem in Judæam se recepit, majore cum honore & fiducia; eosque qui contraria exspectaverant attonitos reddidit, quasi Dei benignitate majorem semper ex periculis splendorem sibi acquireret. Et quidem continuò Cæsarem ut *Postea Cæsarem ejusque exercitum honorifice excipit.*
acciperet operam dedit, qui à Syria invasurus erat in Ægyptum. Atque ubi ille advenit, apud Ptolemaïdem eum omni regio apparatu excepit: insuper & exercitui ejus lautia dedit, magnamque rerum necessariarum copiam. quo factum est ut inter fidissimos *postica* haberetur, una cum eo obequitans dum milites ordinaret & lustraret, ipsumque & amicos ejus excipiens centum & quinquaquaginta viris *comitatus*, qui ad ministeria splendidissima & sumptuosissima omnes exercitati erant. Quin & ipsos per eam regionem transeuntes quæ caret aqua, ita contra inopiam, qua premerentur, munivit, ut nec vino, nec aqua, quæ tum magis necessaria erat militibus, caruerint. immo Cæsari octingenta talenta donavit, fecitque ut omnes existimarent, quod majorem in modum & luculen- *Cæsarem decc. talentis donat.*
tius quam regni facultates ferebant omnia suppeditarit. atque inde fiebat ut eo magis illis de sua benevolentia studioque persuaderetur; atque ei plurimum profuit, quod ad temporis necessitatem magnanimitatem suam accommodaverit. Ille etiam, cum iterum ex Ægypto redirent, officia prioribus non minora præstitit.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὡς Ηρώδης Σόεμον ☾ Μαριάμμην ἀπέκτεινεν· ἔπειτα Αλεξάνδραν, καὶ Κοσόβαρον, καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους αὐτῷ φίλους, τέλ☉ τοὺς Βάβα υἱούς.

Τότε μέντοι νομίζομεν☉ ἐν τῇ βασιλείᾳ, πεπραγμένην αὐτῷ τὴν οἰκίαν καταλαμβάνει, καὶ χαλεπῶς ἐχούσας [c] τήν τε γυναῖκα Μαριάμμην καὶ τὴν μητέρα τὴν ἐκείνης Αλεξάνδραν. οἰηθεῖσαι γὰρ, ὅπερ γ' [d] ἦν ὕποπτον, οὐκ εἰς ἀσφάλειαν τὸ σωμάτων εἰς ἐκεῖνο καταφυγὴν τὸ χωρίον, ἀλλ' ὡς εἰς [e] φρουρὰν, [f] μηδενὸς μήτε τῶν ἄλλων μηδ' αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχειν, χαλεπῶς ἔφερον. ἥ τε Μαριάμμη τὸ μὲν ἔρωτι ☾ βασιλέως, ὑπούρισιν ἄλλως καὶ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ [g] ἡγουμένην, ἀπάτην ὑπελάμβανεν· ἠχθετο δὴ τῷ μισεῖ, εἰ πάσχοι τι δεινὸν ἐκεῖν☉ ἐλπίδα ☾ [h] βιώσεσθαι δι' αὐτὸν ἐχούσῃ· καὶ τὰς Ιωσήπῳ δοθείσας ἐντολὰς ἀνεμιμνήσκουν, ὥστ' ἤδη λόγῳ θεραπείας εἶχε τὰς φρουρὰς καὶ μᾶλλον τὸ Σόεμον, ἐν ἐκείνῳ τὸ πᾶν ὑπισχνούμενη. Σόεμ☉ δὴ [i] κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς πιστὸς ἦν, ἕδεν ὢν Ηρώδης [k] ἐκθείλατο παρείας. λόγοις δὲ ☾ δωρεαῖς λιπαρέστερον τῶν γυναικῶν ἐκθεραπευσάντων αὐ-

CAP VII. XI.

Quomodo Herodes Soëmum & Mariamnen interfecit: deinde Alexandram, & Costobarum, & amicos ejus maxime necessarios, tandemque Babæ filios.

Tunc vero in regnum reversus, domum suam turbatam offendit, uxoremque Mariamnen & illius matrem Alexandram male compositas. ratæ enim, id quod suspicabantur, non securitatis causa se in id castellum conclusas, sed quasi in carcerem, ita ut & nihil rerum alienarum suarumve in sua potestate haberent, ægerrime *id* ferebant: & Mariamne regis amorem, ipsius præsertim commodo simulatum, fallaciam esse existimabat. Illam autem *vehementer* angebat, quod per eum steterit, quo minus, si quid gravius pateretur, ipsi vitæ spes superesset: sibique in memoriam revocabat quæ mandata erant Josepho, ita ut custodes modis omnibus demereri studeret, & in primis Soëmum, gnara ejus in manu esse omnia. Ab initio quidem Soëmus fidus erat, ita ut nihil eorum omiserit quæ præceperat Herodes. Cum autem mulieres stu- *Soëmus ad Herodis mandata enunciandæ adductus.*
diosius eum blandis sermonibus & muneribus de- mu-

Mariamne & Alexandra insensa Herodi.

m Επ' Αἰγύπτῳ Καίσαρα,] *Al.* (ut & *L. B.*) ἐπ' Αἴγυπτον.

n Αλέξανδρον,] Αλέξας ὁ Δαοδικεὺς dicitur *Plutarcho* in *Antonio*, p. 949. Verum Αλέξας & Αλέξανδρ☉ idem nomen, ut pluribus ostendit *Grotius* ad cap. 1. *D. Luc.* HUDS. Conf. *alsos.* lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.

o Επανὶὼν δὴ πάλιν] Ita *Busb.* & *Hen.* perperam ἐπανεῖν in *Editis Aliisque.*

p Εὐθὺς μὲ ὖν] Εὐθὺς ὖν *Hen.*

q Εἰσβαλεῖν μέλλοντ☉.] Εμβαλεῖν *Hen.* & *Busb.*

r Πάσῃ τιμῇ βασιλικῇ·] Πάσῃ τῇ βασιλικῇ θεραπείᾳ (præter *Lugd. Bat.*) *Hen.*

s Εκτάττοντ☉] An ἐξετάζοντ☉ prout in *de Bello*?

t Συνιππαζόμεν☉] Conf. *alsos.* lib. 1. c. 20. §. 3. συνιππάσατο ποιούμενος τὸν Πτολεμαΐδα τ' δυνάμεως ἐξέτασιν· SPANH.

v Ανδρᾶσιν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα,] *Epiphanius* vertit, *in* CL. *domibus ornatis cum amicis suscepit*, ac si legisset ἀνδρῶσιν.

x Πλοῦτον ὑπηρεσίας ἠσκημένοις.] Ita *Hen.* πλούτων in *reliquis.*

y Ανυδρον διερχομένοις,] Iterum cum *Cod. Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) ἀνυδρίαν in *ceteris.*

z Ετυχε πολὺ] Εἶχε pro ἔτυχε *Hen.* & *Vat.*

a Λαμπρότερα] Λαμπρότερα κὴ τὰς ὑπηρεσίας ἐπεδείκνυτο *Hen.*

b Οὐδενὸς τὰς ὑπηρεσίας] Οὐδὲν εἰς τὰς ὑπηρεσίας *Hen.* & *Lugd. Bat.*

c Τὴν τε γυναῖκα] Sic *MSS.* τὴν γυναῖκα in *Editis.*

d Γ' ὢν ὕποπτον,] Ita *Lugd. Bat.* nam *Alii* ὢν ὕποπτον. HAV.

e Φρουρὰν] *L. B.* Φρουρᾷ. Forte ὡς φρουρᾷ. COCC.

f Μηδενὸς μήτε τῶν ἄλλων] *Al.* μηδ' ἑτέρων.

g Γεγονύῖαν] *L. B.* γινομένην.

h Βιώσεσθαι δι' αὐτὸν ἐχούσῃ·] Βιώσασθαι *Busb.*

i Κατὰ μὲ] *L. B.* κὴ τὰ μὲ.

k Εκθείλατο παρείας.] Ita *Hen.* ἐκτίλατο παρειὰς in *ceteris.*

Επε-

mulcerent, paulatim victus cedebat, & ad extremum omnia regis mandata expoſuit: præſertim quod non ſperaret eum cum eadem poteſtate reverſurum. quamobrem, ut qui magis periculum ex illo effugeret, mulieribus non parum gratificari in animum induxit, quas veriſimile erat ſuam retenturas eſſe dignitatem, immo & majorem gratiam ſibi referendi poteſtatem habere, cum illa vel regnatura vel regnanti proxima futura eſſet. nec tamen minorem ſpem concipiebat, ſi Herodes, rebus ex ſententia confectis, rediret, ut qui uxoris voluntati nihil contradicere potuerit. nam ſciebat regem Mariamnes amore juſto vehementius ardere. His inductus *regis* mandata enunciavit. At Mariamne ægre admodum accepit, nova ſibi ſemper alia ex aliis ab Herode naſci pericula: idque iniquo animo ferebat, orans optanſque ut ille nihil æqui impetraret, quod vitam cum eo vix vitalem eſſe ſibi perſuaderet. id quod poſtea non diſſimulavit, aperte faſſa quid ipſam male haberet.

Herodes reverſus parum benigne à Mariamne excipitur.

2. At ille quidem cum *domum* revertiſſet; magna præter ſpem feliciter aſſequutus, primæ uxori, ut par erat, læta de iſtis nunciabat, ſolamque eam ex omnibus, cæteris prælatam, ex amore & more ſuo ſalutabat. Illi autem contigit, ut dum is itineris ſui ſucceſſum narrat, non magis gauderet quam mœreret, neque dolorem ſuum occultare potuit; ſed, dignitatis quippe & nobilitatis ſuæ conſcia, dum ſalutaretur ingemiſcebat, & ex narratione ejus triſtitiam magis quam lætitiam præ ſe ferebat: ut jam Herodes non tam ſuſpicionibus quam factis manifeſtis turbaretur. Angebatur enim cum videret uxorem in ſe habere odium inopinatum minimeque occultum: idcirco rem iniquiſſime tulit, & amoris impatiens, quandoque iratus erat quandoque reconciliatus, ſemperque ab uno ad alterum tranſiens in utroque varius erat & inconſtans. Atque ita in medio inter amorem & odium nutabat: & cum ſæpe eam ob ſuperbiam pœna perſequi decreverit, amore victus debilior erat quam ut mulierem *à ſe* ſummoveret. Ad ſummam, cum valde eam punire cuperet, veritus eſt ne in ſeipſum nihil tale cogitantem gravius, illâ defunctâ, animadvertat.

Odio pariter ac amore inflammatur Herodes.

Acriores ei ſtimulos ſubdunt mater ejus & ſoror.

3. Cum autem ſoror ejus & mater animum illius in Mariamnen intellexiſſent, pulcherrimam ſe occaſionem nactas exiſtimarunt ſuum in eam odium exercendi: & Herodem, dum ſermonem cum eo haberent, calumniis irritarunt acerbis, quibus ad odium & obtrectationem perduci poſſet. Atqui neque ille hujuſmodi verba libenter audiebat, neque in uxorem, quaſi illis fidem haberet, aliquid ſtatuere audebat. tamen indies erat alieniore in eam animo; gliſcebatque utrinque malum, dum & illa affectum ſuum non diſſimulat, & hic amorem aſſidue convertit in odium: adeo ut jam tum fuerit in eam gravius aliquid ſtatuturus. Sed cum interea nunciaretur Cæſar victoria potitus, & mortuis Antonio & Cleopatra Ægyptum obtinuiſſe, Cæſari celeriter obviam proficiſcens domum ſuam in eo ſtatu reliquit. At diſcedenti commendavit Mariamne Soëmum, plurimumque ei debere fatebatur qui ſui ſedulo curam geſſiſſet, eique præfe-

Mortuis Antonio & Cleopatra Ægypto potitur Auguſtus.

τον, ἡπάτηκ μικρὸν ἤδη, κ πλῶ ἐξέπεμπεν ἀπάσας τὰς ἐντολὰς Ϝ βασιλέως, μάλιστα μὲν ἀϕ' ἑλπίσας αὐτὸν ὑπὲϕ αὐτῆς [l] ὑπισχνεῖσθαι ἐξουσίας. ἐν ᾧ κ μᾶλλον [m] ἐκϕεύγων τ ἀπ' αὐτϕ κίνδυνον, ὀ μικρὰ [n] χαρίσασθαι τ γυναιξὶν ὑπελάμβανεν, αἷς ἰῶ εἰκὸς σὺν δικαιοσύνῃ Ϝ πρεπόντως ἀξιώματι, ἀλλὰ Ϲ πλέον εἰς τὸ ἀμοιβὸν ἐξεῖναι, [o] βασιλεύσης ἢ Ϝ βασιλευούσης ἀγχῶ ἡνησομένης. ἐπήλπιζε δ' αὐτὸν σὺν ἥδιον, εἰ Ϲ πάντα κ νῦν πράξας ὑποστρέψειεν Ηρώδης, μηδὲν ὅτι τῇ γυναικὶ δυνήσεσθαι βιαζομένῃ γε ἀντιπεῖν. ἠπίστατο γὰρ τ πρὸς τὸ Μαριάμμιον ἔρωτα μείζονα λόγϕ τῷ βασιλεῖ. [p] ταῦτα τὰ [q] προσελκύσουσα τὰς ἐντολὰς ἐξαγγέλλει. Μαριάμμη δ' χαλεπῶς μὲν ἤκουσεν, εἰ μηδὲν πέρας αὐτῇ τ ἐξ Ηρώδϕ κινδυνῶν ἔσται· χαλεπῶς δ' ἐλέγετο, μηδενὸς μὲν τυχεῖν αὐτὸν τ ἴσων εὐχομένη, δυσὶ πᾶσιν δ' εἰ [r] τύχη τ μετ' αὐτῆς βίον κέλευσε. κ τῶτο [s] διέδειξεν ἐν ὑστέρῳ, μηδὲν ὑπικρυψαμένη Ϝ κατ' αὐτὸν πάθος.

β'. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὲ μεγάλοις οἷς παρ' ἐλπίδας [t] ἠυτυχήκει καθαπερεὶ δικαίως, πρώτῃ μὲν ὡς εἰκὸς τῇ γυναικὶ περὶ τούτων εὐηγγέλιζετο. μόνλιος δ' [v] ἐκ πάντων ἀϕ' τ ἔρωτα κ τὸν ὄντως αὐτῷ σωτήριαν προτιμῶν ἠσπάζετο. τῇ δ' ὅτε τὰς [x] εὐημερίας διηγεῖτο χαίρειν μᾶλλον ἢ χαλεπῶς φέρειν ἐωρᾶτο, ὅτ' ὑπικρύπτεσθαι τὸ πάθος δυνατὸν λῷ. ἀλλ' ὑπ' [y] ἀξίας κ τ προύσης εὐγλωσσίας, πρὸς μὲν τὰς ἀπορίας ἀνέστενε, ταῖς δ' διηγήμασιν ἀχθεσθαι μᾶλλον ἢ συγχαίρειν ἐνέφαινεν, [z] ὡς ἐκ ὕποπτα μόνον, ἀλλὰ κ καταϕανῆ γινόμενα τ Ηρώδλυ [a] ὑπιτερπέστιν. ἠδημόνει μὲν γὰρ ὁρῶν τὸ προσῆλλογον τ γυναικὸς πρὸς αὐτὸν μῖσος σὺν δικαίᾳ κεκρυμμένον· ἤχθετο δ τῷ πεύσματι κ τ ἔρωτα φέρειν [b] ἀδυνατῶν, τ τε ὀργὰς κ τ ἀλλαγὰς σὺν ἐνέμενεν, ἀεὶ δ' ἀπὸ θατέρυ μεταβαίνων εἰς θάτερον ἐϕ' ἑκατέρῳ πολλὴν εἶχεν ἀπορίαν. [c] ὅτως ἰῶ ἐν μέσῳ Ϝ συγῆν κ στέργειν ἀπολυφθεὶς, κ πολλάκις ἔτιμος ὢν ἀμύνασθαι τ ὑπερηφανίας αὐτὸν, ἀϕ' τὸ προκατηλῆφθαι τὸν ψυχὸν ἀσθενέστερος εἰς τὸ [d] μεταπήσασθαι τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο. τὸ δ' σύμπαν ἡδέως ἂν ἐκείνῳ κολάσας, ἐδεδοίκει μὴ λάθῃ παρ' [e] αὐτὸ μείζονα τὸν τιμωρίαν ἀποθανόσης εἰσπραξάμενος.

γ'. Συνιδοῦσα δ' αὐτὸν ὅτως ἔχοντα πρὸς τὸν Μαριάμμιον ἥτε ἀδελϕὴ κ ἡ μήτηρ, κάλλιστον ὡρῆσαι τ καιρὸν τοῦ πρὸς ἐκείνῳ μίσους εἰληϕέναι· κ διαλαλοῦσι μικραῖς παροξύνουσαι τ Ηρώδλυ ἀϕορολαῖς, μῖσος ὁμοῦ κ ζηλοτυπίαν ἐμποιεῖν δυνησομέναις. ὁ δ' οὔτε τ πιστῶν ἀπλῶς ἤκουε λόγων, ὅτε ὁρᾶν τι κ τ γυναικὸς ὡς πεπισευκὼς ἐπιθαῤῥεῖ. χεῖρον μέντοι πρὸς αὐτὸν εἶχεν ἀεὶ, κ τὸ πάθος ἀντιξεκαίετο, τ μὲν σὺν ὑποκρυπτομένης τῷ ἀϕέσει, Ϝ δ' τ ἔρωτα πρὸς ὀργὴν ἀεὶ μεταβαλλούσης· κἂν εὐθὺς ἐπάχθη τί τ ἀνηκέστων. νῦν δ' Καίσαρι ἀγγελθέντι κρατεῖν τῷ πολέμῳ, κ τεθνηκότων Αντωνίυ κ Κλεοπάτρας ἔχειν Αἴγυπτον, ἐπειγόμενος εἰς τὸ Καίσαρι ἀπαντᾶν, κατέλιπεν ὡς εἶχε τὰ περὶ τὴν οἰκίαν. ἐξιόντι δ' Μαριάμμη προσεπεσταλμένη τ Σόημον, πολλήν τε χάριν τ ὑπηρεσίας ὡμολόγει, κ μεγαλοδωρίαν αὐτῷ προσ-

Ϝ

l Επισχεῖν] *L. B.* ὑποσχεῖσθαι.
m Εκφύγων] *L. B.* ὀκφυγὼν.
n Χαρίσασθαι ταῖς γυναιξὶν] Χαριεῖσθαι *Hen.* & *Lugd. Bat.*
o Βασιλεύσης ἢ Ϝ βασιλεύσοντος] Βασιλεύσας & mox ὠφεληθησόμενος *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) unde aliquis (ſicuti & *Cocceius* in ora codicis ſui) forſan βασιλεύσας & ὠφεληθησόμενος legendum eſſe conjiceret. βασιλεύσοντος Ϝ βασ. *Vat.*
p Ταῦτα —— ἐξαγγέλλει·] *Ruſinus*: Itaque cum hujuſmodi illum fefelliſſet ſpes, ſecreta omnia indicavit. SPANH. *L. B.* ταῦτ' ὄν.
q Προσελκύσουσα] Ita ex conjectura. προσελκύσασα in *libris* omnibus, nullo plane ſenſu.
r Τύχῃ] *L. B.* τύχοι.
s Διέδειξεν] *L. B.* ἔδειξεν.
t Ηυτυχήκει] Ita *Busb.* εὐτυχήκει in *cæteris*.
v Εκ πάντων] Ex πασῶν legiſſe videtur *Gelenius*, non item *Ruſinus* Solamque præponens omnibus. SPANH.
x Εὐημερίας] Conf. ſupr. c. 5. §. 5. SPANH.
y Αξίας κ τ προύσης εὐγλωσσίας.] Sic *Busb.* (& *Lugd. Bat.*) ἀδοξίας in *Editis Aliiſque*. Eſt qui legendum conjicit, ὑπ' ἀδοξίας αὐτῷ κ τ προύσης αὐτῇς δυσφορίας.
x Ως ἐκ] *L. B.* ὡς δ' ἐκ.
a Επιταφέστιν.] Επιθέρπτιν *Hen.*
b Αδυνατῶν,] Αδύνατ' ἰῶ *Hen.* & *Lugd. Bat.* ſed in *marg.* ἀδυνατῶν.
c Οὕτως ἰῶ] *L. B.* ὅτως ἐν.
d Μεταπήσασθαι τὸν ἄνθρωπον ἐβούλετο.] Μεζεσῆσαι *Busb.* μεζετήσασθαι *Hen.* & *Vat.*
e Αὐτῷ] *L. B.* αὐτῆς.

f Γα-

βασιλέως ἠτήσατο. κἀκεῖνος μὲν τυγχάνει τῆς τιμῆς. Ἡρῴδης δὲ ἡνίκα ἐν Αἰγύπτῳ, Καίσαρί τε μὴ παλαιὸν σωνηυγχάνει τῆς παῤῥησίας, ὡς ἤδη φίλος, καὶ μεγίστων ἠξίωτο. τῶν τε γὰρ Κλεοπάτρας δορυφορούντων [f] Γαλατῶν τετρακοσίους αὐτὸν ἐδωρήσατο, καὶ τὴν χώραν ἀπέδωκεν αὖθις πάλιν, ἣν δι' ἐκείνης ἀφῃρέθη. προσέθηκε δὲ καὶ τῇ βασιλείᾳ [g] Γάδαρα καὶ Ἵππον καὶ Σαμάρειαν, ἔτι δὲ τῆς Φιλιστίνης Γάζαν καὶ Ἀνθηδόνα καὶ Ἰόππην καὶ Στράτωνος πύργον.

δ'. Ἐπιτυχὼν δὲ καὶ τούτων λαμπρότερος ἦν· καὶ τὴν μὲν Καίσαρα παρέπεμψεν ἐπ' Ἀντιοχείας. αὐτὸς δ' ἐπαγγελθὼν, ὅσον ὤφελε τὰ πράγματα αὖθις ἐπὶ τὸ ἔξωθεν ἐπιδιδόναι πρὸς εὐδαιμονίαν, τοσοῦτον ἔκαμνε τοῖς οἰκείοις, καὶ μάλιστα περὶ τὸ γάμον, ἐν ᾧ καὶ μᾶλλον εὐτυχεῖν ἐδόκει πρότερον. [h] ἐρᾶτο γὰρ ἐδεινὸς ἐλάττων τῶν ἰσορρεπῶν ἐπεπόνθει μὴ δι' δικαίαν τὴν Μαριάμμης. ἡ δὲ, [i] τὰ μὲν ἄλλα σώφρων καὶ πρὸς αὐτὸν ἦν. εἶχε δέ τι τὸ γυναικεῖον ὁμοῦ καὶ χαλεπὸν ἐκ φύσεως, ἱκανῶς μὲν [k] ἐντρυφῶσα δεδιδαγμένῃ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ βασιλεύεσθαι καὶ κρατεῖν [l] ἄλλον αὐτῆς ὑ συγκαταλογιζομένη τῷ καιρῷ, πολλάκις μὲν ὑβριστικῶς οὕτως προσηνέχθη, καὶ τότ' ἐκείνου ἐξειρωνευομένου ἔφερεν ἐγκρατῶς καὶ μειζόνως. ἀναφανδὸν δὲ [m] τὴν τε μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπὶ δυσγνωμίᾳ διεχλεύαζε, καὶ κακῶς ἔλεγε· ὡς ἤδη στάσιν ἐν ταῖς γυναιξὶν εἶναι καὶ μῖσος ἀπροσδόκητον, ἐν ᾗ τῷ τότε καὶ διαβολὰς μείζονας. ἡ τε ὑποψία τρεφομένη παρέτεινεν ἐνιαυτὸν μῆκος, ἐξ οὗ δὴ Καίσαρος Ἡρῴδης ὑποστρέφει. τέλεον μέντοι προοικονομούμενον οὐκ ἀπαλλοτρίου ἐξερράγη, τοιαύτης ἀφορμῆς [n] ἀκμαζούσης. κατακλινόμενος ὁ βασιλεὺς [o] ἀναπαύσεσθαι μεσημβρίας ὥρας, σκάλλ τὴν Μαριάμμου ὑπὸ φιλοσοργίας ἧς ἀεὶ περὶ αὐτὴν εἶχεν. ἡ δ' εἰσῆλθε μὲν, ὡς μὴν καὶ κατεκλίθη, [p] ἀπειθάζοντος σκαυλίσεια καὶ προσλοιδορήσεσθαι, [q] τόν τε πατέρα καὶ τὴν ἀδελφὸν [r] αὐτῆς ὡς ἀπεκτόνει. χαλεπῶς δ' ἐκείνη τὴν ὕβριν ἐνεγκόντος, καὶ γεγονότος εἰς προπέτειαν ἐτοίμου, τὴν παρεχῆς αἰσθομένη μείζονος ἡ δὲ βασιλέως ἀδελφὴ Σαλώμη, παρεσκευασμένον ἐκ πολλοῦ τὸν οἰνοχόον [s] εἰσπέμπει, κελεύσασα λέγειν, ὡς πεῖθοι Μαριάμμη φίλτρον αὐτῇ συγκατασκευάσαι τῷ βασιλεῖ. κἂν παρεχθῇ καὶ πιθανήται τί ποτε τοῦτ' ἐστὶν, λέγειν ὅτι φάρμακον μὲν ἐκείνης ἐχούσης, αὐτὸ δὲ λανθανούσης παρακαλυμένης. μὴ κινηθέντος δὲ [t] ἐπὶ τὸ φίλτρον, τὸν λόγον λέγειν ἐᾶν· οὐδένα γὰρ αὖτοῦ κίνδυνον φέρειν. τοιαῦτα προδιδάξασα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰσπέμπει Μαριλεξόμενον. ὁ δὲ [v] πιθανὸς ἅμα καὶ μὴ ἀπειθὴς εἰσῆλθε, δῶρα μὲν αὐτῷ τῷ Μαριάμμῃ [x] παρεχῆσθαι λέγων, ἀναπείθειν δὲ φίλτρον αὐτῷ δώσειν. [y] προσὸς τοῦτο λαβόντος, τὸ φίλτρον ἔλεγε εἶναι φάρμακον ὑπ' ἐκείνης δίδομενον, ἐξ οὗ τὴν δύναμιν αὐτὸς οὐκ [z] εἶδε· διὸ

ctum à rege exoravit. Et ille quidem honorem hunc obtinet. Herodes vero, ubi in Ægyptum pervenit, cum Cæsare confidenter, jam ut amicus, colloquutus est, & ab eo maxima *beneficia* accepit. Nam Cæsar ei quadringentos Gallos, Cleopatræ stipatores, dono dedit, terramque ei restituit, qua propter Cleopatram mulctatus fuerat: necnon ejus regno Gadara & Hippon & Samariam addidit; & in ora maritima Gazam & Anthedona & Joppen & Stratonis turrim. *Herodis ditionem aug.*

4. Quas ille insuper res consequutus, magnificentior evasit: & Cæsarem quidem ad Antiochiam usque comitatus est. Ille vero reversus, quantum res suas prospero foris successu crescere putabat, tanto plus malorum in domesticis habebat, præsertim in re conjugali, in qua antea tam fortunatus esse videbatur. Flagraverat enim, idque merito, Mariamnes amore, non minus quam illi de quibus loquuntur historiæ. atque illa alioquin pudica, & erga eum fidelis erat: sed ingenium habebat mulie- bre paulo odiosius; quippe quæ eum amore devinctum satis imperiose tractaret, atque tum quidem, non secum reputans quod in regno viveret & alterius imperio subesset, sæpe in eum petulantius se gereret, id quod ille dissimulans moderate & patienter ferebat. Deridebat etiam ipsa palam regis matrem & sororem, & de eis ob ipsarum generis obscuritatem male dicebat: adeo ut inter feminas jam *aperta* esset simultas & odium inexpiabile, & tunc etiam graviores jacerentur calumniæ. atque ea suspicio *magis magisque* fota integrum annum duravit post Herodis à Cæsare reditum. Postremo alitum diu malum erupit ex hujusmodi occasione. Cum rex *quodam die* quietis gratia meridie cubaret, Mariamnen pro suo perpetuo in eam amore ad se vocabat. Illa vero ingressa quidem est, tamen non cum eo cubuit, sed cum hoc vellet contempsit & contumelia affecit, quasi patris ipsius fratrisque necis auctor exstitisset. Cum autem ille graviter contumeliam tulisset, & ad temerarium aliquid committendum se pararet, Salome regis soror, majorem turbam sentiens, eò summisit regis pocillatorem à se jampridem subornatum, jussitque ut diceret, à Mariamne rogatum se ut ipsam in conficiendo regi amatorio adjuvaret. Quod si rex turbatus quæsivisset quid esset, diceret amatorium penes ipsum esse, sed se ab ea oratum ut id regi porrigeret. sin hac amatorii mentione rex non moveretur, fileret & nihil laboraret; id quidem ei nullum afferre periculum. Hunc illa ita instructum tempore ipso misit intro *cum rege* colloquuturum. Ille compositus ad fidem & cum studio ingressus, dicit, Mariamnen sibi dona dedisse, suasisseque ut regi præberet amatorium. Ad hoc commoto rege, *id* amatorium dicebat esse pharmacum quod ab ea daretur, cujus quænam vis esset nescire se: hac de causa se id *regi* indicasse, ra- *Herodes ab uxore iudice magis offensus est.* *Mariamnes ingenium paulo morosius.* *Mariamne ex superbia odium sibi conciat.* *Herodi maleficia exprobrat.* *Salome fallum testem contra Mariamnem subornat.*

[f] Γαλατῶν τετρακοσίους αὐτὸν ἐδωρήσατο,] Conf. *Antiq.* lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.

[g] Γάδαρα —— πύργον.] Conf. *Antiq.* lib. 1. c. 20. §. 3. Verum mox Gazam etiam Costobaro datam ab Herode §. 9. seq. scribit, ubi regnum adeptus. Unde repugnantia hîc à Josepho dici contendit Harduin. de Numm. Herod. p. 23; vid. & de Costobaro uno è Primatibus Idumæorum & Salomes marito *Antiq.* lib. 2. c. 17. §. 4. SPANH.

[h] Ἐρᾶτο γὰρ] Ἐρᾶτο μὲν γὰρ *Busb.*

[i] Τὰ μὲν ἄλλα σώφρων] Ita *MSS.* & *Zonar.* τὸ μὲν ἄλλο in *Editis.*

[k] Ἐντρυφῶσα δεδιδαγμένῃ] Καταντρυφῶσα *Zonar.*

[l] Ἄλλον αὐτῆς] Sic *Busb.* & *Hen.* ἄλλων in *cæteris.*

[m] Τὴν τε μητέρα] Eo modo *Vat.* τὴν μητέρα in *reliquis.*

[n] Ἐκγινομένης.] Ἐγγινομένης *Hen.*

[o] Ἀναπαύσασθαι μεσημβρίας ὥρας,] Ὡς διαπαύσασθαι *Hen.* & *Busb.*

[p] Ἀπειθάζοντος σκαυλίσασα] Ἀπειθάζοντος (hîc absolute sumptum) non agnoscunt *Hen. Busb.* & *Vat.* Fuit cum vocum ordinem & interpunctionem mutatam esse vellem, ut esset, ὃ μὲν κατεκλίθη καὶ ἀπειθάζοντος, σκαυλίσασα καὶ προσλοιδορήσεσθαι &c. aut hoc modo, ὃ μὲν κατεκλίθη, καὶ ἀπειθάζοντος σκαυλίσασα. quo modo legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *festinantem eam depulit.*

[q] Τόν τε πατέρα καὶ τὴν ἀδελφὸν] Τὸν πάππον αὐτῆς habet hic *Zonaras* p. 240. A. Alexander enim Mariamnes Pater non ab Herode cæsus, sed Antiochiæ à Scipione Pompeji jussu securi percussus supr. lib. 14. c. 7. §. 4. *Patris* tamen & *fratris* habet hic etiam *Rufinus.* Hyrcanus verò ab Herode cæsus Avus Maternus Mariamnes. vid. supr. c. 6. §. 2. SPANH.

[r] Αὐτῆς ὡς ἀπεκτόνει.] Sic *MSS.* αὐτῇ perperam in *Editis.*

[s] Εἰσπέμπει] Ita cum *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* ἐκπέμπει in *cæteris.*

[t] Ἐπὶ τὸ φίλτρον,] Ἐπὶ τῷ φίλτρῳ *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* utraque lectio satis commoda.

[v] Πιθανὸς ἅμα] Πιθανῶς *Busb.* & *Hen.*

[x] Παρεχῆσθαι λέγων,] Παρεχηνίναι *Busb.*

[y] Προσὸς τοῦτο λαβόντος,] Plenius aliquanto in *Cod. Hen.* ad hunc modum, προσὸς τοῦτο λαβοντος, καὶ τί τὸ φίλτρον εἴη ἐρωτήσαντος, φάρμακον εἶπεν ὑπ' ἐκείνης δίδόμενον. Verum cum cæteri libri una cum *Epiphanio* vulgatam lectionem tueantur, loco dimovere nolui.

[z] Εἶδε·] *L. B. εἰδέναι.*

ratum id & sibi & regi tutius futurum. His verbis auditis Herodes, qui jam ante male affectus esset, etiam magis exacerbatus est: & de spadone, qui erat Mariamne fidissimus, quæstionem habuit super pharmaco, sciens absque illo nihil tantum tantumve potuisse fieri. At homo in angustias redactus, nihil eorum, propter quæ cruciabatur, dicere potuit: tantum mulieris in se odium dixit à verbis profectum, quæ ei Soëmus dixisset. Hæc eo adhuc loquente, rex, magno clamore sublato, dicebat, Soëmum, antea & sibi & regno *suo* fidelissimum, nunquam fuisse mandata enunciaturum, nisi majus ei, quam par esset, cum Mariamne commercium intercessisset. Atque ita Soëmum quidem è vestigio comprehendi & necari jussit: de uxore vero judicium habuit, convocatis suis familiarissimis, & accusatione in ipsam magno studio instituta de amatoriis & pharmacis ei per calumniam objectis. Erat autem *Herodes* in verbis intemperans, & iracundior quam esse in judicio deceret; tandemque ii qui aderant ita animatum videntes, eam capite damnarunt. Tamen lata sententia, & ipsi & nonnullis qui præsentes erant in mentem venit, ut non temerario illam perimerent, sed in aliquo regni munito loco collocarent. Atqui Salome sedulo operam dedit, ut mulier de medio tolleretur: idque magis regi persuasit, consulendo ut populi motus caveret, qui possent existere, si ea viva conservaretur. Atque ita quidem ad necem ducta est Mariamne.

Soëmum necari jubet Herodes.

Mariamne capite damnata.

5. Alexandra vero, quo loco res esset animadvertens, & sibi exiguam spem superesse videns ne ipsa ita plecteretur ab Herode, contra quàm in superiore audacia, nulla decori ratione habita, plane alia facta est. Ut enim se corum, de quibus illa accusaretur, insciam esse ostenderet, exsiliit foras, & omnium in præsentia filiæ conviciando, clamabat, improbam & adversus maritum ingratam fuisse, & merito ei accidere quæ ejusmodi res ausa fuisset. haud enim quæ oportebat retribuisse, de omnibus ipsis bene merito. Hæc dum inhoneste simulat, & illi etiam in crines involare audet, multi quidem, ut verisimile erat, fœdam ejus simulationem culpabant; maxime vero eam culpare visa est illa ipsa, quæ tum mortem erat obitura. neque enim unum prorsus verbum effata, neque *vel tantillum* turbata ad matris offensionem respiciebat; sed excelso quasi animo ut erraverit, præsertimque manifestam ejus turpitudinem se ægre ferre monstravit. Ipsa porro intrepida *animi* firmitate, & ne minimum quidem mutato corporis colore, ad mortem profecta est, generis sui nobilitatem etiam in extremis, ut ab omnibus conspiceretur, præ se ferens.

Alexandra indecore se gerit erga Mariamnen.

Mariamnes mors.

6. Atque illa quidem ita interiit, femina ad continentiam & animi magnitudinem optime comparata. ipsi tamen deerat moderatio, naturaque contentionibus paulo erat addictior; corporis vero pulchritudine & auctoritate in congressibus, plus quam dici potest, cæteris suæ ætatis antecellebat: quæ potissima causa erat, quod parum admodum regi gratificaretur, minusque jucunde cum eo viveret. Nam cum indulgenter propter amorem tractaretur, & nihil asperius duriusve ab eo exspectaretur,

Ejus elogium.

ς'. Σωθεωρήσασα δὲ τὸ καιρὸν ἡ Ἀλεξάνδρα, καὶ ὅτι μικρὰς ἐλπίδας ἔχοι μὴ καὶ αὐτὴ τῶν ὁμοίων ἐξ Ἡρῴδου τύχοι, σαυτίως πρὸς τὸ πρῶτον θράσος καὶ λίαν ἀπρεπῶς μετεβάλλετο. [l] βυλομένη γὰρ ἐμφῆναι τὴν ἄγνοιαν ὧν ἐκείνη τὰς αἰτίας εἶχεν, ἐκπηδήσασα καὶ λοιδορουμένη τῇ θυγατρὶ πάντων ἀκούσιον, ἐβόα, κακὴν καὶ ἀχάριστον πρὸς τὸν ἄνδρα γυναῖκα, καὶ δίκαια πάσχειν. [m] ἐπὶ τοιούτοις τολμήμασιν. ὁ γὰρ ἀμείψασθαι δεόντως τῶν πάντων αὐτῶν εὐεργετῶν. τοιαῦτα μεταξὺ καθυποκρινομένης ἀσχημόνως, καὶ τολμώσης ἐφάπτεσθαι καὶ τῶν τριχῶν, πολλὴ μὲν ὡς εἰκὸς καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἡ κατάγνωσις ἦν τῆς ἀπρεπεῖς ποιήσεως· μᾶλλον δὲ ἐνεφάνη παρ' αὐτῆς τὸ ἀποπλυμένης. ἅτε γὰρ λόγον δοῦσα τῇ ὀργῇ, ἅτε παρασχοῦσα πρὸς τὴν ἐκείνης δυσχέρειαν ἐπέβλεπεν· ἀλλ' ὡς ὑπὸ φρονήματος τὴν ἁμαρτίαν, καὶ μᾶλλον ἄχθεσθαι πεφανῶς ἀσχημονούσης ἐνέφηνεν. [n] αὐτὴ γε μὴν ἀτρεμαίῳ τῷ καταστήματι, καὶ τῇ χρόᾳ τῆς σαρκὸς ἀμεταβλήτῳ πρὸς τὸ θανατον ἀπῄει, τὴν εὐγένειαν δοκοῦσα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἄθλοις τοῖς ὑπηρετοῦσιν αὐτὴν ἐμφαίνουσα.

ζ'. Καὶ εἰκὴν μὲν οὕτως ἀπέθανεν, γυνὴ καὶ πρὸς ἐγκράτειαν καὶ πρὸς μεγαλοψυχίαν ἄριστα γεγυμνασμένη. τὸ δὲ ὑπεικὲς ἔλειπεν αὐτῇ, καὶ πλεῖον [o] ἦν ἐν τῇ φύσει τὸ φιλόνεικον, κάλλει δὲ σώματος καὶ τῷ πρὸς τὰς συντύξεις ἀξιώματι μειζόνως [p] ἢ ὡς φρονεῖν τὰς κατ' αὐτὴν [q] ὑπερῆν· ἥ τε πλείων ἀφορμὴ δι' μὴ κεχαρισμένος τῷ βασιλεῖ μηδὲ πρὸς ἡδονὴν ζῆν, συνέβη [r] ἐγεγόνει. θεραπευομένη γὰρ διὰ τὸ ἔρωτα, καὶ δυσχερὲς ἦν ἐξ ἐκείνου προσδοκῶσα, τὴν παῤῥησίαν ἀσύμμετρον εἶ-

a Ἠρεθίσθη,] *L. B.* ἀπερεθίσθη.
b Φράσειε.] Ita *Busb.* & *Zonar.* Φράσῃ *Gall.* Φράσαι in *Editis Aliisque.*
c Προελαλήθη] Sic *Hen.* & *Busb.* προσελαλήθη in *reliquis.*
d Εσπεδασμένῳ ποιήματι,] Εσπεδασμένος *Busb.*
e Ὀργιλώτερος·] Ὀργίλως κατ' αὐτὸς διήκειν *Zonaras* p. 240. C. SPANH.
f Διενεχθείσης δὲ τὸ γνώμης,] Διελεγχθείσης *Vat.* in *Epiphanii* versione, *dum hæc sententia pronunciaretur.*
g Ὑπεξήσετο μὲν] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Epiphanius*, qui vertit, *subvenit.* ὑπεξήει in *cæteris.*
h Ταῖς περὶ τὸν Σαλώμην] Τοῖς περὶ τὸν Σ. *Hen.*
i Τύχη,] Τύχοι *Busb.* & *Hen.*
k Οὗν ὅτως ἤγετο] Illud ὧν è *Cod. Hen.* & *Epiphan.*
l Βυλομένη γὰρ] Βυλομένη δὲ ἐμφῆναι *Vat.* βυλομένη δὲ ἐμφῆναι in *Editis.*
m Ἐπὶ τοιούτοις τολμήμασιν.] Ita in *MSS.* ἐπὶ τοῖς τοιούτοις in *Editis.*
n Αὐτὴ] *L. B.* αὐτὲ.
o Ἦν ἐν τῇ φύσει τὸ φιλόνεικον,] Illud λὼ è *MSS.*
p Ἢ ὡς Φρονεῖν] *L. B.* ἢ Φρονεῖν.
q Ὑπερῆν·] Forte ὑπερῆεν.
r Ἐγεγόνει.] Ἐγένετο *Hen.*

εἶχεν· ἡνία δ' αὐτῷ καὶ τὰ περὶ τὴν οἰκείαν, [s] καὶ ταῦτα πάντα πρὸς ἐκεῖνον ὡς ἐπιπόνῃ λέγειν ἠξίει· καὶ πέρας ἐξεκίνησεν ἐχθρὰς αὐτῇ γενέσθαι τῷ τε μητρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ & βασιλέως, κἀκεῖνον αὐτὸν, ᾧ μόνῳ τὸ μὴ παθεῖν τι δυσχερὲς ἀπεπίστευεν.

ζ. [t] Ἀναιρεθείσης δὲ τότε μᾶλλον ἐξήφθη τὰ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν & βασιλέως, ἔχοντος μὲν ἔτως ὡς ἐπάνω δεδηλώσαμεν. ὁ γὰρ ἀπαθὴς ἀπ' οἰκείας ἂν [v] ἐκ συνηθείας τοῦ ὁ πρὸς αὐτὴν ἔρως· ἀλλὰ & πρότερον ἤρξεν ἐνθουσιαστικῶς, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τ συμβιώσεως οὐκ [x] ἀπενικήθη μὴ πλείων ἀεὶ γίνεσθαι. τότε μέντοι καὶ μᾶλλον ἐδόκει τισὶ νέμεσίν τινα [y] τῇ τοῦ Μαριάμμου ἀπωλείας ἐπιθέσθαι, καὶ πολλάκις μὲν ἀνακλήσεις ἦσαν αὐτῆς, πολλάκις δὲ καὶ θρήνου ἀχήμων, ἐπενόει δὲ πᾶν εἴ τι δυνατὸν εἰς ψυχαγωγίαν, πότους & συνουσίας αὐτῷ πραγματευόμενος. καὶ τούτων ὐδὲν ἦρκει. τὰς οὖν διοικήσεις τ κατὰ τοῦ βασιλείαν παρητεῖτο, καὶ τοσοῦτον ἤλθεν & πάθους, ὥστ' αὐτὸν ἤδη & καλεῖν τοῦ Μαριάμμου πρωτεύειν τοῖς ὑπηρέταις, [z] ὡς ζῶσαν ἔτι & δυναμένου ὑπακούειν. ὅτως δὲ ἔχοντος, ἐπιγίνεται λοιμώδης νόσος, [a] ἣ & τ ὄχλου & τῶν φίλων τὰς πλείους & ἐλυμήνατο διέφθειρε, καὶ παρέσχεν ἅπασιν [b] ὑπονοῆσαι κατὰ μοῖραν & θεοῦ τοῦτο συνενεχθῆναι, ἀφ' τοῦ γεγυμνέναι Ἡρῴδην ἀδίκως τῆς Μαριάμμης. χεῖρον οὖν διετέθη καὶ τοῦτ' αὐτὸν τ βασιλέα, καὶ τέλος εἰς τὰς ἐρημίας αὐτὸν ἐλθοῦς, καὶ περιφανῆ κυνηγεσίων ποίησις ἐναθημονῶν, οὐκ ἔφη πλείους διενεγκεῖν ἡμέρας, καὶ περιπεσὼν νόσῳ δυσχερεστάτῃ. [d] Φλόγωσις γὰρ ἦν καὶ πῖσις & ἰνίου, καὶ τ διάνοιας ἀθυμία· τ τε ἐσθιομάτων ὐδὲν ὅ, τι καὶ πρὸς ὠφέλειαν ἐξήνυεν, ἀλλ' ἐναντιούμενα τέλος εἰς ἀπόγνωσιν ἦγεν. ὅσοι τε περὶ αὐτὸν ἦσαν ἰατροὶ, τὰ μὲν οἷς αὐτοὶ προσέφερον βοηθήμασιν οὐδὲν ὑπῆκουσε τ νόσῳ, τὰ δὲ καὶ & βασιλέως οὐκ ἔχοντος ἄλλως ἢ καὶ τὸ βιαζόμενον τ ἀῤῥωστίας διαιτᾶσθαι, πάντ' οἷς ἐκεῖνος ἐπενεχθεὶν παρέχειν ἠξίουν, τὸ δύσελπι τ σωτηρίας ἐν ἐξουσίᾳ τ διαίτης ἀναπτέντες τῇ τύχῃ. κἀκεῖνος μὲν ἐν [c] Σαμαρείᾳ, τῇ κληθείσῃ [f] Σεβαστῇ, τοῦτον τ τρόπον ὑποσηλεύετο.

η. Διατελούσα δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἀλεξάνδρα, καὶ πυθομένη τὰ κατ' αὐτὸν, ἐπιβάλλεται τῶν περὶ τὴν πόλιν φρουρίων ἐγκρατὴς γενέσθαι. [g] δύο δ' ἦν, ἐν μὲν αὐτῆς τ πόλεως, ἕτερον δὲ & ἱερᾶ· καὶ τούτων οἱ κρατοῦντες, ὑπερισχύρον τὸ πᾶν ἔθνος ἐσχήκασι. τὰς μὲν γὰρ θυσίας οὐκ ἄνευ τούτων οἷόν τε γενέσθαι. τὸ δὲ μὴ ταῦτα συντελεῖν ὐδενὶ Ἰουδαίων δυνατὸν, & ζῆν ἑτοιμότερον ἂν ἐπιλαχωρησάντων ἢ τῆς θρησκείας, ἵνα εἰς τ Θεὸν εἰώθασι συντελεῖν. τοῖς οὖν περὶ τούτων τῶν φυλακτηρίων Ἀλεξάνδρα προσῆνεγκε τοὺς λόγους, ὡς δέον αὐτῇ καὶ τοῖς ἐξ Ἡρῴδου παιδίοις, μὴ καὶ [h] φθῇ τις, σκεῦνα μεταλλάξαντος, ἕτερον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων· ῥωσθέντι μὲν γὰρ, ὐδὲν ἀσφαλέστερον τῶν [i] οἰκείων διατηρῆσαι. τούτους τοὺς λόγους αὐτῆς οὐκ ἀπιθῶς ἤνεγκαν· ἀλλὰ καὶ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον περὶ τὴν εὔνοιαν τὴν εἰς αὐτὸν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τότε ἐπὶ πλέον ἐσπούδασαν.

ret libertate usa est immoderata. Quin & ea ipsam male habebant quæ suis acciderant; atque ita omnia apud illum quemadmodum passa fuerat dicere non dubitavit: tandemque infestas sibi reddidit & matrem regis & sororem, illumque ipsum, cui unice fidebat quod non laturus esset ut gravius aliquid pateretur.

7. Illa autem perempta, eo magis etiam regi desiderium exarsit, ut qui ita se haberet sicut prius narravimus. non enim à perturbatione vacuus, nec qualis in aliis esse solet, ejus erga illam erat amor: sed cum primum ad insaniam usque eam deperiret, *postea*, licet liberius fidentiusque se in vitæ consuetudine gesserit, nihil de amore remisit. Tunc vero ex ultione divina ob interitum Mariamnes magis adhuc cupiditate ardere videbatur: adeo ut eam subinde inclamaret, subinde turpiter ploraret, omnesque quas poterat voluptates consectaretur, etiam ex conviviis & conventibus, ut ejus desiderium leniret. sed istis nihil proficiebat. Quare & res regni administrare recusabat, & adeo affectu victus est, ut etiam famulis suis imperaret ut Mariamnen appellarent, quasi ea adhuc viveret & audire posset. Cum autem ita se haberet, oritur pestis, quæ tum plebejorum tum regis amicorum maximam partem sustulit, eosque quibus plurimum detulerat. id quod omnibus suspicionem fecit, divina ira id accidisse, propter illatam Mariamne injuriam. Hæc res etiam deterius regem ipsum affecit: tandemque in solitudinem egressus, & ibi per speciem venationis semet afflictans, non potuit se per aliquot dies sustinere, quin difficillimum in morbum inciderit. Nam inflammatio erat & dolor occipitis cum mentis alienatione conjunctus; nec medicina erat ulla, quæ vel minimum ei prodesset, sed potius officeret, adeo ut tandem ejus de vita desperaretur. Atque omnes circa ipsum medici, partim quia morbus remediis adhibitis minime cedebat, partim quia rex nullam aliam victus rationem tenere poterat, quam eam ad quam morbus cogebat, omnia ei præbere censebant quæ postularet, spem salutis, in victus potestate sitæ, pene abjectam fortunæ committentes. Atque ille quidem in Samaria, Sebaste appellata, ad hunc modum ægrotabat.

Herodes ex uxoris nece perturbatus.

Pœnas ob necem Mariamnes luit Herodes.

Deo vindice oritur pestis.

Herodis morbus.

8. Alexandra autem, quæ Hierosolymis degebat, his de eo intellectis conata est urbis munitiones occupare. duæ autem erant, una quidem urbis ipsius, altera vero templi; quibus qui potiuntur, universam gentem in sua potestate habent. nam sine iis sacrificia fieri nequeunt. Judæorum autem nemo à seipso impetrare potest ut sacra non faciat; quippe quod eo sint ingenio ut mori malint, quam cultum eum omittere quem solebant Deo præstare. Alexandra igitur cum harum munitionum præsidiis colloquuta est, demonstrans eas sibi & Herodis filiis debere tradi, ne, si ille mortuus esset, alius quispiam rerum administrationem occupare anteverteret: sin convaluisset, neminem tutius eas servaturum quam ejus domesticos. Hæc verba illi tulerunt non mediocriter: quin eo magis in fide sua tunc perstiterunt, quam & antea regi præ-

Alexandra absente Herode id agit, ut arces in potestatem suam redigeret.

s Καὶ ταῦτα πάντα πρὸς ἐκεῖνον] Additur ex *L. B.* πάντα. nihil non videlicet, & magna & parva male habuerunt irritaveruntque Mariamnes asperitatem. HAV.

t Ἀναιρεθείσης δὲ τότε] Ἀναιρεθείσης δ' αὐτῆς *Hen.* & *Busb.*

v Ἐκ συνηθείας ὦ] Ἐκ συνηθείας ὁ πρὸς αὐτὸν ἔρως ὦ *Gall.*

x Ἀπενικήθη] *L. B.* ἀπενικήθη.

y Τῇ κατὰ τοῦ Μαριάμμου ἀπωλείας] Forte τῇ κ. M. ἀπωλείᾳ. z Ὡς ζῶσαν ἔτι καὶ δυναμένου ὑπακούειν.] Alsor. lib. 1. c. 22. §. 4. ὑπὸ κακώσεως δὲ ὡς ζώσῃ προσελαλεῖν· SPANH.

a Ἣ καὶ —— συνιμωζόντες] Ἣ καὶ τ ὄχλου τοὺς πλείους καὶ τῶν φίλων αὐτῷ τοὺς συντιμωζόντας *Hen.* & *Busb.* HUDS. *Lugd. Bat.* vulgata (ut puto) concinnius, ita scribit. Ἣ καὶ τ ὄχλου τοὺς πλείους καὶ τ φίλων τοὺς συντιμωζόντας διέφθειρε. HAV.

b Ὑποπτεῦσαι καὶ μοῖραν] Ἐξυποπτεῦσαι *Hen. Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

c Τῇ Θεοῦ τοῦτο συμπεπτωκέναι,] Ita è *Cod. Vat.* τοῦτο Θεοῦ συν. in *cæteris.*

d Φλόγωσις γὰρ ἦν καὶ πῖσις & ἰνίου,] Eadem *Zonaras* p. 241. SPANH.

e Σαμαρείᾳ, τῇ κληθείσῃ Σεβαστῇ,] Conf. Alsor. lib. 1. c. 2. §. 7. & c. 21. §. 2. SPANH.

f Σεβαστῇ,] Id est *Augusta*, in honorem Augusti.

g Δύο δ' —— ἰσχήκασι.] Duæ Arces Hierosolymis, una in Urbe circa Regiam, altera ad Templum Antonia dicta, quas qui obtinent, totius gentis Domini. Vid. infr. c. 8. §. 5. SPANH.

h Φθῇ τις,] *Gen.* φθάσῃ· *Distingue* φθῇ τις, præveniat aliquis.

i Οἰκείων διατηρῆσαι.] Οἰκειοτάτων *Hen.* & *Busb.*

præstiterant, partim ob Alexandræ odium, partim quod indignum putabant de rege desperare quamdiu superstes esset. Erant autem de ejus veteribus amicis: quinetiam eorum unus, *nomine* Achiabus, regis erat consobrinus. Itaque eum continuo, nunciis missis, de Alexandræ instituto certiorem fecerunt. Atque ille citra cunctationem eam quidem interfici jussit: ipse vero, postquam ex morbo difficulter, nec sine magno cruciatu revaluit, adeo graviter ex animæ simul & corporis vexatione exacerbatus erat, ut haud ægre de iis, qui primi in ejus manus venerant, vel quavis de causa supplicium sumeret. Quinetiam amicos ejus maxime necessarios interficit, Costobarum, & Lysimachum, & Gadiam cognomine Antipatrum, insuper & Dositheum, ex hujusmodi causa.

Quam ob rem Herodis jussu interficitur.

Herodes sevit in amicos.

Costobarus Idumæus Salomes maritus.

9. Erat Costobarus, natu Idumæus, ejus regionis facile primus dignitate, de genere sacerdotum Coze; quem Deum existimant Idumæi. Hunc Costobarum, postquam Hyrcanus eos ex patriis institutis in Judæorum mores legesque coëgerat, Herodes, regnum adeptus, Idumææ Gazæque præfectum constituit; eique sororem suam Salomen nuptum dedit, interfecto Josepho qui eum ante duxerat, ut *supra* indicavimus. Costobarus autem, ista læte admodum & præter spem assequutus, felicitate *sua* valde elatus est, paulatimque modum excessit, neque sibi honestum existimans imperantis Herodis jussa facere, nec Idumæis in Judæorum potestate esse, eorumque uti moribus. Itaque ad Cleopatram mittit, significans Idumæam semper majoribus ipsius Cleopatræ paruisse; ideoque æquum esse ut ea ab Antonio regionem illam postularet: se enim paratum esse, suam benevolentiam transferre ad Cleopatram. Hæc autem agebat, non quod mallet Cleopatram imperio Idumæam tenere; sed quod arbitrabatur, accisis Herodis viribus, facile se posse gentis Idumææ dominatum adipisci, & ad majora pervenire. Veniebat enim in majorem spem, occasionem non exiguam *ut putabat* nactus, tum quod magno loco natus erat, tum quod divitiis abundabat, quas assidua quæsiverat avaritia: neque quidquam mediocre moliebatur. Et quidem Cleopatra, cum regionem istam ab Antonio *impense* flagitasset, eam non impetravit. Herodes autem ista de re certior factus est, atque in eo erat ut Costobarum interficeret; sed, sororis & matris precibus exoratus, dimittit eum, veniamque ei dedit; sic tamen ut eum deinceps suspectum haberet propter illum conatum.

Conatur Idumææ principatum occupare.

Herodes ea de re certior factus, à matre & sorore exoratus, ei veniam dat.

10. Aliquanto deinde post, cum forte inter Salomen & Costobarum ortum esset dissidium, ea illi continuo misit libellum ad dissuendum matrimonium, contra quam ferunt Judæorum leges. nam viro quidem apud nos id facere licet; * neutiquam vero feminæ, quæ sponte discesserit, alteri

Dissidium inter Costobarum & Salomen.

---

k Αχίαβος *lib.*] Εχίαβος *Vat.* in *Epiphanii* versione *Amabec.*

l Χαλεπῶς *lib.*] Χαλεπὸς *Hen.* (*Coccejus*) & *Busb.*

m Ψυχῇ καὶ σώματι κεκακωμένος] Τῷ ψυχῷ καὶ σώματι *Busb.*

n Ετοιμότερος] Ετοιμότερον *Busb.*

o Κοσόβαρος] Vid. *alibi*. lib. 1. c. 24. §. 6. & *supr.* §. 3. SPANH.

p Κοζέ·] Κοζὲ Idumæorum Deus, *Goze Rufino.* SPANH.

q Τρκανὸς —— μεταστήσαντος,] Vid. *sup.* lib. 13. c. 9. §. 1. SPANH.

r Ηρώδης —— Κοσόβαρον,] Conf. *alibi*. lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.

s Ιώσηπον —— ἐδηλώσαμεν.] Vid. *sup.* c. 3. §. 9. SPANH.

t Μᾶλλον ὑπὸ τῆς δυτυχίας,] Μάλα *Busb.*

v Διαπέμπει] ὃν] Ita *Hen.* & *Epiphan.* καὶ Διαπέμπει] ὡς Κλ. in *reliquis.*

x Παρ' Αντωνίῳ τῷ χώρας·] Iterum cum *Cod. Hen.* παρ' Αντωνίου in *ceteris.*

y Περιαιρεθεὶη τῶν πλειόνων Ηρώδης] Rursus prout *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) περιθεὶη in *Editis Aliisque.* HUDS. Confer lib. VI. c. 13. §. 8. & lib. 5. *alibi*. c. 1. §. 5. SPANH.

z Εὐεπιχείρητον εἶναι] Εὐεπιχείρητον ἤδη νομίζων καθ' αὐτὸν *Vat.* (& *Lugd. Bat.*) Δεπιχείρητον εἶναι νομίζων καθ' αὐτὸν *Hen.*

a Μείζον πράξειν.] Καὶ μᾶζον αὐτὸν πράξειν *Vat.*

b Ηι ἀπιτεῖναι τὴ Κοσόβαρον,] Sic *Hen.* & *Busb.* ὧν in *reliquis.*

c Επεὶ συνίβη] Επισυνίβη τ. Σ. ϛ. ὡς τ Κ. καὶ πέμπτ μ. δ. αὐ. γραμματῶν *Hen.* & *Busb.*

d Γραμμάτιον,] *L. B.* γραμματῶν.

e Ιουδαίους νόμους.] Ιουδαίων *Hen.* & *Busb.*

* Neutiquam vero feminæ,] Uxori vero nullatenus separari & ducere alium, nisi prius à marito dimittatur. Salome tamen non generali lege, sed potestatis sanctione connubium separavit. *Epiphan.* Mulieribus tamen ne dimissis quidem fas est nubere, nisi prioris viri permissu. Verum illa magis ex propria licentia quam communi jure fecit divortium, *Gelen.* Quod plane (ut inquit *Seldenus* lib. 3. c. 19. *de Uxore Hebraïca*) contra instituta Judaïca, & ipsi *Josepho* inauditum. & miror à viris doctissimis (*Josepho Scaligero* in *Animadversionibus* in *Eusebium*, p. 159, & *Nic Serrario* in *Herode*, c. 17.) locum verti & intelligi juxta illud *Gelenii*. Vertendum itaque, *neutiquam vero uxori quæ sponte abierit nubere, nisi prius à viro dimittatur. Veruntamen Salome, non lege generali* (*seu communi*, sc. *Hebraïca*) *sed tamen ea quæ auctoritatem ac vim obtinuit usa conjugio renunciavit.*

f Πρὸς-

ναι, μὴ ⸀ [f] πρότερον ἀνδρὸς [g] ἀφιέντ⸀. οὐ μὴν ἡ Σαλώμη [h] τὸ ἐν γλώᾳ νόμου, ἀλλὰ τ [i] ἐπ' ἐξουσίᾳ ἑλομένη, τῷ τε συμβίωσιν προαπηγόρευσε, καὶ πρὸς τ ἀδελφὸν Ηρώδου ἔλεγε ὑπὸ τ εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἀποσῆναι πάνδρος· ἐγνωκέναι γὰρ αὐτὸν, μετ' Αντιπάτρου καὶ Λυσιμάχου καὶ Δοσιθέου, νεωτέρων ἐφιέμενον. καὶ πίστιν παρεῖχε ⸀ λόγου, τὰς [k] Βάβα παῖδας, ὅτι Ἀσαμωναίοιντο [l] παρ' αὐτῷ χρόνον ἐνιαυτῶν ἤδη δώδεκα. τὸν ⸀ εἷχεν ἕτως· [m] καὶ πολλὴν ἔκπληξιν ἐποίησε τῷ βασιλεῖ παρ' ἐλπίδας ἀκουσθέν, ἐκεκίνητό τε μᾶλλον ὑπὸ τῷ προσδόξῳ ⸀ λόγου. τὰ γὰρ περὶ τὰς Βάβα παῖδας [n] ἐπαγόμενα πρότερον ἐπεξελθεῖν αὐτὰς, δυσμενεῖς γενομένας τῇ Ἀλεξάρᾳ. τότε ⸀ Ἀλὼ τὸ μῆκ⸀ ⸀ χρόνου καὶ τῆς μνήμης ἐξεληλύθεσαν. ἡ ⸀ ἔχθρα πρὸς αὐτὰς καὶ τὸ μίσ⸀ ἀπὸ τούτων λῦ. Αντιγόνου τὴν βασιλείαν ἔχοντ⸀, Ηρώδης μὲν ἐπολιόρκει δυνάμει τὴν τῶν [o] Ιεροσολύμων πόλιν· ὑπὸ ⸀ χρείας καὶ κακῶν [p] ὅσα πολιορκουμένοις [q] παρέπεται, πολεῖς ἦσαν οἱ τ Ηρώδου ὑπικαλούμενοι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπονεύοντες ἤδη τῆς ἐλπίσιν. ὄντες δ' ἐπ' ἀξιώμαλ⸀ οἱ τοῦ Βάβα παῖδες, καὶ πρὸς τῷ πλήθ δυναλοὶ, πιστὶ διετέλουν Αντιγόνῳ, τόν τε Ηρώδου ὑπικαλούμενον ἀεὶ, καὶ συμφυλάττειν τοῖς βασιλεῦσι τὴν ἐκ γένους ἀρχὴν παρῄνεσαν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἅμα καὶ συμφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ὑπὶ τούτων ἐπολιτεύοντ⸀. τῆς ⸀ πόλεως ἁλισκομένης, καὶ κρατοῦντ⸀ τῶν πραγμάτων Ηρώδ⸀, Κοσῶβαρ⸀ ἀποδειχθεὶς [r] τὰς διεκβολὰς ἀναφράττειν καὶ φρουρεῖν τὴν πόλιν, ὡς μὴ ἀμπίπτειν ἐξ αὐτῆς τὰς ὑποχρεώσεως τῶν πολιτῶν ἡ τἀναντία τῷ βασιλεῖ πολιτευομένους, [s] εἰδὼς ἐν ὑπολήψει καὶ τιμῇ τὰς ⸀ Βάβα τῷ παντὶ πλήθ, καὶ νομίζων μέγα μέρ⸀ αὐτῷ γενήσεσθαι πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων τὴν ἐκείνων σωτηρίαν, ὑπεξέβετο καὶ κατέκρυψεν ἐν οἰκείοις χωρίοις. καὶ τότε μὲν Ηρώδου, διελήλυθ γὰρ ἡ τῆς ἀληθείας ὑπονοία, πιστωσάμεν⸀ ὅρκοις, ἢ μὴν ἰδέαν εἰδέναι τῶν καθ' ἐκείνους, ἀφῆτο τῆς ὑπονοίας. αὖθις ⸀ [t] κηρύγματα ⸂ μήνυτρα ⸀ βασιλέως σκληθέν⸀, κ πάντα τρόπον ἐρεύνης ὑπενοῦντ⸀, οὐκ ἦλθεν εἰς ὁμολογίαν· ἀλλὰ τῷ τὸ πρῶτον ἔξαρν⸀ ψεύδου, τὸ φωραχθῆναι τὰς ἄνδρας [u] οὐκ ἀνυποτίμητ⸀ αὐτῷ πεπραμένο⸀, ἐ μόνον ἐκ τ εὐνοίας, ἀλλὰ ⸂ ἐκ τ ἀνάγκης ἤδη ⸀ λαυθάνειν αὐτὰς ποιείχετ. [x] πρὸ τούτων ἐξαγγελθέντων αὐτῷ Ἀλὼ τ ἀδελφῆς, ὁ βασιλεὺς πέμψας εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς Ἀλ⸂λέβειν ἐμαύθησαν, ἐκείνας τε κ τοὺς συσκαταπαιδεύσας ἀπέκτεινεν· ὥστε εἶναι μηδὲν ὑπόλοιπον ἐκ τ Υρκανῆ συγγνείας, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτεξούσιον [y] αὐτῷ, μηδενὸς ὄν⸀ ἐπ' ἀξιώμαλ⸀ ἐμποδὼν ἴσεσθαι τοῖς πραγμαμμένοις.

nubere fas est, nisi prius à marito dimittatur. Veruntamen Salome, non lege *Hebræorum* patria, sed eâ quæ tum valebat, usa, & conjugio renunciavit & ad fratrem Herodem dicebat, se propter suam in eum benevolentiam à marito discessisse: quoniam comperisset eum & Antipatrum & Dositheum novis rebus studere. Atque ad fidem sermoni faciendam mentionem injicit Babæ filiorum, quos Costobarus decimum jam annum servaverat. id quod verum erat: eaque re vehementer obstupuit rex, ejusmodi quid audiens quod nunquam suspicatus est, eoque magis commotus est, quòd res erat incredibilis. Nam quod ad Babæ liberos attinet, id aliquando agebat ut illos ultum iret, quoniam sibi infensi repugnassent: verum tum tantum jam temporis præterierat, ut eorum jam non recordaretur. Ejus autem in eos odii & inimicitiarum causa fuit hujusmodi. Quo tempore regno fruebatur Antigonus, Herodes exercitu obsidebat Hierosolymorum urbem, & propter necessitatem & calamitates quibus obsessi premebantur, erant multi qui Herodem advocarent & spe jam in eum propenderent. Babæ autem filii (qui dignitate & gratia multum apud vulgus valerent) Antigono fideles *esse* perseverarunt, Herodemque semper culpabant, ac *cæteros* eò cohortabantur, ut regibus operam suam præstarent in tenendo principatu quem à patribus accepissent. atque illi quidem, dum & ista *magno* commodo fieri existimarent, hujusmodi rebus studuerunt. Verum urbe capta, & Herode rerum potito, Costobarus, præcludendis exitibus & urbi custodiendæ præfectus, ne cives qui sontes essent & regis adversarii evaderent; cum sciret Babæ filios esse in existimatione & honore apud universum populum, cogitaretque, si eis salutem daret, id sibi multum profuturum * ad novas res moliendas, eos subtraxit & † certis in locis abscondit. Et tunc quidem Herodi, nam id quod erat suspicatus est, jurejurando fidem fecit, se nihil quicquam de illis scire, eique suspicionem ademit. Deinde vero, cum rex per edicta indicii præmium proposuisset, & modis omnibus eos perquireret, ne tum quidem fateri voluit: sed quòd primum inficiatus esset, si postea viri deprehenderentur non se impune laturum persuasum habens, non solum benevolentia sed necessitate tenebatur eos occultare. De istis quæ sibi nunciata erant à sorore cum rex misisset ad loca ubi esse dicebantur, & ipsos, & alios cum ipsis accusatos interfecit: ut nihil jam reliquum esset de Hyrcani *genere & cognatione*, sed regnum plane in sua potestate haberet *Herodes*, nemine jam alicujus auctoritatis superstite, qui quæ contra legem fierent impedire posset.

Salome el repudium mittit, & accusationem instituit.

De Babæ filiis à Costobaro servatis.

Babæ filios necari jubet Herodes.

[f] Πρότερον ἀνδρὸς] Πρότερα forsan *Epiphan.* Vide Grotium ad Matth. c. 5. v. 31.

[g] Ἀφιέντ⸀.] Ἐφιέντ⸀ solus *Busb.*

[h] Τὸ ἐν γλώᾳ νόμου,] Εὐγλώᾳ *Hen.* forsan pro ἰγγενῆ (in *Lugd. Bat.* ἐγγενῆ νόμου) prout in *Cod. Busb.*

[i] Ἐπ' ἐξουσίᾳ] Ἐπ' ἐξουσίας *Hen.* & *Busb.*

[k] Βάβα παῖδας,] Baba vir erat pietate insignis, ex stirpe Asamonæorum (ut constat ex hac ead. §.) qui singulis totius anni diebus, uno excepto, qui erat undecimus mensis *Tisri*, sacrificium offerebat pro delicto, cujus tamen non erat sibi conscius, ut habet *Cod. Talmud.* tract. *Cheritoth*, cap. 6. atque *Abraham Zacuth* in libro *Juchasin.*

[l] Παρ' —— δώδεκα.] Παρ' αὐτῶν *Busb.* mallem παρ' αὐτῇ.

[m] Καὶ πολλὴ ἔκπληξη] In *Cod. Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) ὃ ⸀, & mox *Cod. Hen.* ἐνεποίησεν.

[n] Ἐπαγόμενα πρότερον] Ἐπαγαγόντα τὸ αὐτῷ πρ. *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[o] Ιεροσολύμων πόλιν·] Ιεροσολυμιτῶν *Gen. Hen.* & *Epiphan.*

[p] Ὅσα πολιορκουμένοις] Ὅσα τοῖς πολίταις πολιορκ. *Hen.* & *Busb.*

[q] Παρέπεται,] Παρέσται in *iisdem* (ut *Lugd. Bat.* nam in aliis est ἔσεται) & *Vat.* nec aliter legisse visus est *Epiphan.*

[r] Τὰς διεκβολὰς ἀναφράττειν] Τὰς ἐκβολὰς ἀναχώσειν καὶ φρ. *Vat.* ut & Margo *Lugd. Bat.*

[s] Εἰδὼς] *L. B.* εἰδὼς δ'.

* *Ad novas res moliendas,*] *Al.* Siqua interveniſſet rerum mutatio.

† *Certis in locis abscondit.*] In propriis prædiis, *Epiphan.* suis in agris, *Gelen.*

[t] Κηρύγματα ⸂ μηνύτρα] Ita cum *Cod. Hen.* (& *Lugd. Bat.*) μηνύτρα ⸂ κηρύγματα in *ceteris.*

[u] Οὐκ ἀνυποτίμητ⸀ αὐτῷ πεπρασμέν⸀,] Illud οὐκ, quod in sua versione agnovit *Epiphanius*, inserendum esse volui, sensu id postulante. HUDS. Recte, confirmante nunc etiam clara lectione MS. *Lugd. Bat.* ex quo insuper reposuimus ἀνυποτίμητος, pro quo hactenus lectum fuit ἀνυποτίμητον, non quidem male, sed fides *Cod.* nostri ostendit maluisse Josephum hoc in versu dicere ἀνυποτίμητ⸀, sicuti in præcedenti ἔξαρν⸀. HAV.

[x] Πρὸ τούτων ἐξαγγελθέντων] Vocula πρὸς (quam delet & *Cocejus*) commode satis abesse potest. Si quis τ πρὸς τούτων malit, per me licebit.

[y] Αὐτῷ,] Τυγχάνειν post αὐτῷ adjicit *Busb.*

CAP. VIII.

Quomodo in Herodem, peregrinis moribus violantem patria instituta, decem cives conjurarunt. De exstructione Sebastes & Cæsareæ, aliarumque munitionum.

ΚΕΦ. ή'.

Ως κατ' Ηρώδε, ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασι θεμιτὰ καίνοντ' τὰ ἔθη τὰ πάτρια, δέκα πολιτῶν ἄνδρες συνώμοσαν. Περὶ κτίσεως Σεβαστῆς καὶ Καισαρείας, καὶ ἄλλων ἐπιτηδευμάτων.

Herodes à patriis moribus recedit.

